

St. Norbert College
Digital Commons @ St. Norbert College

Premonstratensian Research

Center for Norbertine Studies

1956

Monasticon Praemonstratense: id est historia
circariarum atque canoniarum candidi et canonici
ordinis Praemonstratensis / Vol. 3

Norbert Backmund, O.Praem.

Follow this and additional works at: https://digitalcommons.snc.edu/premonstratensian_research

 Part of the [European History Commons](#), [Medieval History Commons](#), [Medieval Studies Commons](#), and the [Religion Commons](#)

Recommended Citation

Backmund, Norbert O.Praem., "Monasticon Praemonstratense: id est historia circariarum atque canoniarum candidi et canonici ordinis Praemonstratensis / Vol. 3" (1956). *Premonstratensian Research*. 5.
https://digitalcommons.snc.edu/premonstratensian_research/5

This Book is brought to you for free and open access by the Center for Norbertine Studies at Digital Commons @ St. Norbert College. It has been accepted for inclusion in Premonstratensian Research by an authorized administrator of Digital Commons @ St. Norbert College. For more information, please contact sarah.titus@snc.edu.

MONASTICON PRAEMONSTRATENSE

ID EST
HISTORIA CIRCARIARUM ATQUE CANONIARUM
CANDIDI ET CANONICI ORDINIS
PRAEMONSTRATENSIS

Auctore
P. Norberto Backmund O. Praem.
Ecclesiae Windbergensis in Bavaria Canonico

TOMUS
TERTIUS

Archives
St. Norbert Abbey
De Pere, Wisc.

Straubing 1956

Cl. Attenkofersche Buchdruckerei

De licentia Superiorum
Ordinis:
Windbergae, die 3a Januarii 1956
Dr. M. O. v. d. Hagen O. Praem.
Prior

Licentia Ordinarii:
Imprimatur
Ratisbonae, die 17a Febr. 1956
J. Baldauf
Vic. Gen.

Propriis sumptibus auctoris
(13a) Kloster Windberg, P. Hunderdorf Ndb. (Germania)

P R A E F A T I O

Brevem medullam eorum, quae in praefatione primi voluminis diximus, hic repetere haud inutile censemus. Non pauci enim subscriptores praesens tantum volumen emerunt, et ideo de scopo et de structura operis oportet eos esse instructos.

Cum nullos alias fontes hactenus haberemus in Monasteriologia Praemonstratensi nisi Lairuelz, Hugo (opera rarissima!) et Waelghem, quae nullo modo sufficiunt, mendisque scatent, maxima viget ubique confusio et incertitudo. Opportunum ergo esse putavimus, conamen insti-tuere, operibus extantibus meliora substituendi. Hoc nostrum opus evi-denter est imperfectum et incompletum, historicus in eo multa repre-hendet et desiderabit quidem, sed ut speramus, melius tamen est illis, quibus eatenus contenti esse debuimus.

Divisum est opus hoc juxta circarias¹⁾, quales erant medio aevo, ab anno scilicet 1320 usque ad saeculum XVI. Si aliqua monasteria perie-runt ante divisionem Ordinis in circarias, vel orta sunt post suppressio-

¹⁾ Monasteria Ordinis in quodam regno vel provincia sita paulo post annum 1200 in „circarias“ aduniebantur. Ordo noster videtur esse primus omnium qui divisionem regionalem huiusmodi introduxit. Circariis primo praefuit abbas quilibet ut „circator“, dein duo visitatores annui, postremo ab anno 1630 Vicarius Abbatis Generalis ad vitam. Quae divisio post saeculum XV non iam erat stricta, fere semper complures circariae, praesertim cum in eodem regno erant sitae, cumulatim administrabantur. — Termino „Circaria“ correspondent apud in alios ordines „congregatio, provincia, oboedientia“ etc. Vox „Congregatio“, apud Praemonstratenses, a saeculo XVI tantum adhibebatur, si aliqua pars se ab unitate Ordinis seiunxit, ut v. g. in Hispania, in Lotharingia et in Belgio. — Vide de his omnibus infra in capite de Catalogis Ordinis.

nem illius circariae, tamen hoc in opere adscribuntur circariae circumiacenti secundum regionem, etsi forte ad illam de facto numquam pertinuerint. Novae canoniae, saeculis XIX et XX fundatae, in fine huius voluminis breviter separatim tractantur. Tantum ea monasteria singulatim proferuntur et expresse tractantur, quae fuerunt vere domus formatae, scilicet abbatiae, praepositurae sui juris, parthenones, si fuerint a canonis virorum separati et sui juris saltem quoad bona, prioratus conuentuales; de aliis vero prioratibus, praeposituris, et residentiis, eae tantum referuntur, in quibus viguit, ad tempus saltem, vera vita conuentualis, quod saepe difficile est ad discernendum. Recensentur etiam collegia studiorum; sed curiae et parochiae incorporatae, quae in quibusdam regionibus non raro etiam „prioratus“ appellabantur, sub abbatia nominantur, a qua dependebant.

Praeponitur volumini I et (fusius) II elenches bibliographiae generalis, quem etiam huic volumini inserimus, omissis tamen libris, qui ad historiam circariarum Galliae et Hispaniae nullo modo attinent. Ceteroquin structura operis nostri videtur esse clara et uniformis, et explicacione vix indiget. Censemus tamen aliquas annotationes esse praemittendas.

Secundo loco, ad dexteram nominis singulorum monasteriorum, inveniatur patronus ecclesiae, nisi ille cum nomine ipsius monasterii aperte coincidat. Generatim in Ordine nostro, Beata Maria Virgo considerabatur tamquam patrona primaria, cui saepius alias patronus secundarius accedit. Sed multoties ille secundarius paulatim praevaluit, ideo primariam in documentis plus minusve neglectam, seu postea omnino oblivioni datam jure merito omisimus vel saltem inter parentheses posuimus. Initio omnes abbatiae Ordinis erant monasteria duplia, quae institutio anno 1140 supprimitur. Abhinc multoties canoniae erigunt asceteria in vicinitate, illis quoad omnia subdita et unita, qui mos, saltem in meridie, versus finem saec. XII pariter cessat. Evolutio ulterior in singulis circariis hac de re valde differt, ideo fuse de ea loquimur in praefatione unicuique circariae praecedenti.

In Ordine nostro abbas fundator alius canoniae, in illam exercuit jus „patris abbatis“ seu paternitatis, quae interdum decreto Capituli Generalis est mutata. Nequaquam enim semper paternitas illius canoniae, a qua nova plantatio erat egressa, in posterum fuit servata. Ultimis saeculis generatim matres abbatiae longe distantes, vel extra propriam circariam sitae aegre ferebantur, et canoniae in propria circaria illis paulatim sunt substituae. Canoniae quae de alio ordine, praesertim ex canonicis regulatis Ord. Sti. Augustini ad Ordinem nostrum transierunt, vel quae ex

seipsis sunt ortae, communiter ut „Filiae Praemonstrati“ habebantur. In antiquis vero catalogis videmus permulta monasteria utriusque sexus indicata ut „Filiae Praemonstrati“, de quibus ceteroquin constat, ea fuisse de facto subjecta paternitati alius canoniae propioris. Saepius considerabantur tamquam „Filiae speciales Praemonstrati“ tales canoniae, in quibus conditiones extraordinarie difficiles hanc submissionem immediatam exigere videbantur.

Adducimus apud singulas canonias parochias et ecclesias incorporatas, quae generatim etiam erant, saltem a saeculis XIII/XIV, a religiosis administratae; ecclesias jure patronatus tantum dependentes, prioratus et hospitalia, refugia et curias magis praecipuas. Evolutionem oeconomicam monasteriorum nonnisi per transennam tangere possumus, quia hoc materiam nostram nimis dilataret. Etiam de sanctis, beatis et aliis membris illustribus singularum domuum breviter tantum tractamus, hoc enim scopus specialis alius operis esse oportet²⁾. Archiva dioecesana, etsi sint maximi momenti pro historia vitae interioris, generatim expresse non adducimus. In serie abbatum, commendatarii minori typo sunt impressi. Sequuntur in fine, ubi opus est, duo appendices: „Dubia“ et „Praetermissa“. In primo tractatur de domibus, de quibus non certe constat, an fuerint domus vere formatae, vel ad Ordinem umquam pertinuerint; in secundo vero de illis, quae falso ab auctoribus quibusdam Ordini attribuuntur, vel quae certe numquam extiterunt.

Omnem materiam in tribus his voluminibus elaboratam diuturnis itineribus per totam fere Europam congesimus, archiva consulentes, litteraturam competentem studentes, reiperitos adeuntes. Illi qui nobis praestiterunt auxilium, in finem uniuscuiusque tomni enumerantur, debitissimis gratiis adjunctis.

²⁾ Vitas tamen et litteraturam praecipuam, ad hoc attinentem, semper adducimus. — Unicum opus huiusmodi hactenus est GOOVAERTS (v. infra). Multa, vel potius nimia continet, sed difficile quid in eo invenitur, quia tomni III et IV sunt supplementa primi et secundi, et quia totum opus indice plane caret. Propterea consecimus indicem eius, et addidimus eum suo loco apud unaquaque canoniam.

Huic ultimo volumini inseruimus etiam brevem conspectum monasteriorum modernorum, id est saeculis XIX/XX fundatorum. Quae generatim ab historicis non respiciuntur quidem, tamen censuimus, et illorum fata et fundationes aliquando fieri „historiam“, annotatione et memoria dignam. Etiam Hugo annalista noster, coenobia suo tempore Ordini aggregata, commemoravit. Schemata genealogica et mappae geographicae circariarum dein adiunguntur ut in aliis tomis. Catalogi circariarum Ordinis, de quibus sequitur caput, videntur nobis esse maximi momenti. Vide ergo ibi de indicibus illis, hactenus immerito neglectis, et in opere hoc sub signis N, L, S, U, V, A, W, T, H, P saepe occurribus. Studio heraldicae artis maximam operam dedimus, ergo stemmata abbatiarum inserere haud inutile esse censuimus, eo magis quod nemo hactenus hac de re curaverit.

Supplementum extensem, et indices varii in fine ad omnia volumina referunt.

Windbergae, in festo Epiphaniae 1956.

P. Norbertus Backmund O. Praem.

LITTERATURA GENERALIS

in hoc opere saepius citata

- AA.SS. *Acta Sanctorum*, edd. Bollandus etc. — Antwerpiae, Bruxellis, Tongerloae, Paris 1643/1940, 68 voll.
- L. d'ACHERY, *Veterum aliquot scriptorum... spicilegium* (13 voll. Paris 1655/77, nova ed. de LA BARRE, 3 voll. ibid. 1723)
- ALBRECHT Dionysius O. Praem., *Manuale Canonicorum Praemonstratensium*, Argentorati 1742
- U. BERLIERE, *Les Monastères doubles aux XIIe et XIIIe siècles*, in: *Mémoires de l'Académie Royale de Belgique XVIII* (Bruxelles 1923)
- IDEM, *Notes sur les Manuscrits de l'Abbé Hugo d'Etival, conservés à Nancy*, in: *Compte Rendu des séances de la Commission Royale d'Histoire de Belgique*, 5e Série, Vol. VII (1898) pp. 113/70
- J. BÜHMER, *Regesta Imperii*, Oeniponte 1896/1951
- U. CHEVALIER, *Répertoire des Sources historiques du Moyen Age*, Paris 1905/07
- L. COTTINEAU, *Répertoire topo-bibliographique des Abbayes et Prieurés*, Mâcon 1935/45, 2 voll.
- Ch. DEREINE, *Les Origines de Prémontré* (RHE 42, 1947, pp. 352/78)
- DHGE *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastique*, edd. A. BAUDRILLART et alii, Paris/Louvain 1912 sq.
- M. DUPRE, O. Praem., *Annales Breves O. Praem.*, Amiens 1645. 2a editio, procurata a J. V. SPILBEECK, Namur 1886
- A. ERENS, O. Praem., *Les soeurs dans l'Ordre de Prémontré*, (*Anal. Praem.* V, 1929, pp. 5/26)
- Form.Pr. J. EVERE, O. Praem., *Formularium Praemonstratense*, (*Anal. Praem.* VIII, 1932, et IX, 1933, ed. text.)
- Ob.Praem. IDEM, *L'Obituaire de l'Abbaye de Prémontré*, 2e partie, (*Anal. Praem.* I 1925, ed. Textus. Vide infra: WAEFELGHEM)
- II P. FABRE, *Le Liber Censuum de l'Eglise Romaine*, Paris 1892

- Gall.Christ. *Gallia Christiana Vetera*, 13 voll., edd. Maurini Parisiis 1715-85
 Vet., N. *Nova*, XIV/XVI ed. HAUREAU ibid. 1856/65, *Novissima* ed
 J. H. ALBANES Valence 1895/1920
- L. GOOVAERTS, O. Praem., *Dictionnaire bio-bibliographique des écrivains, artistes, et savants de l'Ordre de Prémontré*, 4 voll.
 Bruxellis 1900/16
- B. GRASSL O. Praem., *Der Prämonstratenserorden, seine Geschichte und seine Ausbreitung bis zur Gegenwart.* (Anal. Praem. X.
 1934, ed. text.)
- H. HEIJMAN O. Praem., *Untersuchungen über die Prämonstratensergewohnheiten*, ibidem VIII/IX (1923/33) — Cf. ad. hoc:
 P. VERMEER, *De invloed van de „Carta Caritatis“ van Citeaux op de Statuten van Prémontré*, in: *Studia Catholica*, Maart 1951,
 pp. 65/77
- A. HUBER O. Praem., *Die Prämonstratenser*, Baden-Baden 1955
- Ch. L. HUGO O. Praem., *Sacri Ordinis Praemonstratensis Annales*, 2 voll., Nanceii 1784/36 (Materialia ad hoc opus congregata:
 18 voll. in fol., Bibl. Publ. de Nancy MS 992 et 995)
- SAM IDEM, *Sacrae Antiquitatis Monumenta*, Prima editio: 2 voll. Sti-
 vaggi 1725, secunda; 1 vol. in fol., St. Dié 1731. In hoc volumine
 habentur *Epistolae Gervasii Abbatis Generalis* (1216/19), pp. 1/124.
 Partim etiam sunt publicatae, una cum compluribus usquedum
 ignotis, secundum Cod. Rawlinson, C 533 Oxford Bodleian, a
 C. R. CHENEY in *Bulletin of the John Library*, Manchester 1950
 XXXIII 1.
- Ep.Gerv. L. JANAUSCHEK, *Origines Cistercienses*, Wien 1877
- Cod.Rawl. S. de LAIRUELZ, O. Praem., *Optica Regularium*, Pont-à-Mous-
 son 1603
- P. LEFEVRE O. Praem., *Les Statuts de Prémontré, réformés sur
 les Ordres de Grégoire IX et d'Innocent IV au XIIIe siècle.*
 Louvain 1946
- LTK *Lexikon für Theologie und Kirche*, ed. M. BUCHBERGER, 10 voll.
 Freiburg i. Br. 1930/39
- G. LIENHARDT O. Praem., *Ephemerides Hagiologicae Ordinis
 Praemonstratensis*, Augsburg 1764, *Auctarium Ephemeridum*, ibid.
 1767
- E. MARTENE, *Veterum Scriptorum et Monumentorum ecclesiasticorum... collectio*, 9 voll. Paris 1724/33
- IDEA, *Primaria Instituta Canonicorum Praemonstratensium*, in:
De Antiquis Ecclesiae Ritibus III, Antwerpiae 1737 (pp. 894/942)
 vel Venetiae 1788 pp. 323/36.

- E. MARTENE-U. DURAND, *Thesaurus novus anecdotorum*, 5 voll. Paris 1717
- MIGNE PL J. P. MIGNE, *Patrologiae Cursus completa*. Series prima, i. e. Latina 221 voll. Paris 1844-90
- A. MIRAEUS, O. Praem., *Chronicon Ordinis Praemonstratensis*, Coloniae 1614
- MGH *Monumenta Germaniae Historica*, ed. PERTZ (SS = Scriptores, Necr. = Necrologia)
- J. LE PAIGE, O. Praem., *Bibliotheca Ordinis Praemonstratensis*, Paris 1633
- F. PETIT, O. Praem., *L'Ordre de Prémontré*, Paris 1927
- IDEMLa Spiritualité des Prémontrés aux XII^e et XIII^e siècles, Paris 1947
- H. PEZ, *Thesaurus anecdotorum novissimus*, 6 voll. Augsburg 1721/29
- A. POTTHAST, *Bibliotheca Historica Medii Aevi*, Berlin 1862/88
- RAMACKERS, *Ueberzeichnis der in der Sammlung Hugo der Stadtbibliothek Nancy überlieferten älteren Papst- und Kaiserurkunden*, in *Anal. Praem.* XI (1935) pp. 129/47
- Die Reichsregisterbücher Kaiser Karls V., hrsg. v. Kais.-Wilh.-Inst. f. D. Gesch., und d. Staatsarch. Wien, von L. GROSS, Wien/Leipzig 1934
- Rep.Germ. *Repertorium Germanicum. Regesten aus den päpstlichen Archiven zur Geschichte des Deutschen Reiches und seiner Territorien bis zum 14./15. Jahrhundert* (Hsg. vom Kgl. Preuß. Histor. Institut in Rom, Berlin 1897 ff)
- F. W. ROTH, *Eine Briefsammlung des 12. Jahrhunderts aus dem Kloster Steinfeld* (epistolae Udalrici Praepositi 1152/70), in: *Neues Archiv* XXI (1896) 558/61, et *Zeitschr. Aach. Gesch. Ver.* XVIII (1896) 242 ff
- G. SCHREIBER, *Prämonstratenserkultur des XII. Jahrhunderts*, in: *Anal. Praem.* XVI (1940) 53/104 et XVII (1941) 5/33
- F. TIMMERMANNS O. Praem., *Brevi Dissertatio de Fine et Institutione Ordinis Praemonstratensis*, 2a ed. Tornaci 1892
- E. VALVEKENS O. Praem., *La Situation Financière du Chapitre Général de Prémontré au début du 16^e siècle*, in: *Anal. Praem.* XIV (1938) 137/88
- ADDespr IDEM, *Acta et Documenta Joannis de Puetis abbatis Praemonstratensis*, ibid. XXX (1954) 236/78 et XXXI (1955) 136/58, 253/79
- IDEMLes Chapitres généraux de l'Abbé Général Jean Despruets 1572/96, ibidem XVI (1940) Ed. textus

- IDEML, *Acta Capituli Generalis an. 1498*, ibid. in articulo *Textes relatifs à la réforme des Statuts Prémontrés en 1505*, ibid XV (1939) 31/41
- IDEML, *Les Visites canoniques des Abbayes Prémontrées au XVI^e siècle*, ibidem XXII/XXV (1946/49) ed. text.
- IDEML, *Le Cardinal Pisani, abbé commendataire de Prémontré 1535/61*, ibidem XVII (1941) pp. 65/163
- IDEML, *Le Cardinal Hippolyte d'Este, abbé commendataire de Prémontré, 1562/72*, ibidem XVIII (1942) pp. 91/135
- Chr. VANDERSTERRE O. Praem., *Natales Sanctorum Ordinis Praemonstratensis*, Antwerpia 1625
- Vita Norb. A. *Vita Norberti Archiepiscopi Magdeburgensis*, ed. R. WILMANS in MGH II XSS (1856) pp. 663 sq.
- Vita Norb. B. *Vita S. Norberti auctore canonico Praemonstratensi coaevo*, in MIGNE PL vol. CLXX, col. 1253/1344, et in AA. SS. 6. junii
- R. V. WAEFELGHEM O. Praem., *Répertoire des sources imprimées et manuscrites, relatives à l'histoire et à la liturgie des monastères de l'ordre de Prémontré*, Bruxelles 1930
- Ob.Praem. I IDEML, *Obituaire de l'Abbaye de Prémontré, prima pars*, in AOP V/VIII, Bruxelles 1909/12 (vide supra EVERS)
- Stat. IDEML, *Les premiers Statuts de Prémontré*, ibidem IX 1913
- A. ZAK O. Praem., *Episcopatus Ordinis Praemonstratensis*, in *Anal. Praem.* IV (1928) et V (1929)
- Anal. Praem. *Analecta Praemonstratensia*, Tongerloo 1925/52, Averbode 1953 sq.
- An. Norb. *Annales Norbertines*, Frigolet 1863/92
- BN *Bibliothèque Norbertine*, Parc 1899/1905, deinde:
- AOP *Analectes de l'Ordre de Prémontré*, ibidem 1905/14
- Bibl.Ec.Ch. *Bibliothèque de l'Ecole des Chartes, consacrée spécialement à l'étude du Moyen Age*, Paris 1839 sq.
- Pro Nostris, Ephemerides Circariae Brabantiae*, Averbode 1929 sq.
- ROPM *Revue de l'Ordre de Prémontré et de ses missions*, Parc 1905/14
- RHE *Revue d'Histoire Ecclésiastique*, Louvain
- Stud.Mitt. *Studien und Mitteilungen aus dem Benediktiner und Cistercien-serorden*, München 1880 ff.

REGISTRA SUMMORUM PONTIFICUM
chronologice ordinata, in quantum hactenus in lucem sunt edita

(BEG = Bibliothèque des Ecoles Françaises d'Athènes et de Rome;
n. t. = nondum terminatum)

- | | |
|------------------------------|--|
| JAFFE | Ph. JAFFE, <i>Regesta Pontificum Romanorum usque ad annum 1198</i> .
Prima ed. Lipsiae 1851, secunda correcta et aucta auspiciis G.
WATTENBACH, curaverunt S. LOEWENFELD, F. KALTEN-
BRUNNER et P. EWALD, 2 voll. Lipsiae 1885/88 |
| POTT-
HAST | A. POTTHAST, <i>Regesta Pontificum Romanorum 1198—1364</i> ,
2a ed. 2 voll. Berlin 1873/75 |
| BRACK-
MANN
Germ.Pont. | P. F. KEHR, <i>Regesta Pontificum Romanorum, Germania Ponti-
ficia</i> , ed. A. BRACKMANN, 2 voll. Berolini 1911/35 (<i>Italia Pont.</i>
8 voll. ibidem 1906/35) |
| AUVRAY | P. PRESSUTTI, <i>Regesta Honorii III</i> , 2 voll. Roma 1888/95
<i>Les Régistres de Grégoire IX</i> (1227/41), ed. L. AUVRAY, (BEG),
3 tomi, Paris 1890/1918 |
| BERGER | <i>Les Régistres d'Innocent IV</i> (1243/54), ed. E. BERGER (BEG),
4 tomi, Paris 1894 |
| Reg.
Alex. IV | <i>Les Régistres d'Alexandre IV</i> (1254/61), edd. C. BOUREL DE LA
RONGIERE, J. DE LOYE et A. COULON (BEG), 6 fasc., n. t.,
Paris |
| Reg.
Urbain IV | <i>Les Régistres d'Urbain IV</i> (1261/64), ed. M. J. GUIRAUD (BEG),
12 fasc. sed absque indice, Paris |
| Reg.
Clem. IV | <i>Les Régistres de Clément IV</i> (1265/68), ed. M. E. JORDAN (BEG),
7 fasc. Paris |
| Reg.
Greg. X | <i>Les Régistres de Grégoire X et de Jean XXI</i> (1271/77), ed.
M. GUIRAUD et L. CADIER (BEG), 4 fasc., n. t., Paris |
| Reg.
Nic. III | <i>Les Régistres de Nicolas III</i> (1277/80), ed. M. J. GAY (BEG),
5 fasc. Paris 1938 |
| Reg.
Martin IV | <i>Les Régistres de Martin IV</i> (1281/85), ed. M. OLLIVIER-MARTIN
(BEG), 3 fasc., Paris 1901/13 |
| Reg.
Hon. IV | <i>Les Régistres de Honorius IV</i> (1285/87), ed. M. PROU (BEG),
1 tome Paris 1888 |

- Reg. *Les Registres de Nicolas IX (1288/92)*, ed. M. E. LANGLOIS
 Nic. IV (BEF), 9 fasc. Paris
- Reg. *Les Registres de Boniface VIII (1294—1303)*, ed. G. DIGARD,
 Bonif. VIII et alii (BEF), 17 fasc., Paris 1939
- Reg. *Les Registres de Benoit XI (1303/04)*, ed. M. GRANDJEAN
 Ben. XI 5 fasc. (BEF) Paris 1905
- Reg. *Regestum Clementis PP. V. (1305/14) ed. cura et studio monachorum O.S.B.*, 9 voll., 1 suppl., sed absque indice, Romae 1885 sq.
 Clem. V (*Table chronologique et Table des Incipit*,edd. FAWTIER/LANHERS (BEF), Paris 1950
- Lett. *Lettres secrètes et curiales du Pape Jean XXII (1316/34) relatives à la France*, ed. M. A. COULON (BEF), n. t., 5 fasc., Paris
 secr. Jean XXII(F)
- Lett. *Lettres communes du Pape Jean XXII*, ed. M. G. MOLLAT.
 com. Jean XXII 30 fasc. Paris 1905/47 (BEF)
- Reg. *Register des Gegenpäpste Nikolaus V (1328/30)*, ed. EUBEL in
 Nik. V *Archivalische Zeitschrift* 1893, pp. 123/212
- Reg. *Les Registres et Lettres communes de Benoit XII (1334/42)*, ed. M.
 Ben. XII VIDAL (BEF), 6 fasc., Paris 1911
- Lett.clos. *Lettres closes de Benoit XII relatives à la France*, ed. M. G.
 Ben. XII DAUMET (BEF), 3 fasc., Paris
 France
- Lett.Clos. *Lettres closes de Benoit XII intéressant des pays autres que la France*, ed. M. VIDAL (BEF), 6 fasc., Paris 1913/50
 Ben. XII(E)
- Lett.clos. *Lettres closes de Clément VI (1342/52) relatives à la France*, ed.
 Clem. VI(F) M. VIDAL (BEF), 5 fasc., Paris, n. t.
- Reg. *Registres d'Innocent VI (1352/62)*, ed. M. DEPREZ (BEF), 1 fasc.
 Innoc. VI n. t. Paris
- Lett.com. *Lettres communes d'Urbain V*, ed. M. LAURENT, Paris 1954
 Urb. V (BEF)
- Lett.(F) *Lettres secrètes d'Urbain V (1362/70) relatives à la France*, 2 fasc.
 resp.Reg. n. t., ed. P. LECACHEUX (BEF)
 Urb. V *Registres d'Urbain V*, 1 fasc. n. t., ed. M. DUBRULLE (BEF), Paris
- Reg. *Les Registres de Grégoire XI (1370/78)*, ed. M. MIROT (BEF).
 Greg. XI 3 fasc. n. t., Paris
- Reg. *Bullenregister Martin V in Mittl. Inst. Österr. Gesch. Ergbd. I*
 Mart. V (1885) 401 ff., 1894, 661 ff.
- Reg. *Register Leos X. (bis 1515)*, n. t., edd. J. HERGENRÖTHER
 Leo X 1884/91

CIRCARIAE NORMANNIAE

Normannia proprie dicta, antiqua provincia regni Galliae, complectit antiquam metropolim Rothomagensem, id est dioeceses Rouen, Séz, Evreux, Lisieux, Bayeux, Coutances et Avranches, archidiaconatus Vexin Français, et diaconatus de Chaumont-en-Vexin, Magny, Meulan et Pontoise. Circariae Normanniae has fines longe sunt transgressae, et mutationes varias videntur subiisse medio aevo, quas, deficientibus Actibus Capitularum, ex catalogis Ordinis partim tantum possumus reconstruere. Marcheroux et Ressons geographice quidem spectabant ad Normanniam, tamen nomen dederunt Circariae Ponthivi. Primitus, secundum catalogos antiquiores (NUSLV) et A. Normannia erat circaria una et indivisa, cui secundum UVS, insuper erant addicta coenobia Doue, Neuffontaines et Clermont St. André. L. attribuit Lieu-Dieu et Perray-Neuf Circariae Arverniae, quae ante an 1290 non extitit, sed ad quam Perrodiuum Novum reapse postea videtur transiisse.³⁾ Catalogi recentiores (HWTP) dividunt in Normanniam Borealem, Australiem et Arverniam, quam divisionem circa annum 1290 esse peractam, tuto licet supponere. Distributio autem monasteriorum, hac occasione facta, nullo modo correspondit vero situi geographicō, mappa docente. Circaria „Borealis“ potius occidentalis vel australis oportuit vocari, „Australē“ vero orientalem seu borealem malumus appellare. Boreali praeterea erant addicta coenobia longe dissita in Britannia et in Poitou. Quae divisio, parum logica, mox iterum videtur esse subrogata. In ACG nobis relictis una tantum circaria occurrit.

Initio s. XVII. Bellozanne et Isledieu transierunt ad Circariam Ponthivi, reliquae abbatiae omnes praeter Beauport et Blanchelande, ad Congregationem Antiqui Rigoris, quae pariter sibi erexit Circariam propriam Normanniae. Circaria autem Observantiae Communis s. XVIII constitit coenobiis ut sequitur: Abbécourt, Beauport, Bellozanne, Blanchelande, Chambrefontaine, Hermières, Joyenval, St. Just-en-Chaussée et Collégium Parisiense. Canoniae in Normannia sitae partim erant conspicuae et insignes, nonnullae optime floruerunt immo tempore commendae. De monialibus in hac circaria ne vestigium quidem invenimus

³⁾ Saec. XVII, Circ. Arverniae denuo extincta, revertit ad Circ. Normanniae. Forsan etiam Pleineselve post destructionem eius per Anglos, ad tempus spectabat ad Circariam nostram. Quod innuit enim nota, illi abbatiae in Catalogo Tongerloensi adscripta: „Non hic! Quod abbas de Jardo innititur occupare istud monasterium.“ Quae nota etiam confirmat aliquomodo hypothesim nostram, de asceterio Rupellensi hic infra, p. 31 expressam.

VISITATORES ET VICARI (ACG Laon)

Abb. Cuissiacensis 1498	Dns. Praemonstr. 1532
Dns. Praemonstratensis 1499/1500	Abb. Silly 1534
Abb. Dommartin et St. André 1501/02	Dns. Praemonstr. 1535
Dns. Praemonstr. 1503	Abb. de Jandeures 1558/59
Abbas Montis Dei 1504	Dns. Praemonstr. 1574/75
Abb. Séry 1505	Fr. Martinus Bourlier, prof. de Jandeures 1579/84
Dns. Praemonstr. 1506/08	Dns. Praemonstr. 1619
Abb. Lucernae 1509/14	Idem, sed Perray-Neuf, Etoile et Lieu Dieu visitat Cuissiacensis 1622
Dns. Praemonstr. 1515/18	Prior Belliportus 1657/60
Abb. Chambrefontaine 1519/21	Prior Perrodii Novi 1663
Abb. Joyenval 1527	
Abb. Isledieu 1530	

CIRCARIA NORMANNIAE BOREALIS

BEAUPORT B. M. V.

Bellus Portus, de Pulcro (Puldro) Portu, de Bello Portu in Goilou, Bauport.
Amoene situm ad ripam maris, in parochia de Plouézec (nunc de Kérity)
prope Paimpol. Dioc. de St. Brieuc, Dép. Côtes-du-Nord.

Abbatia celebris, unica quam Ordo habuit in Brittannia (Bretagne). Inter annos 1184 et 89, Alanus d'Avaugoiier, comes de Penthievre, de Goello et de Tréguier, collocavit canonicos OSA in monasterio iam existente in Insula Guirg Inis, quod abhinc vocabatur St. Riom. Canonia dotatur multis bonis et beneficiis in Anglia, et confirmatur a S. Pontifice an. 1198. Eodem circiter tempore, idem fundator condit in conspectu dictae insulae, in terra firma, canoniam Belliportus, quam tradit Praemonstratibus e Lucerna, eam pariter ditans multis bonis in Anglia sitis. Anno 1202, canonia St. Riom, ruinosa et collapsa, ab episcopo Dolensi incorporatur novae fundationi cum omnibus pertinentiis. Bellus Portus, ex hac dupli fundatione, facta est dives, ambae mensae valuerunt 48000 Libr., etsi saec. XV ammissione bonorum anglorum, medietate proventuum fuisse privata¹⁾. Canonia possedit altam justitiam ab

¹⁾ Sic sec. LESAGE. (BONNAIRE: mensa abb. 14000, GESLIN de BOURGOGNE: 60000 Libr.). Canonia aliis pecuniam fenori dedit more mensae publicae (Banque, Bank).

an. 1239, et jus pontificalium ab an. 1456. Erat filia Lucernae, sed de jure paternitatis litigabatur vehementer, praesertim saec. XVII. Ecclesias possedit sequentes, quas vi privilegii, an. 1260 obtenti, pro posse propriis religiosis deserviebat: Plouha (1211), Plouézec 1206, Boqueho, Poradic 1211, Yvias 1211, Plélo 1211, Plouvara 1211, Etables 1211, Kérity 1202, Perros-Hamon cum filiabus Lannevez et Lanvignec (1202), Plouagat 1202. Parochias insuper ex dotatione canoniae St. Rionis: Ile-aux-Cerfs, Bréhat et Ile-Béniguet, quae omnes desierunt propter depopulationem insularum; denique prioratum claustralem in West Ravendale, novem ecclesiis praeditum²⁾, et prioratus simplices in Baguer-Pican St. Macaire (1209), et Châteaulaudren N. D. de Fontaines. In parochiam Goudelin canonica exercuit jus patronatus alternatim cum abbatia Beau lieu OSA. An. 1464 obiit in Beauport Fr. Yvo Belhuec in odore sanctitatis. Anno 1540 fit commenda, nihilominus bene floruit annis 1675—1763. An. 1630 reformatur. Tentamen incorporandi canoniam Daoulas OSA an. 1683 non successit³⁾. Status personalis an. 1615: 15 DD, 1768: 25 DD, quorum 12 residabant. In actu suppressionis an. 1790 erant ibi 19 DD (10 residentes), et 2100 volumina in bibliotheca. Inter an. 1800 et 25 ecclesiae fornices et turris corruerunt, dein magna pars ecclesiae est deleta. Conamine R. de Lamennais, canoniam restaurandi an. 1820 frustrato, comes de Ponenstki acquisivit eam an. 1845, conservans abhinc aedes ruinas, restaurans integras. Posteritas eius adhuc hodie canoniam possidet. Supersunt ruinae pulcherrimae ecclesiae gothicae et refectorii, et duae partes monasterii integrae, continentibus capitulum et magnam aulam saec. XII. Stalla chori (s. XV) nunc sunt in abbatia Boquen O. Cist.

Archivalia: Arch. Dép. Côtes-du-Nord, St. Brieuc 230 art. 1198/1780 Sér. H (cartons 34/83, non cotés). Ibid. Sér. Q cart. 4 (Kérity) et 8 (Plouezec). — BMun Nancy MS 992 III, 315 sq., 1006 p. 252 — BN Paris FF 20891⁴⁾ —

²⁾ Vide vol. II 87, 592, 596.

³⁾ Hoc anno enim conventus de Daoulas prope Brest cessit abbatiam suam canoniae de Beauport, una cum 12 ecclesiis incorporatis, erga pensionem solvendam. Quod vero rex non sancivit, et univit mensam abbatialem de Daoulas Collegio S. J. in Brest. De unione mensae conventualis cum Beauport per 35 annos litigatum est, sed absque eventu. Anno 1715 Belliportus, qui intendit introductionem Ordinis nostri in Daoulas, proposuit se velle exponere 15 canonicos in Seminario Brestensi, 10 in Folgoët, et 15 in Daoulas, si mensa conventualis dictae canoniae ei concederetur. (Arch. Dép. Côtes-du-Nord, Fonds Beauport).

⁴⁾ v. WAEFELGHEM citat: BN Paris S 6 I 1162 (revera FL 13906) in fidem DARAS, qui addit nr. 58 (FF 18996) et 59 (61 FL 4899 nr. 13). In hisce omnibus habetur confusio cum abbatia Bonport O. Cist.

Arch. Episc. St. Brieuc: Opera P. J. LESAGE, canonici Belliportus († 1832) 4 voll. MSS⁵) — Arch. Dép. Rennes: 1 fasc.

Fontes et Litteratura: HUGO I 307, pr. 257/72 — WAEFELGHEM 22 — AA. SS. 19a maii, pp. 560, 579 — BEAUNIER/BESSE VIII 284 — *Cat. Fact.* I 140, III 312 a — *CatMSSBDép* III — CHEVALIER 341 — COTTINEAU 309, 2299 — DARAS 43 — DÉMAY *Norm.* 2657/59, 2745 — DHGE VII 226 — DUGDALE/DODSWORTH, *Mon. Anglic.* (v. supra II 30) IV 1015/16 — *Gall. Chr. vet.* IV 158, N XIV 1109 — GOOVAERTS I 506, II 101, IV 152, 283 — LECESTRE 47 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — LONGNON *Pouillés* III 341, 342, 355, 377, 381, 392 — PICOT 404, 405 — POTTHAST 112, 251, 1757, 3237, 3242, 4547, 12205, 12207, 12382, 13792, 17601, 17766, 17798, 18031, 18037, 18054, 18056, 20691, 20696 — *Reg. Ben XII* 755 — STEIN 405 — H. d'ARBOIS DE JUBAINVILLE, *Mots bretons dans les chartes de B.*, (*Rev. Celtique* III 1878, 395/418) — A. BARTHELEMY, *Charte de 1224 pour B.* (*BComH Bretagne* II, 1850, 191) — IDEM, *L'Abbaye de B.* (*Mélanges HAR Bretagne*, St. Brieuc 1854/58, II 27/39) — IDEM, *Seaux de l'Abbaye de B.*, (*Rev. Ar* IX, 1853, 750) — E. BONNAIRE, *Histoire des abbayes de St. Riom et de B., depuis les origines jusqu'en 1630* (*Ecole des Chartes, Promotions* 1925, pp. 27/35) — J. GESLIN DE BOURGOGNE/A. de BARTHELEMY, *Anciens évêchés de Bretagne. Histoire et monuments. St. Brieuc*. Paris/St. Brieuc 1864, IV 1/228 — J. BRAUNWALD, *L'Abbaye de B.* (*Congr. Arch. 107 e sess.* 1949 pp. 80/101, cf. *Anal. Praem.* 1954, p. 314) — A. de CAUMONT, *Abécédaire ou rudiment d'archéologie...*, Caen 1867/69 II 116 — IDEM, *Relation d'une promenade archéologique en Bretagne*, (*Bull. Mon.* XVI, 1850, 437/44) — G. DOTTIN, *Mots celtiques dans les chartes de B.* (*Rev. Celtique* VII, 1886, 52/75, 200/09) — L. DUBREUIL, *La vente des biens nationaux dans le Dép. des Côtes-du-Nord*, Paris 1912, pp. 29, 34, 38/41 — R. DURAND, *Une lettre de cachet à l'abbé de B.* (*Ann. Bretagne* XXXI, 1916, 47/50) — Ch. de FREMINVILLE, *Antiquités de Bretagne*, Brest 1837, pp. 100/19 — J. GAULTIER de MOTTAY, *Reperatoire archéologique du Dép. des Côtes-du-Nord* (*MSArH Côtes-du-Nord*, St. Brieuc 1884, pp. 207/08) — A. GUILLOTIN de CORSON, *Pouillé historique de l'Archevêché de Rennes*, Rennes/Paris 1880/86, II 750/54 — M. HABASQUE, *Notions historiques... sur le littoral des Côtes-du-Nord*, St. Brieuc 1832, I 216/51 — P. HEMON, *Le diocèse de St. Brieuc pendant la période révolutionnaire*, St. Brieuc 1894 (*Confér. ecclés. de 1892*) I 56/59, 243, cf. *Ann. Ar. Bretagne* XII 1897, 627 — G. JOLLIVET, *Les Côtes-du-Nord, Histoire et Géographie*. Guingamp 1854, 279/84 — Ch. de LA MONNERAYE, *Essai sur l'architecture religieuse en Bretagne pendant la durée des XI et XIIe siècles* (*BAR Assoc. Bretonne* I, 1849,

⁵) Continet: „*Histoire du Diocèse de St. Brieuc de 1786 à 1832*“, 2 voll. et „*Journal de Voyage. Lettres d'Erasme à Eusébie*“, id est, narratio fatorum eius in exilio annis 1790/1802. Peragravit Belgium, Germaniam, Helvetiam et Poloniam, pluries commoratus est in abbatii Ordinis nostri, pro quo MS illud est fons magni momenti. De persona auctoris v. GOOVAERTS I 505, et HEMON art. cit.

87/99) — P. LE BEGUEC, *L'abbaye de B., insérée dans l'ensemble du développement monastique*. St. Brieuc 1954 — *Journal du P. J. LESAGE (Semaine Religieuse de St. Brieuc 1891 pp. 214/15, 439/43; 1912 pp. 348/51, 446/48, 542/44)* — LUCAS, *Documents pour servir à l'histoire de l'aliénation de l'abbaye de B. (Rev. H de l'Ouest VII, 1891, 277/88)* — H. MORICE, *Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique .. de Bretagne*, Paris 1742, I pp. 732, 782, 796, 843, 880, 943, 1004, 1013, 1018, 1586 — H. MORVAN, *L'Abbaye de B. Etude historique et archéologique (MSECôtes-du-Nord LII, 1920, 33/69. T. à p. St. Brieuc 1921. Cf. Anal. Praem. II 312)* — A. RAME in *BArAssoc. Bretonne VI*, 1857, 61/70 — *Bull. Mon.* V, 1849, 7/14 —

S e r i e s a b b a t u m (DHGE)

Radulfus 1206	Joannes Huet 1442 res.
Gulielmus Larcher 1206 res.	Petrus Huet 1456/79 res.
Radulphus 1207/08 (per unum annum)	Amalricus de la Roche 1479—90
Simon 1215/20	Robertus de La Vallée 1491—98
Andreas 1220	Joannes Le Bigot 1498—1540
S... 1220—22	Aegidius Quimper de Lanascol 1532 coadj. abbas 1540—46
Rogerus 1224/32	Simon de Maillé de Brezé 1546—54
Hervaeus 1249	Franciscus d'Acigné 1554—
Robertus Barbe 1252/72	Card. Alexander Farnese —1560—73
Yvo de Kérity ca. 1275	Torquatus de Gondy 1573—77
Gulielmus de Paimpol 1276	Carolus de Contin 1577—81
Michael Gauthier † 23. X. 12..	Claudius Chataignier de La Roche- Posay 1581—96
Petrus d'Agreville 1284	Claudius de Marboeuf 1596—1603
Joannes de Montmartin res. 12..	Ferdinandus Chataignier de La Roche- Posay 1603—07
Joannes de Humo res. 1303 ⁶⁾	Gabriel de Laurendeau 1607—18
Michael Vivien † 1304?	Nicolaus David 1618—27
Andreas Le Feuvre 1304/30	Ludovicus Chataignier de La Roche- Posay 1627—34 res.
Joannes Cornette 13..	Carolus Chataignier de La Roche- Posay 1634—39 res.
Gulielmus de Pommerit 1352/55	Annas Chataignier de La Roche-Posay 1639—78
Jacobus Moriceau 1356/73	
Joannes Gillard 1386—97	
Joannes Boschier 1397—1441 res.	

⁶⁾ PICOT 404.

Henr. Achilles de la Rochefoucauld 1679—98	Ludov. Franc. Vivet de Montclus 1729—45
Alexander de La Rochefoucauld 1698—1722	Petrus de Rastignac 1745—47
Louis Colbert 1722 res.	Alex. Hinisdal de Fumal 1747—79
Freder. Hieron. de Roye de la Rochefoucauld 1722—29	N. de Goyon 1779—85 Alph. Const. de Pontevès 1785—90

B L A N C H E L A N D E B. M. V. et St. Nicolaus

Alta Brugeria, Blanca landa. — Vitetur confusio cum abbatia Blandland in Anglia.

Com. Neufmesnil-Varenguebec, Dép. de la Manche. Dioc. de Coutances.

Abbatia, fundata an. 1154/55 in Brocqueboeuf (Lithuaire St. Jacques) a Gulielmo de Orval pro tribus eremitis. Paulo post translata est in vicinam Blanca landam et Ord. Praem. tradita a Richardo barone de la Haye du Puits, constabulario Normanniae. Monasterium dedicatur an. 1170, ecclesia an. 1185. Filia de Dommartin. Prioratus dependentes: Cammeringham in Anglia⁷⁾, La Lande, Brocqueboeuf, Etoubelon (1210) Cottebrune, Anglesqueville (1213), Mona queville Ste. Marguerite, et St. Martin de Bellouse sive Martinvast in insula Guernsey. Ecclesiae incorporatae: Alonne N. D. (1189), Alonne St. Pierre (1190), Arneville, Angoville, Octeville-l'Avenel (1217), Blosville, Brucheville, Bolleville (1197), Cretteville (1157), Doville, Gorges, Jersey St. Laurent, Prétot (1231/37), Ravenoville (1164), St. Denis-le-Vetu (1199), St. Aubin-du-Perron (1176), St. Germain-le-Gaillard (1176), St. Symphorien, Regnerville (1188), et capella in Lestre. Abbates infulantur an. 1413. Reditus annui: 10310 Libr. Commenda annis 1643—1748 et 1765—90. Status personalis: 1465: 11 DD, 1484: 8, 1615: 13, 1766: 11 rel. residentes et 7 extra; 1790, in actu suppressionis: 4 residentes. Anno 1824 omnes aedes iam fuerunt ruinatae. An. 1845 ruina ecclesiae (saec. XIII, cum pulchra turre) solo aequatur, tunc tumuli et epitaphia abbatum, religiosorum et fundatorum translata sunt in ecclesiam de Neufmesnil. Super sunt pulchrae portae saec. XIII, domus abbatialis s. XVI, magna pars monasterii (s. XVIII) cum aula saec. XII (refectorium?). Altare maius nunc est in Couville, stalla in asceterio St. Sauveur-le-Vicomte. Aedes monasterii anno 1880 factae sunt domus matrix Congregationis „Auxiliatum Animarum Purgatorii“.

7) v. vol. II 43, 594.

Archivalium ingens multitudo (1400 fasc.) in bello peracto combusta est in St. Lô, ubi deposita erat in Arch. Dép. Exstat tamen inventarium (ISAD) — Arch. N. Paris S 3303 (17 docum. 1662/1784) — Arch. Dép. Calvados H 20, 27, 4133 — BMun Caen MS 79 — BMun Cherbourg MS 260 f. 21, MS 114 — BMun Nancy MS 991 II 635/38; 992 IV 238/48, 258/65; 1006 f. 234, 238, 242 — BN Paris FL 10065 f. 89/101, FF 4900 f. 188, 193; Coll. Baluze t. 58 f. 207/09. — MS DEGROULT 225.

— MS DEGROUET 225.

Fontes et Litteratura: HUGO I 345, pr. 292/95 — WAEFELGHEM 36, 46, 69, 85, 140 — BEAUNIER/BESSE VII 158 — CatChartCollHerFr. Normandie nr. 918/22 — Cat. Fact. I 334, IV 314, 315 — CatMSSBDép X, XLII, XLIV, XLV — COTTINEAU 388, 510, 890, 1082, 1547 — DARAS 46 — DEMAY Norm. 2661/63, 2756 — DHGE IX 100/04 — DUGDALE/DODSWORTH *Monasticum Anglicanum* VII 1114 — Gallia Chr. N XI 944/49 — GOOVAERTS II 39, IV 18, 341 — JAFFE 10791, 14737 — ISAD Manche H I 1, pp. 16/220 — LECESTRE 47 — Lettr. com. Jean XXII 44190, 46660 — Lib. Feodum (v. supra II 28) 192, 1073 — LONGNON *Pouillés* II cf. ind. (com. Neufmesnil) — MIGNE PL t. 207, c. 1165, 1166 — Neustria Pia 842 — RAMACKERS PUF II 111, 227 — Reg. Urbain V nr. 191 — ROUND I 309/12 — STAPLETON I cxlv, cclxxxviiij — STEIN nr. 494/96 — J. COLOMBI, *Dissertatio de Blancalandano coenobio et de Lucerna.... in pago Abrincensi*, Lyon 1660 — L. DELISLE, *Actes relatifs aux abbayes et à divers établissements ecclésiastiques de Basse Normandie, conservés dans les collections de Gaignières, St Lô* 1898 — L. DERIES, *La vie monastique en Normandie, St. Lô* 1933, pp. 257/65 — L. de GERVILLE, *Recherches sur les abbayes... de la Manche (MSAnNormandie II, 1825, 56/62)* — P. LECACHEUX, *Essai historique sur l'Hotel-Dieu de Coutances*, 2 voll. Paris 1899, cf. ind. II 438 — A. LECANU, *Histoire du diocèse de Coutances et d'Avranches*, 2 voll. Coutances 1898 (multa continent, praesertim de ecclesiis incorporatis, sed caret indice) — L. QUENAULT, *L'Abbé Toulorge, ou le martyr de la vérité*⁸), Coutances 1869 — N. RENAUD, *Revue monumentale et historique de l'arrondissement de Coutances, canton de la Haye du Puits* (Annu. Manche 1859, 1/34) — F. RICHOMME, *Blanchelande, abbaye du diocèse de Coutances*, ibid. 1839, pp. 380/84 — E. VIVIER, *Le département de la Manche, notice historique et géographique*, Nantes 1938 — BAe Ebroic. I (1837) 116/25. Vide etiam apud Cammeringham vol. II 43.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. DHGE, emend. sec.
JSAD Manche)

- | | |
|--------------------------------|---------------------------------|
| 1. (Ignotus) 1155 | Robertus de Ravenoville 1213—17 |
| 2. Ranulphus de Roncey 1155—67 | Petrus 1227 |
| Petrus le Poète 1167—1213 res. | Nicolaus de Sturville † 1232 |

⁸⁾ Adrianus Toulonge, canonicus Blancalanda, an. 1793 martyr pro fide occubuit. Processus beatificationis eius est initiatu.

- Petrus de Baudienville res. 1247
 Robertus d'Hairou 1247—53 res.
 Thomas de St. Mère-Eglise † 1260
 Petrus de St. Mère-Eglise ca. 1265
 Gulielmus Aubert de Ste. Marie
 † 1271
 Thomas Fabien 1271—98
 Robertus Hardi 1298—1331
 Joannes Pitebout 1331—37
 Gulielmus de Crésal 1337—49
 Nicolaus de la Bonneville
 1349—62
 Albinus Leroux 1362—77
 Thomas des Iles 1379, † post 1404⁹⁾
 Thomas de St. Lô I 1412—47
 Thomas de St. Lô II 1447—61
 Nicolaus Mulot 1461—80 res.
 Petrus Pitebout ca. 1480—86
 Robertus Rosselins ca. 1488—1501
 Petrus Lefebvre 1501—07
 Laurentius Mulot 1507 —
 res. ante 1535
 Nicolaus Le Maistre I res. 1537
 Nicolaus Le Maistre II 1537—57
- Nicolaus Averoult 1557¹⁰⁾)
 Franciscus de Bouliers 1557—75
 Philippus Troussay I 1575—89 res.
 Franciscus Troussay 1590—1614
 Philippus Troussay II 1614—43
 Card. Hieron. Grimaldi 1643—48
 Joseph Zongo Ondedei 1648—51 res.
 Joannes Vinc. de Tulles 1651—68
 Franciscus de Caillebot 1668—71
 Melchior Harod de St. Romain
 1671—72 res.¹¹⁾)
 Joannes Bapt. Boyer 1672—85
 Franc. Le Vasseur de Coignée
 1685—1720
 Aegidius Bern. Raguet 1721—23 res.
 Paulus Claud. de Lormande 1723—38
 Alex. Lebrun d'Inteville 1738—48
 postea abb. in Licques
 Hieronymus Le Prevost 1748—65
 Andreas Franc. Talaru de Chalmazel
 1765—90. simul abb. in Lieu-Dieu
- Inseri nequeunt:
 Robertus (in fine saec. XIV)
 Richardus (item, regn. per 12
 annos)

L'E T O I L E SS. Trinitatis (vel SS. Salvatoris¹²⁾)

Stella, Ecclesia de St. — L'Estelle, -stoille, -stoile, -toille.
 Com. Authon, cant. St. Amand, arr. Vendôme, Dép. Loir-et-Cher. Dioc. Chartres, ab an. 1697 Blois. Quondam sita erat in confinibus trium provinciarum Touraine, Beauce et Perche. — Vitetur confusio cum abbatia O. Cist eiusdem nominis (Vienne).

⁹⁾ ISAD Manche H 175, 176.

¹⁰⁾ Loco Nicolai et successoris eius, HUGO habet Robertum Carron.

¹¹⁾ pro annis 1634—72, HUGO habet loco abbatum supradictorum: Car. Franc. de Raconis, N. de St. Germain, et N. de la Salle.

¹²⁾ ambo patrocinia a cunabulis occurunt promiscue.

Abbatia. Monasterium perantiquum, ignoti originis. Saec. IX prioratus OSB, postea OSA. An. 1114 videtur fuisse abbatia OSB¹³⁾. Anno 1130, instigante Theobaldo comite Campaniae, introducuntur Praemonstratenses ex archicoenobio per Gaufridum de Lèves (Grisegonelle), comitem de Vendôme, et Mathilde eius uxore. De monialibus nihil constat. Confirmationes pontificiae: an. 1147, 1187, 1287. An. 1132 Episcopus Carnotensis canoniacae, quae semper fuit modica, adiungit eremum de Monthalan Prioratus: L'Ecotière, ecclesiae incorporatae: Les Hayes (cum prioratu de La Roche-Perdriel), Authon 1185, La Mancelière, Locquenay, N. D. de Lorette. Patronatus: Maisoncelles. Pluries in bellis devastata et combusta, ita anno 1362, medio saec. XV, an. 1519 (tunc periiit archivum), et 1570. An. 1559 fit commenda, an. 1660 amplectitur Congregationem Antiqui Rigoris, in qua pertinuit ad Circariam Normanniac. Reditus annui 1766: mensa abb. 2000, conv. 1647 Libr. Status personalis: 1131: 12, ca. 1460: 5, 1768: 7, 1785: 4 DD, 1790: 3 residentes, 2 extra. Anno 1772 intendebatur a Capitulo Generali (id est, nationali) Ordinis fusio huius canoniae cum Sto. Georgio in Nemore^{13a)}, sed ambae communitates, etsi exiguae, tantopere sunt protestatae, ut conamen non successerit. An. 1790 suppressa est. Aedes monasterii medio saec. XIX sunt rasae. Superest ecclesia integra saec. XII cum tribus apsidibus, profanata in horreum. Antiqua sacristia nunc est capella. Anno 1887, Principissa Sarsini-Aldobrandini, proprietaria monasterii, in aede juxta ecclesiam neocereto, instituit prioratum pro canonicis e Frigolet, qui tamen anno 1892 locum iterum dereliquerunt.

Archivalia: Arch. Dép. Loir-et-Cher, Blois: 12 H 1—12 H 14 (14 fasc. cum 273 documentis an. 1449/1780). Praeterea: 21 H 69, E 93, 104; Q 1390, 1423. — Arch. Dép. du Calvados H 18, 30 — Arch. Dép. de la Sarthe G 385, H 972, 1726, 1729 — Arch. N. Paris P 604/06, S 3292 col. 545 — BMun Chartres MS 195 — BMun Nancy 992/XV 417 — BMun Orléans MS 394, 435 bis (Historia canoniae), 482, 487, 555 — BN Paris FL 17048 p. 157; Coll. Moreau t. 62 p. 177; Estampes Va 70 (imago an. 1695) — BMun Vendome MS 278 (Catalogus librorum biblioth. saec. XVIII).

Fontes et Litteratura: HUGO II 873, pr. 529/30 — IDEM SAM Ep. Gerv. 76 — WAEFELGHEM 144, 148 — BEAUNIER/BESSE I 189 — BREQUIGNY VII 200, VIII 153 — Cat. Fact. III 332, cf. ind. — Cat MSSBDép. III 479, XI — CHEVALIER 1052 — COTTINEAU 1027, 1081, 1973 — DARAS, ANF 67 — DELISLE Roul. 391 — Gall. Chr. N VIII 1401, instr. 192, 427, 428, 439 — GOOVAERTS I 81, 542, III 150, IV 63, 155, 207 — LECESTRE 49 — Lettr. com. Jean XXII 16627 — LONGNON Pouillés IV 105, 138, 166, 226 —

¹³⁾ an. 1114: Michael abbas SS. Trinitatis de Stella OSB (METAIS, Rec. p. 71).

^{13a)} St. Georges-des-Bois, de quo vide infra suo loco.

PICOT 526 — PIOLIN HEM cf. ind. — POTTHAST 5800, 9711 — PRES-SUTTI 1339 — VALVEKENS ACG 1498 (*Anal. Pr. XV*) pp. 32, 36, 38 — BILARD, *Analyse des documents historiques dans les archives de la Sarthe* nr. 605 — BOUCHOT, *Inventaire de la collection Gaignières* nr. 2527/29, 5283 — (L. DARAS), *L'abbaye de l'Etoile* (*An. Norb.* 1886/89 cf. indd.) — LANDAU, *Notice sur Ste. Radegonde de l'Ecotière* (*BSAr Vendômois IX*, 1870. 132/48) — G. LAUNAY, *Répertoire archéologique de l'Arrond. de Vendôme*, Vend. 1889, p. 91¹⁴⁾ — Ch. METAIS, *L'abbaye de l'E., inventaire du 7 mars 1790, (Etudes et documents, I, Orléans 1889, pp. 70/76)* — IDEM, *Recueil de chartes Vendômoises*, Vendôme 1905/10, cf. ind. p. 485 — Ph. de PASSAC, *Vendôme et le Vendômois*, Vend. 1823, pp. 87/88 — J. de PETIGNY, *Histoire archéologique du Vendômois*, 2a ed. Vendôme 1882, pp. 435, 520, 532, 596 — E. PILTE, *Petit répertoire archéologique des édifices religieux du diocèse actuel de Blois*, (St. Dizier) 1931, pp. 226/27 — M. de ROCHAMBEAU, *Le Vendômois épigraphique et iconographique*, Paris 1894, II 428/38 — R. de ST. VENANT, *Dictionnaire topographique, historique... du Vendômois*, Vend. 1912, I 482/86 — IDEM, *Une excursion à Authon... et St. Georges-des-Bois*, (*BSArScLittér. Vendômois XXXV*, 1896, pp. 177/84) — Ibidem 1865: pp. 57, 138, 151; 1866: p. 196; 1869: pp. 262, 263, 271; 1878: p. 83; XVIII (1879) pp. 50, 83; 1880: pp. 63; 1881: p. 324 — *Rev. HArMaine V*, 1879, p. 379.

S e r i e s a b b a t u m (si non aliter notetur, sec. St. VENANT)

Theodoricus 1132/46	Gulielmus 1248/50
Radulphus 1157, † 1177	Joannes 1250/65
Imbertus 1172 ¹⁵⁾	Guido 1270, † 1275
Joannes le Gascon 1178	Godefridus 1288, † 1298
Richardus ca. 1180/90 ¹⁶⁾	Nicolaus de Vaux 1308 ¹⁹⁾
Galtherus 1189/90, 1199/1211 ¹⁷⁾	Julianus 1310, † 1317
Michael 1214, † 1229	Joannes 1322/28
Gaufridus 1228—34	Guido 1335
Adam ca. 1235/40 ¹⁸⁾	Joannes Le Picard — 1344
Hugo 1240	Gulielmus La Caille — 1385
Godefridus 1240/48	Stephanus Broderel 1386/1419

¹⁴⁾ Ab eodem auctore citatur: „*Dissertation sur les titres les plus anciens de l'Abbaye de l'Etoile*“ (*Oeuvres III*, 347), quod vero nequidem in bibliothecis et archivis in Blois invenire seu comprobare potuimus.

¹⁵⁾ METAIS, *Cartulaire de l'Abbaye de Vendôme* nr. 570.

¹⁶⁾ Ob. *Praem.* I 26. IV.

¹⁷⁾ 1189/90: *Province du Maine IV*, 1896, p. 127.

¹⁸⁾ Ob. *Praem.* I, 19. V.

¹⁹⁾ METAIS, *Recueil* nr. 91.

Joannes de Fontenay 1419—59	Franc. Lecomte de Nonant 1669—80
Guilielmus de Cormeray 1459/69	Alexius Léonard de Bellemore 1680—1701
Joannes de Cormeray 1472	Robertus Perrot 1702—42
Guilielmus de Montesson 1480/98	Joannes Jos. Baisle 1742—48
simul abbas Sti. Joannis Ambian. ²⁰⁾	Petrus Franc. Basset de Jolimont 1750—80
Joannes de Montesson 1499—1516	Joannes Duchillaud d'Effieux 1780—90
Ambrosius de Montesson 1516—57	Inseri nequit
Joannes de Lavardin 1558—85	Stephanus 12. (Ob. Praem. I 23.III)
Claudius Quenault 1585—1603 res.	
Jacobus de Lavardin 1604—23	
Valentinus du Raynier 1624—68	

LIEU-DIEU B.M.V.

Locus Dei in Jar(do) - in Gardo - in Gardio. — Lieu Deu en Jart, Jart, Nostre-Dame de Jart-en-Poitou. Hodie: Lieu-Dieu-en-Jard. Vitetur confusio cum canonia Jard OSA (Dép. Seine-et-Marne), cum Dilo, et, cum variis aliis „Locis Dei“ (vide COTTINEAU suo loco).

Com. Jard. cant. Talmont. Dép. de la Vendée. Dioc. Poitiers, ab an. 1317 Luçon.

Abbatia quondam insignis. Fundata est inter annos 1180/89 a Richardo „Coeur de Lion“, rege Angliae, tamquam cella O. Praem. modice dotata, in parochia Génétouze prope La Roche-s.-Yon. Rex reversus ab itineribus, liberationi suae e captivitate voluit erigere monumentum evehendo hanc domum in abbatiam anno 1196, munificenter augendo eius dotationem. Filia Praemonstrati²¹⁾). Paulo post (ante an. 1198) translata est in parochiam Jard juxta oceanum, ubi nomen suum retinens, abhinc vocabatur: Lieu-Dieu-en-Jard²²⁾). Locus primitivus facta est curia principalis abbatiae, sub nomine „Lieu-Dieu-lès-Venansault“. Certe non sicut monasterium duplex, tamen paternitati eius subditus est parthenon in La Rochelle, probabilius saec. XV. Propter interitum totalem archivorum, historia eius parum est nota, sed extensio ruinarum et magnitudo proventuum (mensa abb.: 17 000, conv.: 10 000 Libr.) probant, Locum Dei fuisse abbatiam

²⁰⁾ LEDRU, *L'Abbaye du Perray Neuf* (v. infra) V 55

²¹⁾ Cat. H: filia Lucernae.

²²⁾ parochia et prioratus Stae. Radegundis in Jard, iam antea in vicinitate existens, nil habet commune cum fundatione nostra (cf. de hoc prioratu Arch. Dép. Vienne Fonds Ste. Croix de Poitiers, fasc. 93/94).

conspicuam^{22a}). Ecclesias incorporatas non habuit²³), praeter prioratum N. D. de la Fontaine d'Havouys, sine jure parochiali, et sat longe distan-tem²⁴). Abbas erat „abbé-baron“, Vix alia domus Ordinis in Gallia aerumnis et fato sinistro magis erat percussa quam Locus Dei. An. 1384, et iterum saec XV combusta est ab Anglis, et anno 1568 tam funditus est eversa a Calvinistis, ut non amplius potuerit resurgere. Misere abhinc elanguit, eo magis, quod divitiae eius iam ab anno 1484 cupiditatem commendatariorum excitaverant. An. 1615: 10 religiosi. Anno 1660 no-men dedit Congregationi Antiqui Rigoris, sed Abbas Generalis vi fecit expellere reformatos anno sequenti. Abbas Generalis Colbert decrevit unionem mensac conventionalis cum Collegio Parisiensi, quod provocavit processum a parte episcopi de Luçon, Mgr. de Bussy, anno 1726²⁵). Ab anno 1717 aedes claustrales, iam valde ruinatae, partim sunt solo aequatae²⁶). Abhinc unus tantum religiosus ibi resedit, tamen an. 1754 ibi fuit conuentus²⁷) absque officio canoniali. Anno 1766 adnumeratur Circariae Normanniae Congregationis Antiqui Rigoris. An. 1790, cum esset suppressa, religiosis erat destituta. Nunc est magnum praedium. Pars aedificiorum subsistit, cum bello et extenso refectorio et capitulo (XIII/XIV s.), et partibus ecclesiae et claustri (XIII s.). In Génétouze superest ecclesia primitiva canoniae, in horreum pessumdata.

³⁴⁾ Probabiliter duo erant Petri „de Sigy“, sive „de Silly“. Alter invenitur in necrologio loci die 4a maii, alter in Necr. Bellosannae 10. II.

³⁵⁾ Alm. Roy.

tantum: Noron³⁵). An. 1755, canonica possedit quatuor beneficia maiora, et nullum minus. Habuit refugium in Caen. Reditus annui: 7523 Libr. Commenda annis 1633/1704, et 1763/90. An. 1634 se adiungit Congregationi Antiqui Rigoris. Novitiatus communis pro Circ. Normanniae an. 1685/90. Status personalis: 1319: 16, 1756: 19 religiosi, an. 1790: 7 residentes, 3 extra. An. 1706/27 reconstruitur totum monasterium, nihil e medio aevo superest. Abbas Philippus L'Hermitte infuatus est (1704/25). Quo regnante, ecclesia pulchra constructa est a Fr. Eustachio Restout priore, architecto et pictore celebri³⁷). An. 1790 suppressa est canonica, ecclesia facta est parochialis. Monasterium erat collegium privatum an. 1809—12, annis vero 1815—45 asceterium O. Cist. Ref.³⁸), anno demum 1858 est recuperatum ab Ordine, per abbatem Grimbergensem in Belgio. Anno 1873 denuo fit abbatia. Annis 1880/94 et 1903/21 conventus vixit in exilio, secunda vice in Bois-Seigneur-Isaac in Belgio. Nostris temporibus fundavit prioratus in Nantes, in Balarin, et in Etiolles, de quibus vide infra suo loco. Prioratus fundati in Longpont prope Paris (1923—48) et Rabat in Mauretania (1948—54) iterum desierunt. Anno 1953, communitas, quae modo pertinet ad Circariam Galliae, habuit 41 religiosos.

A r c h i v a l i a : Arch. Dép. Calvados, Caen H 28 6388/6440 (7 cartularia XIII/XV saec., et 45 fasciculi cum 363 documentis), sér. Q 1013 (35 doc.) — Ibid. Versement au Greffe du Tribunal de Bayeux: Abb. de Mondaye 1747—89. Arch. Capituli Cathedr. Baiocensis: 170 MSS et libri ex Monte Dei. MS 12070/72: 3 cartularia XIV/XV s. Quatuor registra (MSS 1210, 12080, 12092, 12103, sacc. XV), 2 chartae 1287/1301 (MS 192) — Arch. Nat. Paris L 1001, S 3219 — BAbbaye de Mondaye: Cartularium ex MSS Capituli Baiocensis transscriptum an. 1889, 3 voll. MSS. Diurnale Abbatis F. Reusse, titulo: „*Registre des événements les plus remarquables depuis l'introduction de la réforme à Mondée jusqu'à présent 1760*“. MS DEGROULT 1/31, 91/104 (Invent. Biblioth.), 177/207, 261/64, 235, 239. Ibid. Collectiones NIQUET, de PANTHOU et MADELAINE. Journal du P. SADOT 1858/1905. Registrum Renov. Votorum an. 1754/90 — BMun Bayeux MS 303, 418 — BMun Caen MS 79, 292 — BMun Nancy 991/II 525/26, 992/XII 257/79 — BN Paris FL 10073.

F o n t e s e t L i t t e r a t u r a : HUGO II 315, pr. 188/92 — WAEFEL-GHEM 168 — BEAUNIER/BESSE VII 201 — BEZIERS II 258/60 — *Cat. Fact*

³⁵) de FARCY I 273 citat etiam Trevières. Immerito tamen, asserente R. P. DEGROULT

³⁷) Vide de eo GOOVAERTS II 89. Picturae eius, post suppressionem abbatiae in eccl. Cathedralem Baiocensem ablatae, post restaurationem monasterio sunt restitutae.

³⁸) Quae communitas, translata in Maubec, deinde in La Cour Pétral, hodie degit in Clairefontaine in Belgio.

cf. ind. — *CatMSSBDép.* X 363, XIV 296, XL, XLIV — *Cat. Rôles* I 267 —
 De CAUMONT III 361/74 — CHEVALIER 1969 — COTTINEAU 1407, 1493,
 1882, 3228 — DARAS 72 — DELISLE *Roul.* 405 — DEMAY *Norm.* 2820 —
 DOUET D'ARCQ ISAN 8850/51, 9316 — DUBRULL *Bull. R.* 503 —
 FISQUET 373 — *Gall. Chr.* N XI 860 — GOOVAERTS I 26, 32, 176, 549,
 II 16, 24, 87, 90, III 13, 151/53, 166, IV 16, 173, 181, 206, 240, 242, 300 —
 ISAD Orne H 213 — LECESTRE 49 — LECHAUDE D'ANIZY II 55/58 —
Lettr. com. Jean XXII 55137 — LONGNON *Pouillé* II cf. ind. — *Neustria Pia* 905 — POTTHAST 8498 — *Reg. Leo* X 6687, 12881 — STAPLETON II
 cccxijj (Montdéc) — STEIN 2477 — VALVEKENS ACG 1498, 38, 40 —
 V. DESDIGUIERES, *Excursion à l'Abbaye de M.* (*AnnuAssoc. Normande* XLIII, 1877, 427) — E. de LAHEUDRIE, *Histoire du Bessin*, Caen 1930, I 124,
 140, 183, 184, 195, 223, II 162, 185 — N. LAVALLEY/DUPERROUX, *Sur l'église de Mondaye* (*BSAnNormande* I 1860/61, pp. 314/23) — (G. MADELAINE) *Fêtes de la Bénédiction de l'Abbé de Mondaye (Semaine Relig. Dioc. de Bayeux IX*, 1873, pp. 650/56) — IDEM, *L'abbaye de M. au XVIIIe siècle*, ibidem pp. 330/34, 345/49 — IDEM, *L'abbaye de M. au moment de la Révolution et depuis le concordat*, ibidem V 1869, pp. 362/66, 394/98, 409/15, 426/32,
 456/63, 507/12, 586 — IDEM, *Essai historique sur l'Abbaye de M., de l'Ordre de Prémontré*, Caen 1874 — P. Alph. de Lig. (PARIS), *Abbaye de Mondaye. La Comtesse de Salisbury et ses enfants (Sem. Relig. Dioc. de Bayeux V* 1869, pp. 83/87, 100/03) — IDEM, *L'Abbaye de Mondaye* (ibidem III 1867, pp. 309/11,
 320/22, 346/48) — IDEM, *L'Abbaye de Mondaye et le Rev. Père Eustache Restout 1655/1743* ibidem IV, 1868, pp. 191/96, 210/15) — J. PELCOQ, *L'église abbatiale de Mondaye (La Revue du Touring Club de France* XLV, 1935, pp. 241/45) — IDEM, *L'Abbaye de M.*, Bayeux 1935 — A. PIEL, *Inventaire historique des actes transcrits aux insinuations ecclésiastiques de l'ancien diocèse de Lisieux 1692/1790*, 5 voll. Lisieux 1891/95, cf. ind. — J. TOLMER, *L'abbaye de M.*, Paris 1908 — *Excursions dans le Bessin* (*BSAnOrne* XLII, 1923, pp. 98/105) — *Expulsion, le jeudi 4 nov. 1880, des PP. Prémontrés de l'Abbaye de M.*, Bayeux 1880 — BN V, 1903, p. 208 — *MSAnNormandie* XVIII, 1851, 106 — *Rev. Mabillon* XI 9 —

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. MADELAINE, *Essai Emendata a. R. P. Michaele DEGROULT, archivario canoniae*)

Rogerius de Juetz † 1215	Richardus Simonis 1327/49
Richardus 1216—25	Robertus Garet 1360, † 1372
Rogerius 1225—42	Gaufridus Randouin 1389/90
Gabriel du Fay 1266, † 1276	Robertus de Bacilly 1417/18
Gaufridus † 1280	Thomas Arnould ca. 1421
Gaufridus Blason 1281, † 1312	Joannes Louys 1429/39
Gaufridus de Champrepus 1318	Gulielmus 1440
Radulphus d'Orival 1327	Petrus 1452/57

Gulielmus 1462 ³⁹⁾	Claudius Ph. Leclerc du Tremblay
Thomas 1465	1631—1704
Gulielmus de Bigot 1470	Philippus Lhermite 1704—25
Joannes le Barberel † 1482	Oliverius Jahouel coadj. 1719
Samson † 1487	abbas 1725—38
Laurentius de Cussy 1487/90	Ludovicus Reusse 1738—63
Joannes Pellecocq 1494 ⁴⁰⁾	Carolus Franc. Raffin 1763—82
Nicolaus de la Boysaine 1494/97	Carolus Franc. de la Rochefoucauld
Aegidius L'Ours 1497—1512 res.	Dubreuil 1782—84
Joannes Ferey 1512—57 res.	Joannes Bodard de Champigny
Aegidius de Valognes 1557—62	1784—90
Gulielmus Poineau 1562/67	Josephus Willekens superior 1859,
Julianus Guichard post 1567	prior 1862, abbas 1873—1908
Guido Habel ca. 1570?	Josephus de Panthou 1908—15
Joannes Bourdon 1572?—87 res.	Exuperius Auvray 1915—42
Franciscus du Bouillonay 1587-1631	Norbertus Huchet 1942—47 res.
	Yvo Bossière 1947—56 res.
	Paulus Dupont 1956—

S I L L Y Assumptio B. M. V. et St. Laurentius

Cili-, Sili-, Silli-, Sillyacum, Silleyum, -eum, Sylleium, Selesia. Beate Marie de Gouffer(n), Gofer, Golfer, Goffer. Abbatia de Bosco.

Silli, Silly-en-Gouffern, N. Dame-de-Gouffern. Vitetur confusio cum abbatia St. André-en-Gouffern O. Cist.

In silva Gouffern, cant. Exmes, arr. Argentan, Dép. Orne, dioc. Séez.

Abbatia conspicua. Fundata an. 1151 ab equite quodam Drogone, do-tata a Mathilde imperatrice an. 1154. Filia Praemonstrati, mater de Isle-dieu. Confirmationes pontificiae an. 1179, 1198, 1223, ca. 1255, 1271, 1284, 1286. Prioratus: La Roche, ecclesiae incorporatae: Silly N. D., Aubry-en-Exmes 1226, Belhôtel ca. 1180/90, Fougy 1168/84, Bourg-St. Léonard 1168/84, Chagny 1224, Courgeron 1504/1694, N. D. du Repos, Marigny 1210, Ommoy 1223, Say 11 . . . , Survie 1209, Le Mesnil-Gonfroi, Vandes 1198, St. Hilaire-de-Briouze 1212, St. Lambert-sur-Dives ante 1218, capellae St. Gilles et St. Agathaut in Aubry-le-Panthou, et in Maimbeville. Jure prae-sentationis tantum: St. Denis-des-Ifs. Anno 1755: 17 beneficia maiora, et unum minus. Navis ecclesiae abbatialis spectabat ad parochiam, chorus ad conventum, donec anno 1726 constructa

³⁹⁾ ISAD Calvados, Ardenne H 13.

⁴⁰⁾ Arch. Dep. Calvados, Fonds Ardenne, Carton Aff. Gén. No 845 bis et ter.

est ecclesia parochialis separata⁴²⁾). Abbatia possedit redditus annuos 6336 Librarum, et dominia feodalia de Chagny, de Courgeron, de Montagu, et de Fougy. An. 1545 commenda. Anno 1603 divisio mensarum in tres partes: una pro abbatie, una pro conventu, et una pro solvendis reparationibus et oneribus. Status personalis an. 1445: 10 canonici, 1541: 9, 1597: 6 et 1 novitius, 1631: 4, 1658: 21, 1768: 25, 1774: 20. Ab anno 1630 pertinuit ad Congregationem Antiqui Rigoris, Circ. Normanniae. An. 1790 suppressum. Monasterium an. 1845 adhuc integrum, an. 1860 in statu lamentabili: paulo post solo est aequatum. Ecclesia, quae fuerat vasta et pulchra, (de novo consecrata initio saec. XVII) corruit an. 1806. Muro eius orientali apposita est deinde nova ecclesia parochialis modica, quae continet per pulchrum antiquum altare maius, a J. Restout confectum.

Archivalia: Arch. Dép. Orne, Alençon H 1044/1825, 1919, 5428, 5572/74 (Universim 13761 documenta, quorum 5729 chartae pergameneae, et 203 registra. Obituarium H 1069. Cf. Sér. Q). Fundus ditissimus pro historia Ordinis, et Congregationis Antiqui Rigoris. — Arch. Dép. Calvados Fonds Ardenne, Suite Carton R 40, 41, 43, 44. Ibidem H 18, 22, 24, 25, 27, 7723/24 — BMun Nancy 992 — BN Paris FF 4901 f. 139, FL 10079, et 11059 (Extracta cartularii). — Arch. Abb. Mondaye: Notes P. J. Pelcoq.

Fontes et Litteratura: HUGO II 803, pr. 502/04 — WAEFEL-GHEM 280 (confusio cum St. André-en-Goufer) — BEAUNIER/BESSE VII 221 — BOUTARIC II 775 — Cat. Chart. Coll. Her. Fr. Normandie nr. 240 — Cat. Fact. cf. ind. X 440 — Cat. Rôles I 258 — CHEVALIER 2963 — COT-TINEAU 461, 827, 1205, 3035 — DARAS 83 — DELISLE CAPHAug 2196 — IDEM Actes Henri II 30, 103, 127, 183 — DEMAY Norm. 2886 — DOUET D'ARCQ ISAN 9111 — FISQUET Séz 166/68 — Gall. Chr. N. XI 758/61 — GOOVAERTS IV 186, 326 — HOMMEY II 354/60, 428/38 — ISAD Orne H I xxij/ijj, 214/352, II 259, IV 285, 336 — ISAD Seine Infér. G 4537 — LECESTRE 49 — LECHAUDE D'ANIZY I 169/72 — Lettr. Innocent VI 822, 827 — LONGNON Pouillés II cf. ind. — de MAUREY D'ORVILLE (vide Belle-Etoile) 317/18 — MOLINIER nr. 197 — Neustria Pia 830 sq. — POTT-HAST 326, 976, 1264, 12543, 13149, 13631, 15870, 15951, 16858 — RAMAKERS PUF 44 sq. nr. 148, 200, 284, 285, 304 — ROUND I 241/44 — SICOTIERE (v. Belle-Etoile) 189/93 — STAPLETON I ccxxv — STEIN 3706/09 — N. BACKMUND, Notes sur l'Abbaye de Silly-en-Gouffern. Un règlement concernant les pitances dans l'abbaye en 1317. La chronologie des abbés (Annales de Normandie V, 1955, pp. 295/300) — M. BLIN, Un privilège inédit du pape Innocent III, publié d'après la cartulaire de Silly, Avignon 1888 — A. CHOLLET, Le bourg de St. Léonard-Fougy (BSHArOrne XXVII, 1908, pp. 583/605)

⁴²⁾ Quod factum est, ne officia canonicorum conturbentur . . . par les confusions et les cacophonies, que le chant de la paroisse cause dans leur choeur . . ." (ISAD Orne H 1806)

— G. DESVAUX, *L'église de Silly-en-Gouffern*, ibidem XXI, 1902, 249/53 — L. V. DUMAINE, *Mgr. Louis d'Aquin, évêque de Séez 1667—1710*, Paris 1902, cf. ind. — L. DUVAL, *Essai sur la topographie ancienne du département de l'Orne, suivi du tableau de l'organisation religieuse de son territoire avant la Révolution*, Alençon 1882 — IDEM, *Travaux d'art religieux exécutés à l'Abbaye de N. D. de Silly-en-Gouffre, aux XVI^e et XVII^e siècles* (Réunion Soc. Beaux Arts départem. XXV, 1901, 525) — M. GRAVELLE/DESULIS, *Notice sur l'Abbaye de S.*, Alençon 1852 — G. LANGLAIS, *Notes d'Histoire diocésaine* (*Semaine catholique du dioc. de Séez* LXXII, 1938, nr. 43, pp. 526/28) —

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. Gall. Chr.⁴³⁾

Alanus 1154—	Reginaldus 1354 ⁴⁹⁾
Radulphus 1179/89	Radulphus —1362 ⁵⁰⁾
Gulielmus 1203	Petrus 1362— ⁵⁰⁾
Godefridus 1208/09 ⁴⁴⁾	Nicolaus (de Pommainville?) —1365 ⁵¹⁾
A... 1211 ⁴⁵⁾	Matthaeus (Pelvel?) 1365— ⁵¹⁾
Godefridus 1216	Radulphus —1368
Michael 1242/43 ⁴⁶⁾	Gulielmus Héméry 1368— ⁵²⁾
Philippus ca. 1250	Joannes Champin (Chanvin) 1369/87 ⁵³⁾
Godefridus 1260 ⁴⁷⁾	
Richardus Fournier 1309	
Richardus de Pelvel 1317/27 ⁴⁸⁾	

⁴³⁾ Vide de hac serie articulum N. BACKMUND, supra citatum.

⁴⁴⁾ ISAD Orne H 1577, 1707. Forte est idem ac Godefridus, quem Gallia ponit an. 1216.

⁴⁵⁾ ISAD Orne H 1749

⁴⁶⁾ Ibid. H 1714

⁴⁷⁾ Ibid. H 1418

⁴⁸⁾ Ibid. H 1068

⁴⁹⁾ *Lettr. Innocent VI* 822, 827.

⁵⁰⁾ *Reg. Urbain U*, nr. 243. Radulphus forte est idem qui occurrit in Necrologio Bellosannae die 24a. VIII.

⁵¹⁾ ISAD Orne H 1048. Ambo abbates ibi citantur absque cognomine, quocum tamen occurunt absque dato, sed intra hoc saeculum in Gallia Chr. et in necrologio loci die 17a maii.

⁵²⁾ Gallia habet etiam aliud Gulielmum anno 1384, pro quo vero tunc, secundum archiva, non est locus. Forsan est confusio, vel falsa datatio pro Guillermo Héméry.

⁵³⁾ Archiva (ISAD Orne H 1489, 1729, 1768) abunde probant Joannem tam diu regnavisse. Videtur resignasse, occurrit enim ibidem anno 1390 (H 1112) „Joannes de Champin, prior in Vandes“, quod est ecclesia canonicae incorporata.

Nicolaus Nicolet 1394/1400
 Joannes Le Cordier 1400—25
 Gulielmus Le Cordier 1425—44
 simul abbas Sti. Martini in Séz OSB
 Joannes Le Cordier de Magny
 1444—54
 Mauritius de Magny 1454—99 res.
 Joannes Le Fort 1499—1513⁵⁴⁾
 Gulielmus Paris 1513—15⁵⁵⁾
 Ludovicus de Bailleul 1546—83⁵⁶⁾
 Nicolaus Le Forestier 1583—84
 Thomas Loysseau 1586/98
 Jacobus Le Veneur I 1604/13
 Joannes Le Veneur 1614—
 Jacobus Le Veneur II 1625/37
 Franciscus Le Veneur 1637—67
 Henricus Dumont 1667—84
 Bertrandus de Bartains de Tournefort
 1685—1727

Dominicus Barn. Turgot de St. Clair
 1727—28
 Ludov. Franc. Néel de Cristot
 1728—75⁵⁷⁾)
 Jacobus Franc. Hennebert 1783—90⁵⁷⁾)

 Inseri nequeunt:
 Geroldus 11.. (Necr. Praem. 24. I)
 Radulphus 12.. (Necr. Isledieu
 21. X)
 Petrus de Castel 12.. (Necr. loci
 17. II)
 Gulielmus (Necr. Isledieu 21. X)
 Michael (Necr. loci 21. X)
 Gerardus
 Thomas
 Sigehardus
 Silvester (Necr. loci 10. XI)

V A L G U Y O N B. M. V.

Vallis Guidonis (vitetur confusio cum Valvion, de quo supra vol. II 571)
 Sequanae adiacens, com. de Freneuse, Cant. de Bonnières, arr. de Mantes. Dép.
 Seine-et-Oise, Dioc. Chartres, nunc Versailles.

Prioratus abbatiae Bellosanne, fundatus an. 1234 a Guidone de Malvoisin, domino de Rosny, pro 5 canonicis. Hugo dicit eum fuisse „quondam conventualem“. Saec. XVI habuit priores commendatarios⁵⁸⁾.

Archivalia et Litteratura: v. Bellozanne, et HUGO I 292, pr.
 235 — COTTINEAU 3262 — LONGNON Pouillés IV 210.

⁵⁴⁾ In ISAD Orne H 1424 et 1489 occurrit iam annis 1486/87. Secundum chartas originales, est apertus error, vide BACKMUND p. 299.

⁵⁵⁾ ISAD Orne H 1070/71, 1793.

⁵⁶⁾ Ibid. 1353, 1474, 1670. Abbates Petrus de Silly et Julianus Lemaitre an. 1556 (Ibid. H 1052) revera spectant ad St. André-en-Goufer, cf. BACKMUND 1. c.

⁵⁷⁾ Alm. Roy, qui habet etiam pro annis 1775/83 abbatem J. B. Duplessis d'Argentré. Secundum archiva tamen videtur non obtinuisse possessionem.

⁵⁸⁾ Cat. Chart. Coll. Her. Fr. Normandie nr. 597.

CIRCARIA LOTHARINGIAE

Praeter Flandriam longe minorem, circaria haec absque dubio erat florentissima omnium intra fines Galliae modernae. Se extendebat a diocesi Remensi, ab aquilone, super Metensem, Tullensem, Virdunensem usque ad Lingonensem ad meridiem. Politice divisa erat haec regio in varia territoria, ad Sacrum Romanum Imperium generatim spectantia, ut ducatus Bar et Lorraine, episcopatus Virdunensis et Metensis¹⁾. Pauca tantum monasteria ab initio erant ditionis gallicae. Propterea evolutione huius circariae reliquis in Gallia sitis aliquatenus differt.

Ordo introductus est in has orientales partes Galliae a Simone duce Lotharingiae (1126, Ste. Marie-au-Bois) qui Sancto Norberto erat familiaris. Exinde principes et nobiles regionis aemulati sunt augendo fundationes pro Ordine per triginta annos. E Lotharingia, Ordo tunc propagatus est in terras longinquas, ut in Graeciam, in Italiam et in Hungariam. Omnia coenobia erant duplia; parthenones post annum 1140 generatim sunt translati²⁾, et saeculo sequenti extincti praeter Crécy (quod periiit circa an. 1300), et Belle Tanche (videtur desisse inter an. 1360 et 1404). Crécy non est ortum e monasterio dupli, sed tamquam asceterium iam formatum Ordini se subdidit, quod in Gallia erat rarissimum. Justemont adhuc habuit sorores donatas in actu suppressionis.

¹⁾ In monasteriis in diocesi Metensi sitis, elementum germanicum semper erat notabile. Annis 1871/1918 et 1940/44 haec regio spectavit ad Germaniam, ideo pars bibliographiae ad has domus attinentis, teutonico sermone est redacta.

²⁾ Collocati sunt generatim nequaquam procul, sed quadrante vel „ictu lapidis“ distantes, ergo potius iuxta abbatiam. Ad distinguenda haec asceteria ab abbatia matre, data sunt eis nomina ut „Grangia, Silva, Cella, Domus Dominarum“. Quae omnia censemus esse accidentalia, et insuper confusionis praestitisse occasionem. Ergo relinquimus methodum abbatis HUGO, inserentes ea hisce sub denominationibus, et adducimus ea immediate post abbatiam matrem, nisi forte loca eorum habuerint antiquitus nomina propria. In Bonfays, parthenon videtur semper mansisse abbatiae adnexus.

In ortu et progressu circariae maximam partem, et quidem singularem omnino habuit canonica St. Pierremont prope Metas. Fundata an. 1096 pro canonicis O. S. A., saeculo sequenti, cum Ordo Praemonstratensis adhuc habebatur tamquam ramus Canonicorum Regularium O. S. A. potius quam ut Ordo sui juris, abbatia Petrimontana, zelo ac vigore fervens, verum centrum est facta pro diffusione vitae et normae canonicae. Variae communitates tum eremitarum, tum clericorum, eam adie- runt, ut communionem Ordinis ac Regulae efflagitarent: ita probabiliter Riéval, et certe Belval, Justemont, Metz Ste. Croix, Septfontaines et Freisdorf. Quae cum omnes ab ipsis abbatibus Petrimontis statim vel mox normis Praemonstratensium fuerint adductae, patet ipsam canoniam Petrimontanam pariter illis adhaesisse, etsi non definitive et quasi fluctuanter, inter annos 1130 et 1175. A Petromonte postulantur abbates in canonias Praemonstratensium et vice versa, continuus est mutuus transitus fratrum, donec St. Pierremont definitive selegit normam canonico- rum Ord. Sti. Augustini inter an. 1154 et 75³).

Duae ex abbatiis huius circariae antea fuerant Ord. Sti. Benedicti (Estival et Verdun). In regione saec. XVI iam ad Galliam pertinente, commenda statim coepit saevire, praesertim in Belval, Flabémont, Mu- reau, Riéval et Verdun. Abbatia Virdunensis, ditissima omnium, quae iam saec XV data est a Papis in commendam, saec. XVI habuit com- mendatariorum optimum, scilicet Nicolaum Psaume, unum ex viris p- restantissimis Ordinis illius temporis. In ipso ducatu Lotharingiae, com- menda tandem introducta est per Stanislau regem Poloniae ibi reg- nantem, anno 1740, quo obtinuit breve a Benedicto PP. XIV⁴). Canoniae L'Etanche, Pont-a-Mousson, Metz Ste. Croix et Salival numquam fuerunt sub commenda. Anno 1590, abbatia Stae. Crucis Metensis supprimitur a rege Galliae, an. 1747 celebris canonica Stivagiensis, decus circariae, post longa litigia unitur sedi Tullensi. Inter viros praeclaros, quos genuit haec circaria, praeter dictum Psalmaceum eminent Carolus L. Hugo, ab- bas Stivagiensis et historiographus Ordinis, et Servatius de Lairuelz, ab- bas Stae. Mariae in Nemore, qui fundavit Congregationem Antiqui Ri- goris. Quae reformatio, efficax simul ac Capiti Ordinis fidelis, large se diffudit in Gallia, in decursu saeculi XVII tota nostra circaria se ei adiunxit. Usque ad ultimam aggregationem huiusmodi, scilicet Septem- fontium an. 1675, „Lotharingi non reformati“ a Capitulo Generali ad-

³) Vide infra apud abbacias St. Annalis et St. Pierremont.

⁴) Abbatia Mussipontana vigore huius brevis a commenda mansit exempta. Tamen Stanislaus hac de re non curans, nominavit ibi commendatarium — licet regularem anno 1762, et exulare coactus est abbas legitimus.

dicebantur Circariae „Burgundiae et Campaniae“, quae vario sub nomine canonias communi observantiae Ordinis in Gallia orientali fideles, est complexa. Suppressio monasteriorum in parte orientali non est peracta an. 1790, ut ceteroquin in Gallia, sed anno sequenti. — Congregationi Antiqui Rigoris dedicamus infra caput speciale sub sequenti.

Abbatiae Circ. Lotharingiae generatim saec. XVIII splendida exerunt nova aedificia, in venusto stylo huic regioni proprio, secus in Gallia minus usitato ac evoluto. Sed proh dolor, insania revolutionis, praesertim vero incuria saec. XIX maiorem partem evertit. Supersunt ecclesia et totum monasterium in Pont-a-Mousson et in l'Etanche, ambo tamen combusta in bellis 1914 et 1944, sed hactenus unum, modestum scilicet Stagnum, reconstructum est. In Ste.-Marie-au-Bois et in Etival subsistunt pretiosa residua medii aevi, pulchra ecclesia Stivagii (s. XII) est unica ecclesia abbatialis circariae, quae cultui adhuc inservit. Pulchrae et amplae aedes claustrales videntur in Verdun, Jandeures, et Rengéval; minoris, et partim collapsae in Septfontaines et in Jovilliers. Prioratus Benoitevaux subsistit integer. De reliquis coenobiis utriusque sexus supersunt pauca rudera tantum vel nulla.

VISITATORES ET VICARII GENERALES CIRCARIAE LOTHARINGIAE (ACG Laon, HUGO)

Abb. Sti. Pauli Virdun ...	1399,	Idem cum abbatte de Mureau ...
1446, 1455		1510—14
Abb. Cuissiacensis ...	1498	Dns. Praemonstratensis 1515—31
Idem, et Salinae Vallis ...	1499	Abb. Laudunensis ... 1532—38
Abb. Cuissiac ...	1500	Abb. Jovillarensis ... 1543
Dnus. Praemonstr. et abb. Lau- dunen. 1501		Abb. Stae. Mariae in Nemore 1558/65
Dns. Praem. cum aliquo praelato: 1502		Abb. Salinaevallis 1588/92
Abb. Cuissy et Justemont ...	1503	Abb. Stae. Mariae in Nem. 1600
Abb. Cuissy ...	1504	Dom. Praemonstratensis 1619
Abb. St. Jean d'Amiens et Auxerre 1505		Abb. de Jovilliers 1622
Abb. Justemont ...	1506, 1508/09	Abb. de Jandeures 1624
Idem et abb. Metensis ...	1507	(de cetero vide apud Burgun- diam in Supplemento)

ARCHIVALIA ET FONTES NONDUM PUBLICATI,
hanc CIRCARIAM TANGENTES praeter ea, quae supra iam notavimus.

Annales Canonici et Candidi Ordinis Praemonstratensis (initio saec. XVII). MS ex Lotharingia, quam circariam praecipue tractat, 295 pp., quondam Philipps Middlehill MS 8269, nunc apud W. Foyle, Beeleigh Abbey, Maldon (Essex).

- Cat. Actes Ferry TV *Catalogue des Actes de Ferry I^{er}, duc de Lorraine 1312/29*. MS Arch. Dép. Meurthe & Moselle, Nancy, elaboravit J. BRIDOT.
- Cat. Actes Thiebaut II *Catalogue des Actes de Thiébaut II, duc de Lorraine 1303/12* item elabor. A. M. MARIONNET.
- Obs. Séc. Ph. FERRY, *Observations séculaires*, MS 4 voll saec. XIX, quorum 3 sunt combusta in BMun Metz an. 1944, ubi tamen asservantur copiae (MS 859/60).
- Notes sur les Abbayes du Barrois* (MS 1230 BMun Rouen).

BIBLIOGRAPHIA :

Confer primo vol. II 452 sq., supra pp. 7, et infra p. 130.

FONTES :

E. DELCAMBRE, *Inventaire sommaire des Archives Départementales antérieures à 1790; B Lettres patentes des Ducs de Lorraine et de Bar*, 4 voll, Nancy 1949/53.

H. F. BUFFET, *Archives Départementales de la Meuse, Répertoire Numérique de la Série H*, Bar-le-Duc 1942.

DRIHV L DUHAMEL et alii; *Documents rares ou inédits de l'histoire des Vosges*, 11 voll, Epinal 1868 sq.

E. DUVERNOY, *Catalogue des Actes des ducs de Lorraine de 1048/1139 et de 1176 à 1220*, Nancy 1915.

CACB M. GROS DIDIER de MATONS, *Catalogue des actes des Comtes de Bar 1022/1239*, Paris 1922.

A. LESORT, *Chroniques et chartes de l'Abbaye de St. Mihiel*, Paris 1909.

P. MARICHAL, *Cartulaire de l'Evêché de Metz*, 2 voll, Paris 1906/08.

L. Le MERCIER DE MORIERE, *Catalogue des actes de Mathieu II, duc de Lorraine 1230/51*, Nancy 1893.

J. De PANGE, *Catalogue des actes de Ferry III, duc de Lorraine 1251/1303*, Paris 1930.

E. PERRIN, *Catalogue des actes de Franchise de la Lorraine, antérieures à 1350*, Metz s. d.

- Ch. p. A. PHILIPPE, *Les chartes parties des archives départementales des Vosges*, (BCTH. 1921, 153/209).
- VULothr H. SAUERLAND, *Uatikanische Urkunden und Regesten zur Geschichte Lothringens*, 2 voll. Metz 1901/05.
- K. WICHMANN, *Metzer Bannrollen*, 4 voll. Metz 1912.

LITTERATURA:

- A. AIMOND, *Le 8e centenaire de l'Ordre de Prémontré et du diocèse de Verdun* (*Sem. Relig. Verdun* 1920).
- Inscr. A. BENOIT, *Les anciennes inscriptions des abbayes de l'Ordre de Prémontré situées dans le dép. des Vosges* (*BSPhilomVosg* XVIII, 1892/93, 61/95).
- C. CONSTANTIN, *L'evêché du dép. de la Meurthe de 1791 à 1802* (*MSAr Lorraine* LXXII, 1934).
- A. GAIN, *Liste des émigrés, déportés et condamnés pour cause révolutionnaire du dép. de la Moselle*, 6 voll. Metz 1925/32.
- K. KRAUS, *Kunst und Alterthum in Lothringen*, Strassburg 1889.
- H. REINERS u. W. EWALD, *Kunstdenkmäler zwischen Maas und Mosel*, München 1921.
- Sc. Lorr. E. Des ROBERT, *Tableau systématique des sceaux de Lorraine, des Pays rhénans et autres, du Trésor des Chartes de Lorraine et des séries anciennes, des archives de Meurthe et Moselle*, Bade 1952.
- Reichsland *Das Reichsland Elsaß-Lothringen*, 3 Bde. Strassburg 1898/1903.
- Revol. *La Révolution dans les Vosges*, Epinal 1904 sv.
- Vosges

(Generalia vide: LEPAGE PDToul 86/89, et *Journ. SARLorraine* 1874 138/43.)

B E L L E T A N C H E B. M. V.

Bellum Stagnum. — Belétang, Beltange, Belle Stainche, -tange, -Standhe.

Com. de Borny, in suburbio civitatis Metensis, in eadem dioecesi. Dép. de la Moselle.

Parthenon, qui videtur esse ortus una cum abbatia Salinaevallis, a qua dependebat. Historia huius asceterii, quod diutius aliis extitit, pa- rum est nota; et insuper apud probatos nostros auctores confusioni cui dam videtur esse obnoxia. Si traditio domestica Salinaevallis est fide-digna, hanc canoniam nempe iam esse fundatam circa annum 1140, probabiliter condita est tamquam monasterium duplex, et ideo Bellum Stagnum inde oriri potuit currente saec. XII per translationem sororum.

Si autem Salina Vallis fundata est versus annum 1157 tantum, parthenon, qui anno 1172 prima vice memoratur, probabilius ab initio fuit separatus. Bellum Stagnum occurrit in omni catalogo recentiori: A: B. St., Filia Praemonstrati⁵⁾ — W: B. St. moniales, filia Salinevallis — T: B. St. — P: B. St. prope Metas, filia Saline Vallis. Quod demonstrat asceterium adhuc extitisse saec. XIV, omnibus fere reliquis in Gallia iam suppressis. Subiectio paternitati archicoenobii elevationem monialium ad gradum „sororum cantantium“ reddit probabilem. Sed etiam chartis patet, annis 1304 et 1360 adhuc ibi fuisse moniales⁶⁾. Asceterium possedit ecclesiam incorporatam in Lezey, quae post „annihilationem“ illius transiit ad Salival⁷⁾. Hugo aperte confundit Bellum Stagnum cum Bello Rivo (Bérupt), de quo vide infra sub dubiis, et ubi probabilius numquam fuerunt moniales. Belle Tanche videtur esse derelicta anno 1404, et versa in beneficium simplex Salinaevallis. Quod, saeculo sequenti solo aequatum, anno 1552, cum interea tamquam curia fuisset instauratum, a Salina Valle traditum est monasterio Coelestinorum Metensium, ea sub conditione, ut fratres eius clerici possent hospitari apud illos, si ordinationis causa adirent Metam. Quae mutatio an. 1614, et iterum an. 1632 per bullas pontificias ad irritum facta, tamen mansit in vigore. Subsistit capella gothica, pertinens ad novitiatum Congregationis Sororum Sti. Vincentii.

Archivalia: Arch. Dép. Meurthe-et-Moselle H 1240 — Arch. Dép. Moselle H 4523/28 (docum. an. 1267/1486), J 831.

Litteratura: HUGO I 301 — WAEFELGHEM 33 — *Dict. Top. Moselle* 19 — DORVAUX *Pouillé* cf. ind. 791 — *Reichsland Elsass-Lothr.* III 70 — VIVILLE II 39 — WICHMANN (cf. Metz) III 588, 591.

B E L V A L B. M. V.

Bella Vallis; — in Dueleto, Pulchra Vallis (antea: Aurea Vallis). — Belle-, Bele-, Belvaul, -val, -vaux. Belval-enDuelet, -en Diolet, -Dyolet, -Dicullet, B. en-Argonne, B.-Bois-les-Dames. — Vitetur confusio cum Bellevaux (Circ. Arverniae) et cum multis aliis coenobiis huius nominis.

Amoene sita prope Buzancy versus aquilonem, arr. Vouziers, Dép. des Ardennes, Dioc. Reims (1801—21 Metz).

⁵⁾ Manus eiusdem scriptoris verba „Filia Praemonstrati“ iterum delevit. Assertio Lairuelii p. 394: „B. St. praepositura prope Metas, Salinae Vallis, vel ut alii volunt, Sti. Pauli Virdunensis filia“ caret omni probatione.

⁶⁾ DORVAUX 9 n, et FERRY *Obs. Séc.* II 200. Apud DORVAUX occurrit tamquam abbatia, quod videtur esse error.

⁷⁾ Arch. Dép. Metz H 1225.

Abbatia insignis. Fundata est inter annos 1120 et 30 ab Adalberone Episcopo Virdunensi pro canonicis O. S. A ex Pierremont, qui statim vel mox amplexi sunt normam Praemonstratensem⁸⁾). Primus abbas moniales, una cum canonicis advolatas, collocavit in Bois-des-Dames, locum quadrante distantem, de quo infra suo loco. Bella Vallis stetit sub paternitate archicoenobii, et genuit filias sequentes: Septfontaines-en-Bassigny, L'Etanche, Flabémont, forte etiam Kalavryta (Circ. Graeciae). Abbatiae Stae. Crucis Metensis et Justimontis diu subfuerunt paternitati Bellaevalis. Parochiae incorporatae: Fossé, Fontenilles, Vaudieulet, Nouart, Tailly, Longwé-la-Croix, et prioratus: Crécy (primitus parthenon) et St. Etienne-à-Arnes, de quibus vide infra suo loco. Sub Balduino de Beaumont, abbate sancto et provido († 1348) optime floruit canonia, quae fuit „charroyable“, quatenus scilicet debuit praebere regi belligeranti carrum quatuor rotis praeditum⁹⁾). Permulti canonici Bellaevalis postulati sunt alibi in abbates. Bellavallis, cuius thesaurus reliquiarum fuit celeberrimus, erat ergastulum regium et Ordinis pro tota provincia Lotharingiae. Anno 1533, et definitive an. 1607 fit commenda. Nihilominus floruit, praesertim cum fuit aggregata Congregationi Antiqui Rigoris anno 1622, in qua pertinuit ad Circ. Franciae. Ambae mensae coniunctae valebant 14000 Libr. an. 1711; separatio peracta est sub abbatte Boucher († 1607). Annis 1593 et 1636 exscoliata et devastata est. Habuit refugium cum capella in Stenay, quod vendidit saec. XVII. Status personalis: 1622: 2 DD, 3 cler. 4 nov.; 1768: 19 DD, 1790: item 18, qui omnes praeter unum praestiterunt iuramentum constitutionis. Eodem anno suppressa est canonia. Destructio ecclesiae coepit anno 1819, fuerat longitudinis 50 metrorum, altitudinis 10. Superest aedes conventionalis saec. XVII, satis elegans, in bello 1914/18 deleta, nuper restaurata in stabulum bovium. Exstant etiam residuae quaedam aedes saec. XIII, cum parte claustrorum, dormitorii et capituli. Stalla chori et ornamenta ecclesiae (saec. XVIII) nunc sunt in ecclesia de Grandpré.

Archivalia: perierunt fere integra. Registrum an. 1613 (489 pp) in Arch. Dép. Ardennes, Mézières G 672. Ibidem H 490, et Q 526 (1 fasc.) — Ibid. J 31

⁸⁾ Annus fundationis 1133, generatim traditus, probabilis est annus aggregacionis definitivae ad Ord. Praem. Charta enim anni 1133, ab HUGO I pr. ccij designata tamquam charta fundationis, aperte est mera confirmatio fundacionis antea peractae. Propter influxum, quem exercuit in ortum canoniae Justimontis, fundatio Bellaevalis, tamquam filiae Petrimontis, anno 1124 debet esse anterior. Secundum traditionem non satis probatam, Bellavallis est condita in loco pervetusti sanctuarii pagani (cf. R. GRAFFIN, *Les fouilles de Belval*, Charleville 1893).

⁹⁾ LALORE in *Rev. Champ. Brie* XVI (1889) 245.

(D. GUELLIOT, vide vol. II 357) — Arch. Dép. Calvados H 18 — Arch. Rethel, Monaco T 412 (doc. an. 1572) — BMun Charleville; MS 9280 *Catalogus Librorum Bibl. S. Mariae Bellaevallensis an. 1741*. Ibidem asservantur 83 MSS mediaevalia ex Belval, liturgica et biblica, perpulchre scripta.

Fontes et Litteratura: HUGO I 253, pr. 203/16 — IDEM SAM II 542, 543, 545/51; *Ep. Gerv.* 86 (Cod. Rawl. 73) — WAEFELGHEM 30 — *Cat. Fact* IV 559b — *Cat MSSBDép* XXXVIII, 448, V cf. ind. — CHEVALIER 363 — COTTINEAU 338, 2101, 3309 — DHGE VII 964 — DOUET d'ARCQ ISAN 8150, 8533 — *Gall. Chr.* N. IX 322 — GOOVAERTS III 11 — GOSSET 248 — HUBERT 449/50 — ISAD *Ardennes* IV (1888) p. 175 — ISAD *Orne* H cf. ind. 26 — JAFFE 7929, 8805 — LAUER I 62, 309 — LECESTRE 48 — LONGNON *Pouillés* VI 32/34, 42, 44, 58, 709 — IDEM *DocChBr* cf. ind. II 589, III 482 — MARLOT 871/75 — MEYRAC 667/68 — MOLINIER nr. 201 — PICOT 397 — POTTHAST 1264 — *Reg. Alexander* IU 649 — *Reg. Ben.* XII 7016 — *Reg. Hon.* IU 1294 — Des ROBERT *Sc. Lorr.* Nr 8182/83 — ROBERT *Temp. Cl. Reims* xxix — STEIN nr. 438 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despruets* cf. ind. — VARIN cf. ind. 77 — VINCENT cf. ind. 475 — D. GANNERON, *Centuries au Pays des Essuens (1640)* publ. P. LAURENT Paris 1894, cf. ind. p. 604 — R. GRAFFIN, *Jacques Testu, abbé de Belval (RH Ardennaise* VIII, 1901, 5/62) — IDEM, *Souvenirs archéologiques de l'Abbaye de B.* (*Ibid.* II, 1895, 5; 13) — O. GUELLIOT, *Accord passé en 1252 entre le curé de Longwé et les paroissiens. (Nouv. R. Champ. Brie* XII, 1934, 25/28) — J. HUBERT, *Mélanges d'Histoire Ardennaise*, Charleville 1876, pp. 95/108 — H. MANCEAU, *Belval-en-Dieuvel (L'Automobilisme Ardennais, Mars/Avril 1951, pp. 17/24)* — A. MEYRAC, *Légende dorée des Ardennes*, Reims 1908; 177/87 — J. REJALOT, *Les derniers jours de l'abbaye de B.* (*Anal. Praem.* II, 1926, 190/210; IV, 1928, 414/21).

S e r i e s a b b a t u m (GUELLIOT, HUGO)

Radulphus OSA? 1133	Balduinus 1179 ¹⁰⁾
Philippus 1137/40 dein abbas Stagni	Vivianus 1183/88 ¹¹⁾
Theodoricus 1140 res.	Balduinus 1190 ¹²⁾
Philippus 1145/60 dein abb. Praemonstrati	Drogo 1195/99
Joannes 1160/62	Nicolaus 1209
Theodoricus 1170/71	Joannes 1211
Emilius 1174/77	Odo 1214/18
	Goscelo 1225

¹⁰⁾ Gallia Chr. loco eius habet Bernardum.

¹¹⁾ Arch. Dép. Nancy H 1087. Forte antea fuerat abbas in Justemont.

¹²⁾ Gallia Chr. loco eius habet Dominicum.

Joannes	1240	Pontius Dufer † 1503 ¹⁹⁾
Theodoricus?	1241? ¹³⁾	Joannes Collard 1503—33 res.
W(ilhelmus?)	1257 ¹⁴⁾	Joannes du Sart 1533—45
Simon	1260	Nicolaus de Joyeuse 1545—87
Gosselinus	1262/66 ¹⁵⁾	Antonius de Joyeuse 1587—93 res. ²⁰⁾
Jacobus (de Wimy?)	1273/81 res. simul abbas de Bucilly	Gilmer 1593—
Joannes	1286/1300	Thomas Boucher 1601—10 simul abbas in Thenailles, antea in Longwé ²¹⁾
Joannes de Loignies	1303/16 res.	Franc. Anton. de Joyeuse 1610—23
Balduinus de Beaumont	1316—48	Renatus Lud. de Figuemont 1623—54
Jacobus de Beaumont	13..	Petrus Bertier 1654/55 res.
Richardus de Mallevault ¹⁶⁾		Claudius de Joyeuse 1655—62
Joannes de Villemont	13..	Jacobus Testu 1662—1705 ²²⁾
Joannes de Rauconade	1377/1414	Franc. Carbonnet de Canisy 1706—24
Joannes de Buzancy	1414	Claudius Thouvenin 1724—43
Joannes Maubert	14.. ¹⁷⁾	Guido de Hillerin 1743—67
Jacobus d'Amoisy	1423 ¹⁸⁾	N. Tonneguy Duchastel 1767—78
Joannes de Damousy	† 1442	Jos. Franc. de Matide 1778—90
Henricus de Cesse	1443—79	Inseri nequeunt: (GUELLIOT)
Ponsardus Ostelles	1479	Emilius 12..
Reinerius (electus)	ante 1490	Philippus 12..
Vivianus	1490	Nicolaus Huard 14..
Ponsardus Ferry	1490/97	Simon 14..

¹³⁾ HUGO affirmat, GUELLIOT dubitat.

¹⁴⁾ HUGO nescit.

¹⁵⁾ LONGNON *DocChBr* 146. — HUGO nescit.

¹⁶⁾ Videtur fuisse antea abbas in Flabémont, ca. 1330/42, dein in Metz Ste. Croix 1344/46. In Bellavalle regnavit probabiliter post annum 1348.

¹⁷⁾ HUGO nescit, loco eius habet pro anno 1417 Ponsardum Ferry, qui ponendus est in fine saeculi, secundum GUELLIOT. Iste habet insuper, absque dato, Joannem de Wimy inter Joannem Maubert et J. de Daumousey. Videtur tamen esse confusio cum successore aut cum praedecessore.

¹⁸⁾ Des ROBERT nr. 8183. Forte est idem qui sequens.

¹⁹⁾ Ita GUELLIOT. — HUGO: 1490—1504.

²⁰⁾ Com. M. de SARS (Urcel) putat hunc abbatem esse ponendum inter annos 1593/1607. (*Communicatio privata*)

²¹⁾ Item: 1607/22.

²²⁾ GUELLIOT: 1657—1706.

BENOITEVAUX B. M. V.

Benedicta Vallis.

Antea vocatum Martinhan, Com. de Rambluzin, arr. de Verdun, in eadem dioecesi, Dép. de la Meuse. Vitetur confusio cum variis aliis coenobiis huius nominis (vide COTTINEAU).

Prioratus abbatiae Stagni. Iam circa annum 1180 ibi est eremus et curia dictae abbatiae. Cum peregrinatio ad imaginem miraculosam B. M. V. in diem cresceret, erigitur anno 1670 in parochiam ad nutum abbatis, mensae conventuali adnexam. Exponuntur ibi abhinc aliqui canonici. Decreto Capituli Generalis an. 1717 segregatur a Stagno et erigitur in prioratum sui juris Congregationis Antiqui Rigoris, instigante D. Daguessau, Regni Franciae cancellario. Quod vero machinationibus abbatum Circariae, nomine Ducis Lotharingiae, ad irritum est factum, sicut et novum tentamen an. 1754. An. 1790 suppressus, facta est parochia saecularis, peregrinatio adhuc floret. An. 1851 sacerdos quidam erexit in aedibus, quae una cum ecclesia subsistunt omnes, canoniam O. S. A., ad restaurandam Congregationem Sti. Petri Fourier, sed non obtinuit sanctionem ecclesiasticam et iterum est extincta fundatio.

Archivalia: vide L'Etanche.

Litteratura: item, Specialia: BUFFET 20 — COTTINEAU 347 — DHGE VIII 274 — Ch. AIMOND, *Notre Dame de B.*, Benoitevaux 1937 (cum fusa bibliographia) — E. THIRIET, *N. D. de B.*, Paris 1906, 2a ed. ibid. 1925 — Journ. SAR Lorraine 1884: 27/33, 73/75, 95 — MSAR Lorraine 1883: 336/69 — Amplam litteraturam devotionalem omittimus.

BOIS - DES - DAMES

Silva Dominarum. Non longe a Belval, de quo vide supra.

Parthenon ortus per translationem sororum Bellaevallensium circa annum 1137. Probabiliter communitas mox unita est asceterio Crécy, de quo vide infra suo loco.

HUGO I 264, II 817 — Gallia Chr. IX 100.

BONFAYS B. M. V.

Bonum Fagetum, Bona Fagus, Bonifagium. — Boin-, Bon-, Bomfaï, -fail, -faill, -faix, -faiz, -fay, -fayl, -says, -fayt, -fagit, -ffahi, -ffaux, ffay, -fey, -feys. Pronuntiatur Bonfé-i.

In valle remota et nemorosa prope Mirecourt versus austrum, cant. de Dom-paire, dioc. de Toul, nunc St. Dié, Dep. des Vosges.

Abbatia fundata an. 1145 a Gulielmo d'Archies, domino de Bernay. Filia de Flabémont. Monasterium duplex usque ad annum circiter 1180. Confirmationes pontificiae an. 1147, 1162 et 1236. Ecclesiae incorporatae et administratae: St. Baslemont, Monthureux-le-Sec, St. Vallier. Canonia semper erat modica, praesertim a prima devastatione sua 1439. Versus annum 1500 iterum deletur. Reditus ambarum mensarum initio saec. XVIII: 2911 Libr., an. 1789 mensa abbatialis sola: 2000 Libr. Annis 1539/89 et 1749/90 commenda. An. 1635 aggregatur Congregationi Antiqui Rigoris. 1698: 5, 1768: 7 religiosi. Anno 1790, in actu suppressionis 5 canonici et unus conversus. Nunc est praedium, in quo unus alterve murus probabiliter est de aedibus monasterii saec. XVIII.

Archivalia: Arch. Dép. Vosges, Epinal, XVI H 1/37 (continent cartularium saec. XVIII). Sér. Q: 4Q25, 9Q4, 9Q10 — Arch. Dép. Nancy H 1086, 1275; B 292, 647, 1902, 1935 5447, 5514, 5604, G 1327 — *Cat. Actes Thiébaut* ibid. cf. ind. — Arch. Calvados H 18 — BN Paris Coll. de Lorraine vol. 281, et 720 — Dr. LIEGEOIS scripsit historiam abbatiae circa annum 1920, nondum publicatam (cf. *MacStanislas* 1919/20 xliv)

Fontes et Litteratura: HUGO I 379, pr. 307/18 — WAEFELGHEM 39 — BENOIT *Inscr.* 62/65 — CALMET *Hist. Lorr.* II 28, Not. I 141 — CHEVALIER 441 — COTTINEAU 420 — DARAS 47 — DELCAMBRE I 198, IV 212 — DELISLE *Roul.* 434 — DHGE IX 855 — *Dict. Top. Vosges* 53 — DURIVAL II 160 — *Form. Pr.* nr. 96 — *Gall. Chr.* N XIII 1149/52 — ISAD *Meurthe et Moselle* H I 116 — ISAD *Vosges* G cf. ind.; H II xiv/xv, 102/34 — JAFFE 9191, 14 567, 14 475 — LAUER I 309, 435 — LECESTRE 48 — LEPAGE PD *Toul* 185 — LONGNON *Pouillés* V 315 — MARTIN *HDToul* I 246, II 116, 221 — MIGNE PL t. 180, c. 1307; t. 201 c. 1094 — PICART II 182 — PHILIPPE *Ch. p.* cf. ind. — POTTHAST 10 441 — *Reg.Ben.* XII 5427 — *Reg.Hon.* IU 3257 — Des ROBERT *Sc. Lorr.* 8184/87 — STEIN 515 — LIEGEOIS/F. CLASQUIN, *Essai de reconstruction de l'Abbaye de B. et de ses dépendances*, Epinal 1908 (cf. *Revol. Vosges* I, 1907/08, 191) — M. C. IDOUX, *Guillaume d'Archies, fondateur de Bonsays*, (*BSSArLorraine* 1910, 193/208).

Ser i e s a b b a t u m (Nisi aliter notetur, sec. ISAD Vosges H II xiv)

Guntherus 1145/55	Cono 1231/36
Ascelinus 1155/ca. 1175	Nicolaus de Ville 1236/38
Gardericus ca. 1175	Thiebaldus 1247
Wiardus 1 ^o 1181—98	Herbertus 1268/76
Ymerus 1198	Aubertus 1277/87
Wiardus 2 ^o 1219—ca. 1230	Simon 1287—1324 res.

Jacobus	1326/27 ²³⁾	Stephanus de Martoy	1539—62
Joannes	1330/32	dein abbas in Flabémont	
Gerardus	1332/41	Nicolaus Precheur	1562—77
Theobaldus	1344/47	aemulus: Hector de Ligniville	
Ludovicus	1360/78	Joannes Gentilhomme	1577—89
Petrus des Rochers	1379—ca. 82	Georgius de Mitry OSB, coadj.	
Ulicrus de Neufchateau	1390	1581 abbas	1589—1617
Hugo ca. 1393 ²⁴⁾		Christophorus de Mitry coadj.	
Dominicus de Velotte	1394—1439	1617 abbas	1617—53
Desiderius Legrand	1439—50	Joann. Damascenus Périn	
Gulielmus de Remoncourt	1450—57	1653—67 res.	
Nicolaus Magnien	1457—80	Godefridus Mouron	1667—98
Gerardus Raulin ante	1487—90	Arnoldus Simon	1698—1721
Joannes de Cortesiis	1490—98	Felix Malcuit	1721—26
Stephanus Morizot	1498—1501	Antonius Varnier	1726—49
Joannes Morizot	1501—05	N. Le Bègue de Nonsard	1749—53 (cf. Flabémont)
Nicolaus Rouyer	1505—23	Joannes des Tournelles	1753—62
Nicolaus de Breux	1523—26	(Stanislaus?) Miaskowski	1762—67 cf. Rengéval
Theodoricus Deschaux	1526—39	Nicolaus de Tournet	1767—84
		Joannes Simonnet des Tournelles	
		1784—90	

B O N L I E U St. Nicolaus

Bonus Locus — In Euffigneix, prope chaumont, Dioc. Langres, Dép. Haute Marne.

Parthenon, quo sunt translatae sorores abbatiae Septfontaines-en-Bassigny. Charta quaedam anni 1174 loquitur de eo: quod est unicum vestigium existentiae eius. Secus occurrit tamquam curia, quae saec. XVII/XVIII pertinuit ad mensam abbatialem Septemfontium. Capella reconstructa anno 1695, extitit usque ad revolutionem. Monasterium „Sta Maria in Berca“, de quo vide infra sub dubiis, nihil habet commune cum hoc asceterio.

Quoad omnia vide infra apud Septfontaines. Cf. HUGO II 153, a quo descripserunt COTTINEAU 421, WAEFELGHEM 257 et alii quam plures.

²³⁾ Des ROBERT 8186.

²⁴⁾ Form. Pr. 96.

BONNEVAL B. M. V.

Bona Vallis — Prope Hénaménil versus austrum, non longe a Lunéville, Dioc. Toul, nunc Nancy. Dép. Meurthe et Moselle.²⁵⁾

Prioratus abbatiae Miraevallis, a qua longe abest. Habuit justitiam integrum, erat initio conventionalis, asserente ipso Hugo. Diu possidebatur a prioribus commendatariis, quod innuit eum esse ortum e prioratu conventionali, et fuisse habitum ut domum primitus formatam. Anno 1401 ibi erat unus religiosus tantum. In posterum, Miravalle laborante penuria canonicorum, prior Bonaevallis generatim erat idem ac parochus de Hénaménil, ecclesia vicina, eidem abbatiae incorporata. Anno 1660, frustra reclamante abbatia matre, unitur prioratui Sti. Joseph in Nancy, cuius erat possessio principalis. Hodie est praedium.

Archivalia: Arch. Dép. Nancy H 1088 (prioratus vester Bonaevallis an. 1317), 1263, 1268/72. — Arch. Dép. des Vosges, Epinal XX H 135.

Litteratura deest. Cf. HUGO II 312, et apud Mureau et Nancy St. Joseph.

C R E C Y Sta. Margareta

Cressiacum, Crisseum, Crisiacum, Cressy.

Com. Brecy-Brières, Arr. Vouziers, Dép. Ardennes, Dioc. Reims.

Parthenon, fundatus et dotatus ante annum 1137 ab Aleyde de Grandpré, Henrico Le Roux et Odino d'Aultry. Hugo putat sorores canoniae Bellaevallis, in Bois-les-Dames antea degentes, eo circa annum 1137 fuisse translatas²⁶⁾. Auctor vero quidam modernus autumat, asceterium iam formatum eo circiter anno expostulasse regulam norbertinam²⁷⁾, cui sententiae et nos favemus. Crécy probabiliter primitus secutus est normas abbatiae Montis Sti. Petri, ideo Ordinis Sti. Augustini, postea vero exemplum abbatiae Bellavallis sequens, Ordini nostro se adiunxit. Anno 1137 dominium loci confirmatur Bellaevalli²⁸⁾. Occurrit in catalogis ULVS tamquam „Chrissein sorores“, quod manifestat, hanc domum diutius exstitisse quam cetera asceteria in Gallia. Anno 1225 numerus monialium restrictus est ad decem, quod decretum an. 1280 iterum est

²⁵⁾ Videtur confusio cum Bonneval, prioratu quondam abbatiae Flabonismontis, et cum multis aliis coenobiis huius nominis (cf. COTTINEAU).

²⁶⁾ II 817.

²⁷⁾ MARTIN CPL p. 8.

²⁸⁾ HUGO I prob. 204.

inculcatum. Saec. XIII et XIV ibi erat praepositus et prior. An. 1288 adhuc floruit, sed paulo post videtur desiisse et versus in prioratum simplicem, cuius detentor tum prior, tum praepositus solebat appellari. Saec. XVI bis occurrit in documentis tamquam abbatia²⁹⁾, sed videtur esse error. Saec XVI habuit priores commendatarios. 1624 unitur mensae abbatiali Bellaevallis, a qua ceteroquin semper dependebat. Anno 1679 peracta est unio prioratus Seminario Maiori Remensi, quod in proxim deductum est tantum post mortem ultimi prioris commendatarii, scilicet anno 1708. Abhinc fuit praedium. Supersunt aedes, sed non ecclesia.

Archivalia: Arch. Dép. des Ardennes. Sér. G; Fonds du Grand Séminaire. (Non classé.)

Litteratura: HUGO I 264, 561, II 817 — WAEFELGHEM 70, 281 — CHEVALIER 823 — COTTINEAU 912 — *Epidolae Gervasii Abb.*, Cod. Rawlinson 73 — *Gall.Chr.* IX 180, 322 — ROBERT *Temp.Cl.R.* xxx — O. GUELLIOT, *Notice sur le prieuré de Crécy, près de Vouziers (Rev. Champ. Brie IV, 1878, 401/13)* — D. NOEL, *L'Abbaye de Crécy, de l'Ordre de Prémontré, au diocèse de Reims, son origine et sa ruine. (Echo de Givet 1875, t. à p).*

L'E T A N C H E Annuntiatio B. M. V.

Stagnum, Stanchium, Stanchia, Stancnum, Piscina. — L'Etange, Lestainge, L'Estanche.

In solitudine situm com. Deuxnouds-aux-Bois, prope Hattonchatel. Dép. Meuse. Dioc. Verdun. Vitetur confusio cum asceterio O.Cist. eiusdem nominis in dép. Vosges.

Abbatia. Secundum traditionem non probatam, fundatio facta est versus annum 1144 ab Alberone de Chiny et Bertrando Le Loup, et nepote eius Alberto domino de Faverolles³⁰⁾. Hugo asserit, monasterium et ecclesiam fuisse dedicata an. 1147, quod vero non probatur archivis subsistentibus. Prima charta est anni 1157, ex qua patet monasterium initio fuisse duplex. Ceteroquin de sororibus nihil scitur omnino. Abbatia constructa est per Philippum abbatem Bellaevallensem, qui ad novam plantationem transiit. Inde Stagnum habebatur abhinc ut filia illius ca-

²⁹⁾ GUELLIOT 408 n. An. 1661, prior quidam commendatarius sibi vindicavit titulum „abbatis de Crécy“.

³⁰⁾ Fundatio ante annum 1144: MGH SS X 513. — Faverolles fuerat nomen loci primitivum.

noniae. Ecclesiae incorporatae et administratae: Creue, St. Maurice (1277), et prioratus in Benoitevaux, de quo supra suo loco. Patronatum habuit in Woël. Confirmationes pontificiae 1180, 1194, 1213, 1278. Pos-sedit refugium in St. Mihiel. Fuit semper paupera et modica; a saec. XVII videtur numquam habuisse plus quam octo religiosos (1682: 7; 1698: 6, 1790: 7).

Reditus 7578 Librarum. An. 1626 adiungitur Congregationi Antiqui Rigoris, numquam fuit commenda. Ab an. 1600, et 1743 construuntur novae aedes, ecclesia terminatur an. 1770. An. 1632 devastata omnino, tunc omnia fere archiva antiquiora perierunt, canonia per quinquennium mansit desolata. Anno 1628 separatio mensarum, quae revocatur postea, sed renovatur an. 1743. An. 1790 suppressa, aedes et ecclesia supersunt tamquam praedium; post destructionem sub bello 1914/18 sunt recon-structa. Ecclesia nunc est horreum.

A r c h i v a l i a : Arch. Dép. de la Meuse, Bar-le-Duc: 29 H 1/13 (1255 docu-menta). Ibid. Sér. B 27, 46, 72, 100, 109/10, 122, 176, 182, 193, 219, 222, 224, 225, 243, 249, 258, 260, 274, 290, 296, 300, 388, 413, 447/49, 482, 492, 505, 539, 683, 900, 938, 1017, 1041/50, 1209; F 106, XI, an. 1157/1853; Q 821/23 — Arch. Dép. Metz J 805 — Arch. Dép. Nancy B 436, 475, 480, 6312 — BMun Bar-le-Duc MS 149, MS 212 — BMun St. Dié MS 94 — Bn Paris Coll. Lorrain t. 721 f. 46, Coll. Moreau t. 128 p. 151 — BMun Verdun MS 409 (Invent. Chartarum 1657/1711, Chronicon s. XVII) — Arch. Dép. Calvados H 18, 24.

F o n t e s e t L i t t e r a t u r a : HUGO II 837, pr. 512/19 — WAEFEL-GHEM 147 — BUFFET 20 — CALMET *Hist. Lorr.* VII, ii, lxxij/lxxx — *CatMSBDép.* XXIV 493, XLIII 254, 675 — *CatMagny* nr. 1824 — CHEVALIER 1048, 3002 — CLOUET (v. Verdun St. Paul) II 246 n. 3 — COTTINEAU 1079 — DARAS 66 — DELCAMBRE I 215, III 107, IV 232 — DHGE I 1420 (Alberon de Chiny) — *Dict. Top. Meuse* 80 — DURIVAL II 310 — DUVERNOY nr. 229 — *Form Pr.* 223 — *Gall. Chr.* N XIII 1340 — GOOVAERTS I 79, 102, 133, 548, 565, 643; II 82, 241; III 26, 68; IV 154, 181 — GROS DIDIER CACB nr. 70 — JAFFE 13699 — LAUER I 435 — LECESTER 48 — LESORT cf. ind. 483 — LONGNON *Pouillés* V 359, 387 — MARTIN CPL passim — MEINERT I 418 — DES ROBERT *Sc. Lorr.* 8228/34 — ROBINET/GILLANT III 673/89 — VALVEKENS ACG 1498, 35 — IDEM *Chap. G. Despr.* cf. ind. — G. CLANCHE, *Décès et sépulture de Nicolas Rouyer, abbé d' l'Etanche 1765* (*BSArLorraine* 1936, p. 223) — J. DENAIX, *Hattonchâtel*, Verdun 1950, 31/35 et passim — C. E. DUMONT, *Histoire des monastères de l'Etanche et de Benoitevaux*, Nancy 1853, nova ed. ibid. 1888 — *Journ. SAR. Lorraine* XLVII (1898) p. 58/59.

S e r i e s a b b a t u m (Si non aliter notetur, sec. ROBINET-GILLANT)

Philippus ante 1144/50 antea abb. in Belval	Joannes Damel 1493—1500 simul abbas Salinaevallis
Otto 1174	Georgius de Vannes 1500—12
Petrus ante 1180 ³¹⁾	Desiderius Vignon 1512—20
Bonardus 1180 cf. Jovilliers	Ascelinus Guerrin I 1520—42 res.
Gerardus ca. 1186/94	Ascelinus Guerrin II sive Valère 1542—53
Herbertus 1197 ³²⁾	Germanus Tricard 1553—76
Anselmus 1212 ^{32a)}	Desiderius Collot 1576—88
Warnerus 1240	Thomas Jeanon 1588—93 res.
Joannes 1259/60	Firminus la Trompette 1596—1626
Theobaldus 1267/78	Joannes la Trompette 1626—70 res.
Nicolaus —1281	Macarius Guinet 1670—72 res.
Joannes 1281—	Dominicus Callot 1672—84
Nicolaus 1298 ³³⁾	Edmundus Maclot 1685—1711
Jacobus 1322/25 ³⁴⁾	Joannes F. J. Boucart 1711—49
Gerardus 1339/71 ³⁵⁾	Nicolaus Rouyer 1750—65
Andreas 1385/1404	Stephanus Thenuadel 1765—86
Waltrinus de Manicourt 1404/07	Joseph Prélat 1786—90
Joannes d'Amance 1407/31	
Rolinus 1435	
Michael Lambault 1467/82	Inseri nequit:
Joannes de Molley 1484/85	Simon (Ob. Praem. 5. XI)

E T I V A L St. Petrus

Sti-, Sty-, Estivagium, -vaium, Stiva Vallis. — Héti-, Asti-, Sti-, Sty-, Eti-, Ete-, Este-, Esti-, Estyval, -vay, -vail, -vai, -vais, -vaix, -vaus, -vaig. (Germanice: zu Stive, Stiffey, Stifey) — Vitetur confusio cum asceterio OSB eiusdem nominis (Dép. Somme).

³¹⁾ Ob. Praem. 8. VIII.

³²⁾ Des ROBERT 8229.

^{32a)} MIGNE PL t. 216 c. 723.

Archivalia: Arch. Dép. Meuse, Bar-le-Duc 10 capsae 33 H 1/9 (1852 documenta 1158/1790). Cf. B 231, 240, 311; C 3239; 5 E 169; F 94; 11 F 83, cf. sér. Q — Arch. Calvados H 18, 24, 30 — Arch. Meurthe-et-Moselle H 2197 — Arch. Orne H 1062 — Arch. Nat. Paris G 8, 660 — BMun Bar-le-Duc: MS 149 — BMun Chalons s-M.: nr. 9 Fonds Garinet — BMun Nancy 991/II 628/34, 995/III 108/22, 5, 32/37 — BN Paris Coll. de Lorraine t. 337 (1031/1728), MS 725 f. 161 — BMun Reims MS 346 — BMun Verdun, MS 14: Chron. an. 1575, auct. P. F. PAYEN, MS 751: cartularium, MS 435, MS 380, 480, 492; MS 12: Obituarium s. XII/XIII (maximi momenti), MS 13: obituarium s. XVII, cat. abbatum; MS 167: Index epitaphiorum s. XVIII — Imagines abbatis N. Psaulme in Nancy, Musée de Lorraine et in hospitali Stae. Catharinæ Virduni.

Fontes et Litteratura: LAIRUELZ 393 — LEPAIGE 472, 493 — HUGO II 505, pr. 319/36 — IDEM SAM I 327/426 — IDEM *Ep. Gerv.* 69 — WAEFELGHEM 245 — BUFFET 21 — CALMET *Histor. Loor.* VII, ij, clxv/vij — *CatBMSSDép* V, XXIV 493, XXXVIII, XLI — *Cat. Fact.* I 457, III 600, V 40, VI 294 — CHEVALIER 2753 — COTTINEAU 3334 — DARAS 87 — DELCAMBRE I 272 — DELISLE *Roul* 434 — *Form. Pr.* nr. 56, 57, 68, 69

¹⁸⁷⁾ Descriptio eius minuta: BMun Verdun MS 13.

— *Gall. Chr.* N XIII 1327/40, vet. IV 710 — GOOVAERTS II 66/70, III 16, 170, IV 113, 213, 271, 307, 336 — GROS DIDIER CACB cf. ind. 166 — JAFFE 7772, 8287, 12 123, 13 493 — LAUER I 324, 432, 437 — LECESTRE 48 — LEPAGE PDToul 190 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — LESORT cf. ind. 500 — LONGNON *Pouillé* V — MABILLON Ann. I, III/VI — MARICHAL cf. ind. — MEINERT 37, 43, 47, 55, 148, 244, 263, 269 — MIGNE t. 163 c. 1176, t. 179 c. 277, t. 220 c. 1164 — MOLINIER nr. 321 — MGH SS X 510 — PERRIN 52, 57, 61 — POTTHAST 6670 — PRESSUTTI 3408 — RAMACKERS *Urk. Nancy* 131 — *Reg. Ben.* XII 921, 1013, 3095, 7830 — *Reg. Boniface VIII* 2715, 4921 — *Reichsreg. Karls V.* 2556, 6068 — Des ROBERT *Sc. Lorr.* 8287/96 — ROBINET/GILLANT I 244/62 — SAUERLAND *UULothr* I et II cf. ind. — STEIN 4060 — VALVEKENS ACG 1498, 33/35 — IDEM *ADDespr* (1954) 277 — IDEM *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — VINCENT 251, 418, — WICHHMANN III 612 — Ch. AIMOND, *Le Necrologe de la Cathédrale de Verdun*, Strasbourg 1910, cf. ind. 207 — A. CLOUET, *Histoire de Verdun*, Verdun 1867, I 345/48, 488/89; II 220/24, 235, 260; III 89, 233, 652 et passim (indice caret) — A. ERENDS, *Nicolas Psalme, abbé de St. Paul. Evêque de Verdun* (*Anal. Praem.* XI, 1935, 171/217) — N. FRIZON, *Petite Bibliothèque Verdunoise* 5 voll. Verdun 1885/89 (continet correspondiam Nicolai Psalme) — N. GABRIEL, *Etude sur Nicolas Psalme, évêque et conte de Verdun*, Verdun 1867 — A. GILLANT, *Recherches bibliographiques sur le Clergé du diocèse de U.: Le prieur Martin de St. Paul*, Verdun 1905, pp. 77/92 — A. LIONNOIS, *Sépultures anciennes et épitaphes de St. Paul de Verdun, fait en 1552*, Nancy 1779, 2a ed. 1865 — N. ROUSSEL, *Histoire ecclésiastique et civile de Verdun* (Verdun 1745, 2a ed. 2 voll. Bar-le-Duc 1863:) I 272/74, II 13, 26, 184 — Ch. SOUPLET, *Saint Paul, 18e évêque de Verdun*, Verd. 1949, pp. 69/84 — J. v. SPILBEECK, *Nicolaus Psalme, évêque de Verdun* (*Précis Hist.* XXXVII, 1888, pp. 425/41, 509/21, 579/95; XXXVIII, 1889, pp. 20/28) — *Annales Sti. Pauli Virdunensis* (908/1215, 1249, 1419): MGH SS XVI, 500/02 — E. BROUETTE in „*Leodium*“ XLII, 1955, 47/48.

Series abbatum (Nisi aliter notetur, sec. ROBINET/GILLANT)

Roger 1135—38	Joannes † 1201
Theodoricus de Salm 1138—48	Robertus 1201—03
Bartholomaeus 1148—69	antea abbas Stae. Mariae
Constantinus 1170—78 res.	in Nemore
Arnulphus 1178—83	Bartholomaeus 1203—04
Tescelinus 1184/ca. 86	Wermundus 1204—08
Walterus † 1190	antea abb. Praemonstrati
Constantinus 1191/93	Joannes 1208/11
Ulricus 1193/95	Hubertus 1212

- Gerebertus 1215/17
 Robertus 1219?
 Bononus 1230/32¹⁸⁸⁾
 Gerardus 1235—67
 Herbertus de Brieulles 1270/92¹⁸⁹⁾
 Joannes de Manheulles † 1311
 Joannes de Philomena † 1316
 Nicolaus de Rouvre 1316—24
 Joannes de Rubto † 1327¹⁹⁰⁾
 Joannes de Chateau-Porcien
 1327—¹⁹⁰⁾
 Nicolaus de Verdun 1331/49¹⁹¹⁾
 Jacobus de Verdun 1357/58
 Rogerus † 1368
 Arnulphus de Lendes † 1382
 Remigius Gelée 1382—88 res.
 Pontius Martelli 1388—91 res.
 Joannes d'Anisy 1393, res. 1397
 Franciscus de Kerne 1397¹⁹²⁾
 Habrandus de Mambris
 1397—1444
 Joannes Tardy I 1444—61
 Joannes Tardy II 1461—66
 Roger 1466¹⁹³⁾
 Joannes Ant. Richeret 1467—71
- Cardin. Julianus della Rovere
 1471—82
 Hubertus de Monthermé 1482—97
 simul abb. Praemonstrati
 Adam de Haudrecourt 1497—1500
 Tugdualdus d'Evenne 1500—05
 simul abbas Cuissiac.
 Joannes Pseaume 1505—17
 Joannes Charlier 1517—19
 Franciscus Pseaume 1520—38 res.
 Ludovicus de Lorraine¹⁹⁴⁾
 Nicolaus Pseaume 1541—75¹⁹⁵⁾
 Cardin. Nicolaus Pelvē 1575—94
 Franciscus de Sorcy 1594—¹⁹⁶⁾
 Philippus de Pellevē 1594—1633
 Paulus Eduardus Molé 1639—47 res.
 Franciscus Molé 1647—1712¹⁹⁷⁾
 Joannes Ethéart 1712¹⁹⁸⁾
 Cardin. Petrus Ottoboni 1716—40
 Cardin. Petrus Guérin de Tencin
 1741—57
 fiscus regius 1758—59
 Joannes Aegid. de Coëtlosquet
 1759—83
 N. Ferraube 1783—86
 Maria Jos. de Galard de Terrante
 1786—90

¹⁸⁸⁾ Arch. Dép. de la Meuse MS 751.

¹⁸⁹⁾ Arch. Dép. Nancy B 508 acte 23 (1270). Secundum ROBINET/GILLANT obiit an. 1292, Thomas 1270/77 secundum archiva, videtur esse omittendus.

¹⁹⁰⁾ Lettr. com. Jean XXII 27 722.

¹⁹¹⁾ Des ROBERT 8291. Obiit an. 1349.

¹⁹²⁾ Resignavit ante obtentam possessionem.

¹⁹³⁾ Des ROBERT 8295.

¹⁹⁴⁾ Intrusus et aemulus tempore abbatis Francisci.

¹⁹⁵⁾ Carolus de Lorraine, Card. de Guise, temporalia detinuit an. 1548—74.

¹⁹⁶⁾ An. 1594 canonice electus, possessionem de jure non obtinuit. Ad tempus duo erant abbates.

¹⁹⁷⁾ Numquam bullas obtinuit.

¹⁹⁸⁾ Abbas de Lucerna (v. GOOVAERTS I 243 et supra p. 28). Obiit ante obtentam possessionem.

D U B I A

BERUPT

Bellum Rivum — Belrup, -ruit, -rut.

Com. Sécourt, Cant. Verny, 3 leucis distans a Metis. Dioc. Metz, Dép. de la Moselle.

Curia dependens ab abbatia Salinae vallis. Bertrandus Episcopus Metensis (1181/1212) benedixit capellam eius¹⁹⁹⁾ Primus Calmet, et post eum Hugo et omnes sequelae eorum, autumant Bellum Rivum et Bellum Stagnum (Belle Tanche, v. supra) esse idem, et ideo Bérupt fuisse parthenonem dependentem a Salina Valle. Atqui ex cartulario illius abbatiae clare patet hoc esse falsum. Prima charta, quae attinet ad Bérupt, loquitur an. 1215 de „fratribus ecclesiae de Bello Rivo“²⁰⁰⁾, sed tacet de sororibus, nec alia quaedam charta seu documentum tales memorat. Saepe quidem mentio occurrit stagni cuiusdam ibi existentis, quod forte fuerat occasio confusionis cum „Bello Stagno“. Saeculis sequentibus habebatur ut prioratus cum curia, cuius coloni pertinebant ad parochiam „bassae curiae“ Salinae vallis, longe distantis. Anno 1786 scribit abbas: „Depuis 600 ans, l'abbaye possède la petite seigneurie de Bérupt, elle y plaça une chapelle, et y mit plusieurs fois un de ses religieux, pour veiller sur ses cultivateurs et les biens . . . ce n'est pas un prieuré . . .“²⁰¹⁾. Quidquid sit, tamquam parthenon, Bérupt videtur esse praetermittendum.

Arch. Dép. Nancy H 1235, H 1249 — HUGO I 301 — DORVAUX cf. ind. — KRAUS 36 — *Reichsland Els.Lothr.* III 70 — Quoad omnia, vide supra apud Belle Tanche et apud Salival.

BURLEBACH

Vallis Dei — in parochia Sandweiler, in Ducatu Luxemburgensi. Dioc. Trier, nunc Luxemburg. Sine ulla ratione vocatur „Valdieu“ a quibusdam (COTTINEAU, ZAK).

Curia Sti. Pauli Virdunensis, et prioratus, qui forte initio erat conventionalis. Anno 1176, Henricus comes de Namur et de Luxemburg, donavit abbatiae Sti. Pauli vallem Burlebach „ad habitationem construendam“. Instrumentum donationis loquitur de „fratribus ibi manen-

¹⁹⁹⁾ Arch. Dép. Nancy H 1249.

²⁰⁰⁾ Ibid. H 1225, 51. Vox „ecclesia“ forte innuit, ibi fuisse domum formatam.

²⁰¹⁾ Ibid. H 1235.

tibus²⁰²⁾). Anno 1318, abbatia Sti. Pauli curiam locatur laicis²⁰³⁾). Anno 1378, laici quidam donant eam abbatiae Münster in Luxemburg OSB²⁰⁴⁾, ex quo patet, abbatiam Sti. Pauli curiam alienasse inter annos 1318 et 78. Hodie loco eius est praedium dictum „Birelergrund“.

Archivalia: vide Verdun St. Paul. — HUGO II 1024, cccxxxij — COTTINEAU 3260 — ZAK PAM 38.

MONTAULT

Mons Oculi.

3 leucis distans a canonica Jovilliers, Dép. Meuse, Dioc. Verdun.

Ecclesia collegiata, cum ecclesia parochialis separata. Quatuor ex praebendis eius data sunt anno 1213 abbatiae de Jovillari, a Godefrido dynasta de Joinville. Residebant abhinc ibi quatuor canonici dictae canoniae, qui etiam parochiam administrabant. Videtur ad tempus fuisse domus formata²⁰⁵⁾). In bello anno 1592 est deleta, nec amplius reconstructa.

Archivalia et Litteraturam v. apud Jovilliers.

ST. ETIENNE-A-ARNES Annuntiatio B. M. V.

Sti. Stephani ad Arnam, -Arnas.

Cant. de Machault, arr. de Vouziers, Dép. des Ardennes, dioc. Reims.

Prioratus abbatiae de Belval, fundatus annis 1141/45 a Samsone archiepiscopo Remensi. Saec. XIII erat ibi domus formata cum pluribus canonicis, cum propria capella ab ecclesia parochiali separata. Canonici numquam administraverunt parochiam. Reditus anni 2240 Libr. A saeculo XVI non amplius ibi erant religiosi. Dati sunt reditus prioribus commendatariis, qui praesentabantur quidem ab abbate commendatario Bellaeavallensi, nominabantur vero a Curia Romana. Interdum erant hi priores ex Ordine, sed non residebant. Aedes prioratus saec. XVII sunt rrasae, capella corruit, et an. 1692 pariter solo est aequata.

HUGO I 207, 264 — WAEFELGHEM 222 — COTTINEAU 2665 — J. N. LOUIS, *Histoire de St. Etienne-à-Arnes*, Reims 1902, pp. 10/19, 78/81, 125/29.

²⁰²⁾ C. WAMPACH, *Urkunden- und Quellenbuch zur Geschichte der altluxemburgischen Territorien bis zur burgundischen Zeit*, I (Luxemburg 1935) nr. 494. Cf. HUGO II 335, 637.

²⁰³⁾ WÜRTH-PAQUET, *Table chronologique des chartes et diplômes de l'ancien comté de Luxembourg. Règne de Jean, Roi de Bohême*. Luxembg. 1863, nr. 283.

²⁰⁴⁾ Ibidem, *Règne de Wenceslas de Bohême*, Lux. 1869, nr. 826, 833.

²⁰⁵⁾ Confer casus analogos de Diest et de Nieuwpoort (vol. II 342 et 439).

PRAETERMISSA

DOMPAIRE

Arr. Mirecourt, dioc. de Toul, nunc St. Dié, Dép. Vosges.

Secundum JOANNE (1872) erat abbatia O. Praem. Revera fuit ecclesia dependens a canonica saeculari Remiremont. — COTTINEAU 985

STA. MARIA IN BERCA

Monasterium quod insertum est, post canoniam Septfontaines, catalogis antiquioribus. In utroque Cat. N. deest. U habet „Sta Maria in Berocz“, V: „St. M. in Berock“, L item „Berck“, fabulansque addit „filia Bellaevallis“; S habet „St. M in Berok“, Catalogi recentiores ipsum omittunt, sed HW adiungunt abbatiae Septemfontium, quae insertionem illam in catalogis supradictis praecedent, voces „in Burg(undia)“. MIRAEUS et Cat. P. apud quem hic passus videtur esse interpolatio ex catalogo anteriori, habent „in Berca“. Quam formam adoptat HUGO, qui primus, ex sola insertione immediata post Septemfontes in dictis catalogis, concludit hoc esse idem quod asceterium Bonlieu ab illa abbatia dependens, non curans de discrepantia nominis. Nomen enim proprium et primitivum praefati asceterii non erat Berca vel aliquid huiusmodi, sed Euffigneix. Censemus „Sta Maria in Berok“ esse corruptelam vel reduplicationem pro „Sta Maria in Nemore“, vel pro ipsa Septfontaines, quae alio nomine vocari potuit „Sta. Maria in Burgundia“²⁰⁶). Confirmatur haec nostra sententia ex eo, quod omnes catalogi parthenones gallicos omittunt, praeter duo vel tres, ultimae suppressioni rigorosae a. 1270 superstites, quibus tamen solent adiungere vocem „sorores“. Asceterium Septemfontibus adjunctum, de quo fere nihil scitur, quodque semel tantum saec. XII authentice occurrit, erat tenuissimum omnium, ideoque certe a catalogis fuisse praetermissum.

HUGO II 153 — WAEFELGHEM 257 — LAIRUELZ 391.

ST. MARTIN - DES - CHAMPS

Com. St. Jean-des-Vignes, cant. Chalon-s.-S., Dép. Saone-et-Loire.

Secundum COTTINEAU 2793 prioratus O Praem., revera OSB, abbatiae Sti. Petri in Chalon-sur-Saone.

²⁰⁶) Cf. Bessunum (vol. II 572) iisdem catalogis insertum, ab HUGO pariter habitum pro asceterio, quod vero reapse est duplicatio pro „Ressunum“.

CONGREGATIO ANTIQUI RIGORIS

Cum saeculo XVI fervor reformandi vitam regularem ubique cresceret, neque in Ordine Praemonstratensi defuerunt conamina, disciplinam languentem, immo saepius dissolutam reducendi ad zelum pristinum. Ineunte saeculo, Ordo nova rededit statuta, quae tamen in quibusdam tantum circariis veros protulerunt fructus reformationis, ut in Hungaria et in Saxonia. Per multis canoniis tunc praeerant abbates strenui et exemplares. Sed humana fragilitas, abusus in ecclesia universalis existentes, et in diem crescens haeresis successum efficacem impediverunt. Concilium Tridentinum sanationem malorum in radice efficere non potuit, quia in ipsa Curia Romana, malorum gravissima de facto manserunt: scilicet mos tradendi omnes fere episcopatus et beneficia pinguiora aulicis et nobilibus quibuslibet, vocatione sacerdotali generatim parentibus; et inde, ad satisfaciendum illorum rapacitati, emanavit vitium nepotismi, perniciosa cumulatio beneficiorum, et nefastum systema commendarum. Tunc nihilominus surrexerunt sancti homines, qui divinitus afflati, multimode renovaverunt faciem Ecclesiae, novos passim fundantes ordines et congregations, veteresque reformatentes. Inter quos eminuit Societas Jesu, quae hoc saeculo multa contribuit ad salvandam Ecclesiam, agressione haeresium et propria corruptione periclitantem. Quae Societas, inter alia, praesertim consolidavit methodum scholarum, gymnasiis et collegiis suis fundamentum ponens „instructionis mediae“, qua hodie adhuc utimur. In scholis eius, nova generatio academica, zelo fervens pro Deo et pro Ecclesia renovata, novum hausit spiritum, exigentiis temporis adaptatum. Quae generatio, etiam ubi Ordines antiquos est amplexa, fervorem, pietatem et mentalitatem Societatis Jesu secum tulit, eamque illis plus minusve impressit. Ita Ordines reformati sunt quidem, et denuo ubique effloruerunt novo vigore, sed in spiritu a traditione propria aliquatenus alieno.

Ut iam in capite „De Circariis Galliae in genere“ exposuimus, Abbas Generalis Despruets studuit Ordinem nostrum efficaciter reformatre secundum traditionem antiquam. Sed „spiritus temporis“ fuit fortior. Duo fuerunt in Ordine eiusmodi conamina reformationis, successu coro-

nata: videlicet Congregatio¹⁾ Hispanica, et Congregatio Antiqui Rigoris, ex Circaria Lotharingiae orta. Dum altera traditionem Ordinis reapse adulteravit, consuetudines Hieronymitarum et Jesuitarum ex integro fere amplectens, et unioni cum Ordine postremo valedicens; altera econtra, de qua hic agimus maior cum pietate ad fontes Ordinis disciplinam reducere studuit, praxes alias modernas quidem adoptans, sed unioni Ordinis semper manens fidelis. Auctor huius reformationis fuit praeclarus ille Servatius de Lairuelz²⁾, abbas Mussipontanus. Natus est anno 1560 in Soignies, civitate Belgii. Avunculus eius erat Jacobus Colpin, in ecclesia Sogniacensi canonicus, qui, Societatem Jesu incundi causa, Virdunum se receperat; sed Nicolai Psalmaei de sua abbatia Sancti Pauli renovanda meditantis monitu, Norbertinum institutum in hoc Paulino monasterio amplexus erat, paucisque mensibus post editam professionem, coenobii gubernaculis sub prioris nomine susceptis, aliquam reformationis speciem introduxerat.

Ad quem Annibal (hoc erat nomen eius in mundo) et consobrinus eius accedentes, candidis Ordinis vestibus induiti, et professione emissa, Muscipontum studiorum causa fuerunt missi. Annibal, post professionem Servatius³⁾, annis 1580/85 versatus est in academia prope Collegium S. J., partim in Desiderii de la Cour, Petri Fourier contubernio⁴⁾, partim in ipso Jesuitarum convictu. Dein Lutetiae audivit theologiam. Cum adhuc ibi divinis scientiis navaret operam, a Francisco Loiseleur, vicario DD. Joannis Despruets Abbatis Generalis, Galliarum monasteria perlustraturo, comes adscitus est, et officii sui munere fungens in multis coenobiis disciplinam adeo labefactatam esse advertit ut de ea utcumque instauranda nulla spes superesse videretur. Post annum 1596, Servatius a successore Joannis Despruets, F. de Longpré, Visitator generalis Ordinis

¹⁾ Vide supra p. 3 n.

²⁾ Hoc nomen aliter ab aliis auctoribus scriptum, nempe: Les-, Lai-, Layruels, -uelz, -uel, -uelius; in Germania: Layerfels, Laierfelius. Ipse Servatius scribere solebat Lairvelz.

³⁾ GOOVAERTS I 478 dicit, nomen novum (quod erat nomen genitoris sui) illi fuisse impositum ab episcopo occasione confirmationis, MARTIN CPL 36 autem affirmit hoc esse actum in die professionis. Quod nobis videtur magis probabile — etsi collatio novi nominis novitiiis tunc nondum erat consuetudo communis — quia MARTIN diligenter ex primis fontibus suam hausit materiam.

⁴⁾ Desiderius de la Cour fuit auctor reformationis Benedictinorum (Congrégation de Saint-Vannes), Petrus Fourier fundavit Congregationem Ssmi. Salvatoris Canonorum OSA. Uterque, non aliter ac Lairuelz, gloriosum suum Ordinem antiquum ad mentem Societatis Jesu, et illa favente, reformatum.

est nominatus, et multa, hoc munere fungens, instituit itinera. Ad tempus dein ad suos Virdunumque reversus, dissolutionem confratrum cernens, coepit dubitare, num inter hujusmodi sodales posset animae suae salutem agere; jamque statuerat, deserto suo Ordine, vel ad Benedictinorum vixdum a Sancto-Vitone ortam congregationem, vel ad Capucinos, vel ad Carthusienses evolare. Cum vero quos anteferret discernere non posset, P. Anselmum Andream S. J., virum apostolico studio flagrantem, adiit eique animi fluctuationem aperuit. Sed ille ad perseverandum in suo Ordine et ad suscipiendum in eo reformationis opus vehementer impulit. Quibus exhortationibus confirmatus, Servatius eo magis ad Ordinis sui renovationem totum animum intendit. Paulatim saniorem partem confratrum suorum in Lotharingia hos litteris, illos alloquiis, omnes vero comitate morumque communitate sibi devinxit. Mox, visitator in Circaria Lotharingiae renuntiatus, a Daniele Picard, abbe Stae Mariae in Nemore, coadjutor cooptatus fuit et brevi successor eius evasit anno 1599

Statim coepit in suum Marianum coenobium introducere reformationem. Anno sequenti, indefesse munere suo Visitatoris Generalis Ordinis fungens, peragravit omnes fere circarias Ordinis, praesertim Germaniam, Austriam et Bohemiam, et in Ordinis sui monasteria reformationem, at non adeo strictiorem, vel induxit, vel ab aliis magni nominis abbatis⁵⁾ inductam approbavit; interim suorum haud immemor, P. Anselmum Andream aliosque Patres Soc. Jesu misit ut disciplinae restaurationem in Mariano coenobio promoverent. Abhinc nil omisit ut saltem in sua circaria reformationem rigorosam praepararet, et animos reluctantibus convinceret. Ad proprios tirones in sacro zelo confirmandos varios scripsit libros asceticos ad mentem insignium scriptorum Societatis Jesu⁶⁾. Quae opera, cum „spiritualitas“ propria in Ordine Praemonstrantiensi eousque vix esset evoluta, et libri hujusmodi a membris Ordinis conscripti et propria traditione imbuti plane deficerent, per duo fere

-
- ⁵⁾ Adiutores eius, congeneres spiritu, praesertim erant abbates Andreas Vögele Windbergensis, Balth. Panhausen et Norb. Horrichem Steinfeldenses, Hilger Cremer Knechstedensis, Joh. Roberti Floreffiensis et Caspar v. Questenberg Strahoviensis. De activitate sua reformatoria multa refert Lairuelz in sua *Optica Regularium*. Confer etiam BACKMUND in *Anal. Praem.* IX, 1933, pp. 33/37 et XXIX, 1953, 238/45.
- ⁶⁾ Praeter *Optica Regularium* (v. supra p. 8) citamus, omissis longis titulis: *Catechismus Novitiorum* (2 tomi, Mussiponti 1623) et *Meditationes* (ibid. 1621). Vide GOOVAERTS I. c. et MARTIN CPL 70/71.

saecula in eo valde fuerunt aestimata⁷⁾), et indolem eius exinde formaverunt. Spiritum Jesuitarum sibi suisque magis imprimere studens, Servatius voluit, ut Marianum suum coenobium Mussiponti juxta Collegium S. J. haberet seminarium, quod in antiquo hospitali Sti. Nicasii instituit anno 1603⁸⁾), Monasterii vero sui, iamdiu vetustate fatiscentis, e silvis, in quibus latebat praedonibus et ignorantiae obnoxium, in eandem urbem transferendi consilium iniit, quod anno 1607 probaverunt Abbas Generalis, Summus Pontifex, Dux Lotharingiae, et episcopi Metensis et Tullensis. Statim Universitati contiguum et vastum erexit monasterium, illudque Collegio Jesitarum connexuit porticu plus quam millibus passibus porrecta, qua ad audiendas magistrorum lectiones sine pluviarum injuria pergerent discipuli. Novum coenobium anno 1612 fuit inauguratum, et relicto uno sacerdote cum aliquibus conversis in veteri Nemorensi monasterio, totam communitatem transtulit Mussipontum. Anno 1611 Abbas Generalis F. de Longpré litteras misit, quibus summis laudibus laudaret inceptum, et Servatium sociosque eius vehementer hortaretur ut Sti. Norberti vestigiis summo studio insisterent, et ideo ad illam abstinentiam a carnibus perpetuam, strictumque illud jejunium ab Exaltatione Stae. Crucis usque ad Pascha redirent. Servatius ergo omnium votorum compos factus, strictas constitutiones e primaeva institutione Ordinis depromptas exaravit, et subscripsit ipse anno 1613, una cum pluribus religiosis monasterii sui, et P. Petro Desbans, qui e Bellavallensi monasterio Mussipontum ad amplectendam reformationem accurrerat⁹⁾). Ad stabiliendum novum institutum, Servatius decrevit mensarum separationem, quam Paulus V PP. anno 1613 confirmavit. Sed validius etiam fulciri Marianam reformationem brevi necesse fuit, quippe cum, ut in rebus alicuius momenti fieri solet, non omnes de Servatii consilio consentirent. Optimi totis manibus applauserunt, alii de eventu dubitabant, alii vero, ab omni instauracionis specie abhorrentes, Servatio, ut solet, ambitionis notam inurere tentarunt, ejusque conamen

⁷⁾ Saeculum XVII hanc absentiam propriae „spiritualitatis“, mentem potius coactantis, non habuit — quod revera est — pro qualitate laudanda, sed pro defectu lamentabili. Quam lacunam ergo libris supradictis adimplere studuerunt Lairuelius et sequaces eius. Attamen nec „gloria eucharistica“ Sti. Norberti, neque „quinque fines Ordinis“ Servatium habent auctorem. Illa orta est in Belgio (Vide supra vol. II 265 n), hi vero saec. XIX in Frigolet (cf. *Pro Nostris I*, 1929, p. 9).

⁸⁾ Quod hospitale, postea a FF. Minimis emptum, situm erat in via „Rue de la Poterne“. Monasterium Stae, Mariae Majoris paulo post alio in loco constructum est.

⁹⁾ Qui primus et fidelissimus assecula Lairuelii primo factus est successor eius, dein Abbas Generalis electus, postremo abbas Cuissiacensis.

improbarunt ut quid novum, Ordinis prosperitati et unitati exitiosum¹⁰⁾. Qua diversitate opinionum inquietatus, Petrus Gosset, Abbas Generalis, anno 1616 seipsum contulit Mussipontum. Per aliquot hebdomades diligentissime inquisivit de omnibus, et ibi demum tam perfectum vitae regularis exercitium comperit, ut ea quae vidisset ipse, majora esse opinionem, et perseverantiam in inceptis optandam esse aperte declaraverit. Servatum ergo et conventum suum, ut in sancto suo proposito permanerent invicti adversus detractores et impugnatores litteris authenticis munivit die 4a junii 1616. Summus Pontifex, bulla data die 18a julii 1617, instaurationem initam auctoritate apostolica roboravit. In quibus litteris, Paulus V articulos a P. Gosset approbatos confirmavit quos conceptis verbis sic retulit:

„Abstinencia perpetua a carnis, et jejunium ab Exaltatione S. Crucis usque ad Pascha; silentium regulare; laneorum usus cum sola culcitra straminea; dormitio in dormitorio, comestio in refectorio; lectio perpetua in mensa; recitatio quotidiana officii parvi B. M. V.; matutinarum officium media nocte; habitus totaliter albus; capitulum culparum quotidie; novitiatus annus secundus; confessio hebdomadaria; accessus sacerdotum ad altare pene quotidianus, et non sacerdotum ad sacram synaxim: hebdomadarius; serotinum examen conscientiae, meditatio quotidiana; recollectio annua cum confessione generali totius anni et renovatio annua professionis, addita clausula de non acceptanda et procuranda dispensatione super praedictis praeterquam a Sede Apostolica, et de eligendis abbate ac priore optimis, quando opus erit, necnon de beneficio vel dignitate directe vel indirecte non procurandis“. Reformata monasteria in unam Congregationem coadunavit Summus Pontifex¹¹⁾, cui caput praefecit monasterium Mussipontanum, et ab eo nomen imposuit Sanctae Mariae Majoris. Sodalitas illa, auctoritate apostolica a cuiuscumque visitatoris jurisdictione exempta, regeretur ad instar totius Ordinis ab annuis suis capitulis, ad quae convenienter bini ad minus e singulis canoniis deputandi et a vicario generali quoque triennio in Congregationis Capitulo eligendo abbatique Praemonstratensi, ut membrum capiti, subiecto; qui tamen nihil innovare in hac sodalitate posset nec visitare domos, nisi adjuncto sibi vicario generali aut alio a Congregatione deputato. Congregatio unum aut plures novitiatus communes

¹⁰⁾ Non defuerunt in posterum abbates regulares, qui reformationem desiderarent pro conventu suo, non autem pro seipsis; et commendatarii, qui sperarent religiosos reformatos, ad frugalitatem primaevam reversos, paucis posse redditibus contentari.

¹¹⁾ Designatio tamen primitiva ei data est postea tantum, vide infra.

institueret¹²⁾). Inter innovations ab illa introducta, praeter nomen novum in professione imponendum, erat praesertim derelictio principii stabilitatis, quod apud ordines antiquos est aliquid essentiale. Religiosi Congregationis ab uno in aliud monasterium, de decreto Capituli aut vicarii generalis abhinc poterant transferri. Abbates vero manserunt „ad vitam“.

Reformatione sua tantis auctoritatibus roborata, et tam firmis constitutionibus munita, vim adversantium impavido animo exspectare potuit Servatius, et sibi etiam consociare alia Circariae Lotharingiae coenobia. Anno 1620 Salina Vallis, verbis et exemplis ultimorum abbatum ad hoc maxime parata, strictiori observantiae Congregationis se adiunxit. Eodem anno secutus est Justus Mons, duce abbate Claudio Gilbin, canonico Nemorensi et ipsius reformatoris discipulo. Eodem quoque anno, quo aggregatus est et Stus. Paulus Virdunensis. Petrus Gosset abbas Generalis primum Capitulum Congregationis praesedit Mussiponti. In qua concione Congregationis statuta quibusdam articulis suffulsa, omnesque solemniter in manibus eius professionem renovaverunt tribusque votis religiosis hoc iuramentum addidere, se numquam ullum beneficium, ullamve dignitatem nec dispensationem in articulos Reformationis collatueros, nec nisi digniori suffragia sua in eligendis praesulibus datus. Capitulo celebrato, omnes eius patres novas litteras ad Summum Pontificem Gregorium XV misserunt quibus omnium Reformationis statutorum alteram confirmationem obtinerent, suumque inceptum adversus futuras persecutiones validius stabilirent. Bulla data die 17a apr. 1621, Gregorius omnes tum veteres a Paulo approbatos, tum recentiores articulos ratos habuit, voluitque ut Congregatio illa quam antecessor sub nomine Sanctae-Mariae-Majoris erexerat, cui vero quidem Servatius ipse designationem „Communitas“ initio dederat, „Congregatio Antiqui Rigoris“ deinceps nuncuparetur¹³⁾. Ut sodalitas illa, sua tutela fundata, cresceret, Abbas Generalis omnibus coenobiis Ordinis, cuiusvis circariae, ut in strictiorem observantiam transirent, Congregationique se adiungerent, amplissimam dedit licentiam. Eodem anno rex Galliae, rogante abbe coadjutore Sti. Pauli Virdunensis, permisit ut reformatio in quaelibet Ordinis monasteria, di-

¹²⁾ Novitiatus communis Circariae saltem Lotharingiae, anno demum 1636 in monasterio Mussipontano est institutus, una cum domo studiorum centrali, ita ut coenobium illud vere fuit caput et centrum totius sodalitatis. Attamen ex actis posterioribus Capitulorum Congregationis vidimus, et alias novitiatus existere, ab uno ad aliud monasterium mutabiles. Unaquaeque circaria, post divisionem Congregationis, habuit suum novitiatum, ita saec. XVIII Normannia in Mondaye, Lotharingia in Verdun.

¹³⁾ Constat tamen ex pietate erga fundatorem, titulum primitivum semper fuisse retentum ut secundarium.

tioni suae subiecta, introduceretur; quod primum, eodem quoque anno, actum est in Belval et in Longwé.

At unde minus exspectabantur, dein venerunt perseciones. Claudius Gilbin, abbas Justimontis, anno vix elapo post introductam reformationem, sive incepti sui taedio affectus, sive Servatio invidens, ad laxiorem vitam reversus est, atque infensus abhinc Congregationi, quibus potuit armis eam laccessivit. In Capitulo Generali Ordinis an. 1625 celebrato, vehementer in eam invehens, declaravit eam esse lugendam novitatem, bullis anterioribus Summorum Pontificum oppositam, praecipue bullis Julii II, diplomata insuper quae in confirmationem reformationis afferebantur, esse subreptitia... et demum novitatem illam omnino esse delendam. Patres Capituli decisionem distulerunt ad proximum Capitulum, scil. anni 1627. At interea, Congregatione aucta abbatis Stagno (1626), Etival et Rengéval (1627), difficultates se praeparabant in quibusdam domibus ei adnexis. Reluctabat hinc inde pars conventus minus sana seu non reformata, pensionibus sibi concessis generatim haud contenta, et interdum separatio mensarum peragi non potuit absque litigio. In Capitulo Generali an. 1627 Servatius ambitionis est accusatus, omnibus Ordinis honoribus exutus, iisque in posterum indignus est declaratus. Capitulantes, auctore Claudio Gilbin, bullas a Congregatione allatas rejecerunt, immo, eas in praejudicium Ordinis vergere somniabant, Romanoque tribunali exhibendas esse censuerunt. Romamque igitur in jus vocarunt Servatium, ut diplomata sua probaret authentica, ac temeritatis suae, ut pro rato habebant, condignam poenam referret. Ad sustinendam hanc litem, constituerunt Ordinis in Curia Romana procuratorem, Joannem David abbatem Ninivensem^{13a)}, virum Servatianae reformationi infensissimum. Sed et Servatius procuratores allegavit Romam, seduloque curavit, ut per amicos potentes ad Cardinalem Bandini, Ordinis protectorem, aliosque Romanae Curiae principes, aditum commendationis haberent. Auditor causarum Sacri Tribunalis Rotae, ad hanc litem dirimendam designatus, auditis singulis partibus, nihil esse, neque obreptitium, neque subreptitium in toto reformationis negotio, triplici decisione 10 aprilis, 21 junii et 11 decembris eiusdem anni 1628 declaravit, ac insuper sententiam sollemnem, die 9a februarii, dedit qua Servatiani in litterarum apostolicarum plenario effectu retinebantur.

Non tantum in Gallia, ubi interea Reformatio se extenderat in Normanniam (Ardenne 1627/28, Belle Etoile et Silly 1629/30), sed et Romae novas insidias meditabatur Ninivensis abbas, accepta clade minime fractus sed ira et furore obcaecatus. At frustra; Rota enim duo-

^{13a)} V. supra vol. II 317.

bus aliis decisionibus (30a martii et 18 junii 1629) atque altera sententia sollemnis (12a januarii 1630) Congregationem ratam habuit. Hostes dein, ut Normannos saltem ad se reducerent, et Ordinis instaurati quā plurimas facerent moras, omni ope studuerunt. Piores Ardennensem et Silleensem, patres Capituli Generalis anni 1630 a Servatianis discedere jussérunt. Eos vero cum se numquam ab incepto defecturos contendissent, ut rebellionis convictos, officio suo spoliaverunt, alios ipsorum sequaces, ab ordinum suorum exercitio suspenderunt, hujus consilii strenuos defensores, inauditos atque indemnatos, vinculisque onustos, Lutetiam mitti, et apposito falso contumaciae crimine, ad publicos carcères trahi jussérunt. Petrum vero Desbans, praesidem Congregationis, et Simonem Raguet, priorem Bellaevallis, qui Normannos istos in Sodalitatem receperant, crimine doloso, quod jurisdictionem indebitam in religiosos sibi non subditos exercuissent, omnibus honoribus sollemniter exuerunt, et ad quamcumque dignitatem declaraverunt inhabiles. Quod videtur fuisse ultima impugnatio malevolorum adversus Sodalitatem Servatii. Omnia mox redacta sunt ad irritum.

At persecutione furente, Reformati Congregationem suam verbis a scriptis defendebant. Nicolaus Guinet, canonicus Stae. Mariae Majoris, scripsit suum „*Ramusculum excerptum*”, praeter alia commentaria, quae typis mandavit¹⁴⁾. Servatius ipse scripsit „*Apologiam pro quorumcumque Ordinem reformatoribus*”, quae licet anno 1629 approbata typisque permissa, non iam invenitur. Est incertum an fuerit impressa. Petrus Desbans anno 1630 prelisque Mussipontanis mandavit suum „*Statum Reformationis*”. Joannes Midot, canonicus Tullensis et amicus initimus Servatii, anno 1632 publicavit, in duas partes divisas, „*Vindicias Comunitatis Norbertinae Antiqui Rigoribus*”.

Quos amici sui commentarios non legit Servatius de Lairuelz. Peste Mussiponte grassante, cum suis in solitudinem monasterii Nemorensis secesserat, ubi die 18a octobris 1631 pie obdormivit¹⁵⁾. Vix Servatius obierat, arma, fames et pestilentia dirissime saevierunt in Lotharingia, multaque monasteria fuerunt diruta et combusta. Sed interea, Reformati copias suas multiplicarunt. Aggregata sunt Congregationi coenobia Mondaye, Flabémont et Jandeures anno 1634, Falaise an. 1631/35, Bonfays 1635, Sery 1636, quo anno etiam Justus Mons, Claudio Gilbin defuncto, paenitens rediit. Introducta est tunc res nova et inaudita. Fundata sunt

¹⁴⁾ Titulum completum vide supra p. 95. De scriptis P. DESBANS et J. MIDOT vide infra apud bibliographiam.

¹⁵⁾ Imagines duae depictae Servatii extant in „Musée de Lorraine“ Nanceii.

enim seu a benefactoribus, seu ab ipsa Congregatione, varia coenobia nova, atvero prae timore commendae non tamquam abbatiae (etsi redditibus has plerumque superaverunt) sed ut prioratus aut residentiae ad instar domuum mendicantium seu residentiarum Soc. Jesu. Erant hae domus quidem sui juris quoad bona, priores tamen et conventuales erant ad nutum Capitulorum Congregationis amovibiles. Praeter Parey-sous-Montfort, et Montem Stae. Odiliae (1662 et 1627) omnes prioratus huiusmodi siti erant in civitatibus: Nancy 1635, Brieulles 1638, Paris 1662 et Charleville 1676. In Gallia, saeculo XVII currente Congregationi adiuncta sunt coenobia sequentia: Chaumont 1640, Genlis et Cuissy 1641, Bucilly tandem 1651, Ressons 1653, La Lucerne et Etoile 1660, Marcheroux et Isledieu ca. 1672, Perray-Neuf 1675. Abbatiae superstites Circariae Lotharingiae, penitus collapsae, se adiunixerunt satis sero: Riéval 1664, Jovilliers 1672, et Septfontaines en-Bassigny 1675¹⁶). Apud duas domos aggregatio intenta non successit: Sens St. Paul, cuius abbas reformatos, quos acciverat, ne quidem potuit alere; et Lieu-Dieu-en-Jard, cuius ingressum in Congregationem anno 1660 Abbas Generalis vi armata impedivit¹⁷). Fundatio intenta prioratus in Rouen annis 1679/83 pariter non successit.

Quantopere mens Capituli Generalis erga Congregationem interea fuerit mutata, apparet anno 1635, cum Petrus Desbans, abbas Mussiaponitanus, qui paulo ante ab illo fuerat punitus et humiliatus, fuit electus in Abbatem Generalem. Qua electione a Cardinale Richelieu intrusore frustrata, eo defuncto electus est an. 1643 socius Petri indefessus, Simon Raguet, in successorem. Sed hac vice malevoli fratres, veriti ne novus praesul archicoenobium et deinceps totum Ordinem Congregationi devinciret, electionem hanc quibus potuerunt naevis, cum Parisiis apud regem, tum Romae apud Summum Pontificem insimularunt, totisque sategerunt conatibus, ut Raguet confirmationem electionis postulanti breve denegaretur. Res per duos annos sub judice fuit, et Raguet, ne disciplina Ordinis tantis discordiis pateretur, ultro abbatiam abdicavit.

Augustinus Le Scellier, Ragueti competitor et successor, licet antea instaurandae cuidam reformationi in Gallia praesertim plurimum allaboravisset, Congregationi Antiqui Rigoris, non ex malevolentia quidem,

¹⁶) De quibus abbatiis vide supra suo loco apud circarias, quibus antea fuerant adscriptae. Hic infra tractamus tantum de prioratibus ortis sacc. XVII, et de abbatiis alienigenis, qui se an. 1525/26 Congregationi adiunixerunt.

¹⁷) Quod fuse narrat HUGO l. c. — Adversarii Reformationis asseclas illius illudendo vocaverunt „les Rigoustins“, voce „Rigorem“ revocanti.

sed ex zelo vindicandae suae auctoritatis, infensus aliquandiu visus est¹⁸⁾), sed summam totius controversiae in amicabili congressu et a pacificis arbitris terminari voluit anno 1661 in abbatia Bonne-Espérance, in Hannonia. Inter alia enim contendebat contra bullas Summorum Pontificum, Abbatem Generalem, Capitulo Congregationis praesidentem, Capituli futuri locum posse indicere, mutareque decreta Capitulorum eorundem quibus praefuisse; domos vero visitantem, movere posse professos de loco in locum; posse etiam retinere religiosos Congregationis ad se refugientes, eosque segregare in aliis monasteriis, quae non fuerint Sodalitatis. Patribus denique abbatibus jus postulabat visitandi coenobia filiationis suae, etsi Reformationis essent. Quae omnia in quinque sessionibus hinc inde agitata fuerunt. Abbas Generalis postremo de plerisque suis postulatis decessit, adeptus tantum jus mutandi religiosos et indicendi locum Capitulis, sub quibusdam saltem conditionibus.

Multiplicatio domorum, ex dissimilibus animorum generumque studiis, causavit dissensiones in Congregatione, praesertim inter Gallos et Lotharingos, tunc adhuc sub proprio principe viventes. Praemonstratenses Galli, aegre ferentes Lotharingorum jugum, atque hanc jactantes causam, quod Congregatio sic dispersa ab uno tantum praeside et annuo Capitulo recte administrari non posset, iam ab anno 1672, a Consilio Regio et a Capitulo Generali Ordinis frustra petierant Sodalitatis divisionem in plures provincias. In aliquam tamen compensationem, Capitulum proprium Congregationis Normannis, anno 1674, concesserat ut regionis suae nec novitii, nec professi in monasteria ceterarum circariarum transserrentur¹⁹⁾. Sed sejunctionis illud studium, ad tempus remissum, non elanguit, et in Capitulo Sodalitatis, Bella Valle an. 1689 habito, Michael Colbert, Abbas Generalis, Gallis quoad omnia favens, et maior pars capitulantum a Gallis conflata, in tres circarias monasteria reformata distribuerunt. Cum singulis circariis vicarii generales et annua capitula concederentur, Congregatio Servatiana, quae saec XVIII vocabatur „Vicaria“, in tres sodalitates prorsus liberas vere distrahebatur. Quod decretum anno sequenti quidem revocatum, postea definitive revalidatum est. Michael Colbert abhinc studuit totam Congregationem subdere Gallis, et variis machinationibus Lotharingis et Normannis detimenta intulit. Quae dissensiones paulatim tantum sunt pacatae. Nihilominus bona fama Congregationis non cessavit augeri. Ex Circariis Germaniae non-

¹⁸⁾ Quam animositatem in casu Loci Dei vix enarrato patefecit.

¹⁹⁾ Qua cum re cohaerere videtur fundatio intenta prioratus in urbe Rothomagensi, de quo v. infra p. 140.

nulli canonici, zelo observantiae strictioris ferventes, ad illam transierunt, inter quos enitent Dionysius Albrecht Teplensis²⁰⁾, et Hermannus Stelz Ursbergensis²¹⁾). Annis 1725/26 canoniae Vaas et St. Georges-des-Bois OSA, ambae in diocesi Cenomanensi sitae et penitus collapses, pentibus eorum abbatibus commendatariis, Ordini Praemonstratensi et Congregationi Ant. Rigoris sunt adnexae.

Non tantum zelo disciplinae, sed etiam studiis et scientiis Servatiani longe praecelluerunt circariis Observantiae Communis in Gallia. Floruit Congregatio usque ad perturbationem Gallicam. Ex elenco anni 1770²²⁾ vidimus, 40 domus quas habuit „Vicaria Antiqui Rigoris“, non tantum numero religiosorum, sed etiam quantitate reddituum illis pariter fuisse superiores, quod demonstrat eius monasteria fuisse observantia ferventiora, bonaque melius administrata. Dolendum est valde, quod ampla archiva subsistentia a nemine fere hactenus sint exarata²³⁾, et historia maxima et gloriosissimae Reformationis in Ordine Praemonstratensi ab historicis tantopere sit neglecta.

VICARIA ANTIQUI RIGORIS anno 1766 (TAIEE)

Circaria Campaniae²⁴⁾:

Belval, Brieulles, Bucilly, Charleville, Chaumont, Cuissy, L'Etanche, Genlis, Longwé, Marcheroux, Mureau, Paris, Ressons, Riéval, Septfontaines, Séry, Verdun.

Circaria Lotharingiae:

Bonfays, Etival, Flabémont, Jandeures, Jovilliers, Justemont, Mont-St. Odile, Nancy, Parey, Pont-à-Mousson, Rengéval, Salival.

Circaria Normanniae:

Ardenne, Belle-Etoile, Falaise, Iledieu, Lieu-Dieu²⁵⁾, Lucerne, Mondaye, Perray-Neuf, St. Georges-des-Bois, Silly, Vaas.

²⁰⁾ GOOVAERTS I 17. Factus est prior Montis Stae Odiliae.

²¹⁾ Ibidem II 202. Obiit an. 1661 in Miravalle.

²²⁾ Vide supra II 470.

²³⁾ Praeter E. MARTIN, canonicum Nanceiensem, cuius opera infra adducimus, nemo hactenus de historia Congregationis exaranda curavit. Historia illius saec. XVIII, est ut ita dicam, ignota.

²⁴⁾ Sic vocatur aptius Circ. Franciae, a saec. XVIII.

²⁵⁾ Quae domus etsi quasi suppressa et derelicta, tamen saec. XVIII Congregationi videtur esse aggregata. Aliis elenchis est inserta, aliis non.

CAPITULA CONGREGATIONIS ANNUA

Tribus circariis communia. Est index incompletus. (Arch. Dép. Nancy)

Pont-à-Mousson	1620	Verdun	1720
Ardenne	1632—35.	Belval	1721—22
Pont-à-Mousson	1642	Cuissy	1723
Belval	1646	Belval	1724—28
Verdun	1651—53	Cuissy	1729
Pont-à-Mousson	1654	Pont-à-Mousson	1730
Séry	1655	Verdun	1731
Verdun	1658, 1660	Belval	1732—41
Belval	1664, 1666, 1667	Pont-à-Mousson	1742
Verdun	1669	Belval	1743
Paris	1674	Verdun	1744—46
Verdun	1676	Pont-à-Mousson	1747
Ardenne	1679, 1681, 1683	Verdun	1748—51
Bucilly	1687	Falaise	1760
Verdun	1688	Jovilliers	1761
Belval	1689—90	Verdun	1762
Paris	1690	Pont-à-Mousson	1763
Cuissy	1692	Ardenne	1764
Belval	1697—99	Silly	1765
Verdun	1706	Pont-à-Mousson	1766
Belval	1707	Ardenne	1767
Cuissy	1708	Bucilly	1768
Bucilly	1709—11	Pont-à-Mousson	1769
Verdun	1712	Cuissy	1770—74
Cuissy	1713	Bucilly	1775
Pont-à-Mousson	1714	Pont-à-Mousson	1776
Verdun	1715	Bucilly	1777
Bucilly	1716—17	Cuissy	1778—83
Verdun	1718		
Bucilly	1719		

Archivalia Congregationem tangentia

vide apud omnes abbatias et prioratus eiusdem, praesertim Mussipontanam (BMun Nancy MS 1000, 1005, 1006). — In Arch. Dép. Calvados: H. 4126, 4129 (Acta Capitulorum), H 27, 29, 4124. Arch. Dép. Orne: H 1078 (Acta Capit.) — Vide MARTIN, CPL pp. v/vij, CatMSSBDép XIII (Nancy).

BIBLIOGRAPHIA

Vide vol. II 452 sq., et supra p. 55. Sequentia sunt specialia:

- D. ALBRECHT, *Manuale canonicorum Praemonstratensium exhibens voluntatem divinam . . . quibus privilegia gratiae dicto Ordini concessa . . atque Catalogus monasteriorum Praemonstr. hoc saeculo vigentium annexuntur* (Argentorati 1742).
- P. DESBANS, *Status strictioris reformationis in Ordine Praemonstrensi* (Mussiponti 1630).
- (E. MACLOT), *Institutio reformationis in Ordine Praemonstrensi, continens erectionem, constitutiones, et privilegia Congregationis seu Communitatis Antiqui Rigoris eiusdem Ordinis, auctoritate apostolica approbatiae, ad instantiam Rmi Petri Gosset abbatis Praem. et Generalis* (Paris 1697).
- Qu.
Notes E. MARTIN, *Quelques notes sur Servais de Lairuelz et la Congrégation de l'Antique Rigueur* (ROPM XIII, 1911, pp. 365/78, XIV, 1912, pp. 64/72).
- CPL IDEM, *Servais de Lairuels et la réforme des Prémontrés en Lorraine et en France* (Sem. Rel. du Dioc. de Nancy, t. à p. Nancy 1893).
- IDEM, *De canoniceis Praemonstratibus in Lotharingia, et de Congregatione Antiqui Rigoris a Servatio de Lairuelz instituta*, Nancy 1891.
- J. MIDOT, *Vindiciae Communitatis Norbertinae Antiqui Rigoris scriptae ad Ecdicium Sylvium Elyarem, commentarium causarum, firmitati Communitatis Norbertinae Antiqui Rigoris adstipulantium* (Vandières 1632).
- C. SAULNIER, *Statuta candidi et canonici Ord. Praem.* (1630) . . . *editio secunda, variis Generalium et Provincialium Capitulorum decretis illustrata . . . quibus accesserunt . . articuli Reformationis seu Communitatis Antiqui Rigoris. Editio prima Stivagii 1725, tertia Luxemburgi 1776.*
- Confer etiam LEPAIGE 749/59, et GOOVAERTS I 16, 17, 24, 25, 31, 38, 39, 47, 59, 62, 71, 87, 102, 112, 117, 124, 133, 139, 140, 161, 172, 173, 194, 243, 252, 261, 268, 284, 290, 295, 336, 337, 420, 478, 495, 502, 518, 535, 537, 548, 557, 563, 565, 567, 568, 569, 576,

585, 590, 592, 596, 610, 618, 643; II 24, 27, 29, 37, 46, 56, 75, 81, 86/90, 96, 109, 113, 114, 137, 202, 239, 241, 297, 344, 368; III 11, 13, 16, 21, 26, 32, 48, 68, 110/29, 153, 157, 158, 159, 165, 166, 172, 189, 191, 192; IV 31, 42, 56, 86, 137, 157, 164, 181, 189, 209, 242, 252, 284, 315, 342.

B R I E U L L E S -sur-Meuse Assumptio B. M. V.

Briolac, Brieulles.

Oppidum in Dép. Meuse. Dioc. Reims, nunc Verdun.

Prioratus, fundatus juxta ecclesiam parochialem, ab an. 1181 abbatiae Sti. Pauli Virdunensis incorporatam, annis 1632/42 a Petro de Cadenet, viro nobili, qui possederat toparchiam loci. Confirmatio apostolica anno 1660. Anxie retinuit titulum „residentia“, ne daretur prioribus commendatariis. Constructum est an. 1659 ab ipso fundatore monasterium sufficiens et decens. Reditus anni 3130 Libr. Anno 1790: 6 religiosi canonici et 2 conversi. Ecclesia rasa est an. 1792, loco eius nunc est coemeterium. Monasterium subsistit. Dimidia pars est schola municipalis. altera est xenodochium.

Archivalia: Arch. dép. de la Meuse. Bar-le-Duc: 26 H 1/5 (1363 documenta), et F 106 (V). Cf. ser. Q —²⁶⁾.

Litteratura: HUGO I 413, pr. 330 — WAEFELGHEM 45 — BUFFET 19 — COTTINEAU 502 — GOSSET 249 — LONGNON *Pouillés* VI 33, 69 — E. MARTIN, *Qu. Notes* 71 — ROBINET/GILLANT IV 305/14 — C. BONNABELLE, *Notice sur B.-sur-Meuse*, Montmédy s. d. — M. JEANTIN, *Manuel de la Meuse. Arrond. de Montmédy*. Nancy 1860, I 260 — J. NICOLAS, *Les bas-reliefs de l'église de Briculles-s. M.* (BSArLorraine 1908 34/38).

S e r i e s p r i o r u m (ROBINET/GILLANT)

Macarius Guinet 1636—54, 60—69 Laurentius Beurthe 1676

Joseph Molet 1658—60, 69/71 Raphael Quentin 1677

Ildephonsus Genin 1671/72 Antonius Aubertin 1677/78

²⁶⁾ MS intitulatum: „Mémoire de ce qu'on trouve des antiquitez du lieu de Brieulle-sur-Meuse, d'establissement d'une maison ou résidence pour les religieux de la Congrégation, ou de l'Ancienne Rigueur de l'Ordre de Prémontré et des choses les plus remarquables qui se sont passées depuis le dit establissement selon l'ordre des années depuis l'an 1632, jusqu'en 1665“ auctore Macario GUINET, non tantum pro historia domus Briolensis, sed pro tota Congregatione maximi momenti, quod adducit MARTIN CPL vij, magnoque cum fructu excerptis, anno 1891 detinebatur a. D. Ruinet Parisiis. Depositum hodiernum eruere non potuimus.

Nicolaus Pierret 1678/79
Servatius Frouart 1679/83
Claudius Bigeois 1683/86
Bernardus Billotte 1686/87
Nicolaus Coffin 1687/92
Vincentius Thoinel 1694/96
Franciscus Humbert 1698
Joseph Clausse 1699
Urbanus Fumet 1700/01
Nicolaus Fagotin 1702/09
F. Majottel 1710

Jacobus Robinet 1711
Fridericus Colson 1712
Thomas Colson 1^{er} 1713/20
Franciscus Macquet 1721/22
Thomas Colson 2^{er} 1727
Joseph de Vaux 1728/37
Petrus Langlois 1738/50
Claudius Chéru 1752/53
Franciscus Piedfer 1756/77
Philippus Mauclerc — 1785
Claudius Henr. Vermont 1785/90

CHARLEVILLE S. Mons Calvariae

(Mont) Calvaire, Belair, Mons Calvariae juxta Carolopolim.

In Belair supra Mosam, juxta nunc intra civitatem Charleville. Dép. des Ardennes, Dioc. Reims.

Prioratus. Fundatus est anno 1627 pro Hieronymitis, a Carolo Duce de Gonzaga et Mantua, fundatore civitatis Carolopolitanæ. Anno 1637 iungitur Congregationi Pisanae. Propter vitam minus ordinatam religiosorum, instigante archiepiscopo Remensi, hoc monasterium de consensu ducis Mantuani, suppressum est anno 1676 et datum Congregationi Antiqui Rigoris Ord. Praem., cui est impositum, Hieronymitas superstites alere. Reditus: 1400 Libr. Generatim ibi erant 3 religiosi tantum, anno suppressionis 1790, in bibliotheca erant 473 volumina. Capella solo aequata est an 1889, aedes modicae monasterii anno 1940 in bello destructae sunt.

Archivalia: Arch. Dép. Ardennes, Mézières H 506 (1 fasc., 5 docum.), H 386 (1 fasc. 34 doc.), H 387 (36 doc.), Q 534 (11 doc.) — Arch Dép. Calvados H 18 — Arch. Histor. Charleville GG 89 — BMun Charleville — BMun Nancy 992/V 4/8.

Litteratura: HUGO I 433 — WAEFELGHEM 50 — COTTINEAU 566 — ISAD Ardennes IV, H II 136, 141/42, 185 — E. BAUDSON, *Histoire de Charleville*, s. l. 1947, pp. 53, 54, 76, 109, 116, 117, 153, 154 — J. HUBERT, *Mélanges d'histoire Ardennaise*, Charleville 1876, pp. 15/23 — P. LAURENT, *Inventaire sommaire des Archives Historiques de Charleville*, Ch. 1895.

MONT ST. ODILE St. Odilia

Mons Stae. Odiliae, Hohenburg, Odilienberg (antiquitus Altitona).

Amoenissime situm in summitate alti montis eiusdem nominis, in parochia Ottrott, arr. Molsheim, in Alsatia (Dép. Bas-Rhin). Dioc. Strasbourg.

Per celebris quondam abbatia imperialis; primo monialium O. S. B., dein canonissarum saecularium. saec. VII ab Adalrico Alsatiae duce fundata, vulgo Hohenburg nuncupata. Herrad de Landsberg, abbatissa praeclara, ad pedem montis fundavit, anno 1178 pro canonicis O. Praem. de Stivagio, prioratum juxta capellam pervetustam tunc iam dilapsam, Sto. Gorgonio sacram²⁷⁾. Herrade petente, Fridericus Imperator eodem anno hanc fundationem confirmavit, quem sequuntur an. 1181 S. Pontifex et an. 1183 Episcopus Argentoratensis. Praeter hunc prioratum, abbas Stivagiensis possedit unam praebendam canonicam in Hohenburg, quam praebuit duobus canoniciis Ordinis, in ipsa canonia Hohenburg residentibus. Abbates Stivagienses habuerunt ius visitationis in Hohenburg, quo cum semper arcte fuerunt connexi. Post destructionem abbatia Hohenburgensis anno 1547, quatuordecim eius canonici saeculares praebendati effugerunt una cum canonissis, dum soli Praemonstratenses manserunt, quibus episcopus concessit usumfructum bonorum monasterii, et quorum unus vixit abhinc in ruinis illius, donec annis 1607/13 novum parvum monasterium cum ecclesia ibi sit erectum ab abbate Stivagiensi. Quo ab haereticis an. 1622 combusto, annis 1625/30 nova ecclesia erigitur. A Suecis omnia denuo diruuntur, una cum prioratu St. Gorgon, anno 1632. Usque ad annum 1649 Mons Stae. Odiliae omnino manet desolatus. Post bellum an. 1654 reconstructio, an. 1661 erigitur prioratus sui juris Congregationis Ant. Rigoris. Annis 1672 et 81 a Gallis iterum combustum est monasterium, quod hoc tempore incorporatur regno Galliae. Annis 1687/92 construitur ecclesia hodierna, an. 1684/1702 monasterium novum, quod multas continet partes e medio aevo. Anno 1726 demum, dono episcopi, Ordo adquirit plenum jus proprietatis. Saec XVIII, praeter priorem, generatim sex vel octo canonici ibi resederunt, curam habentes peregrinorum, semper et undique ad sepulchrum S. Odiliae affluentium. Aestate anni 1791 supprimitur, et sanc-

²⁷⁾ Kolisacker, Com. Ottrott. Qui prioratus erat domus formata. Praeter eum, abbatia Hohenburg an. 1182 etiam fundavit vicinam abbatiam Trutenhausen OSA, in eundem finem. BRACKMANN *Germ. Pont.* II 3, 36 erronee dicit hoc monasterium, quod insuper confundit cum Niedermünster, abbatia sorore Hohenburgensi adnexa, ad pedem montis sita, fuisse OSB usque ad annum 1540, dein prioratus OPræm an. 1746—91.

tuarium violatur. Anno 1853 monasterium fit proprietas episcopi Argentoratensis, qui sorores Ord. Sti. Francisci ibi collocat.

Archivalia: Arch. Dép. Bas-Rhin, Strasbourg: G 23, 263, 1216/49, 1962, 1249 h, 2007/09, 2079/82, 2128, 2317/57, 2578/79, H 1240/41 — Arch. Dép. Caen H 18.

Litteratura: HUGO II 391, 437 pr. 247/70 — WAEFELGHEM 263 — COTTINEAU 1424 — Gall. Chr. N V 838 — GOOVAERTS III 210 — D. ALBRECHT, *History von Hohenburg*, Schlettstadt 1751 — M. BARTH, *Die heilige Odilia*, Strassburg 1938, I 299/327 — J. M. D. CLAUSS, *Historisch-topographisches Wörterbuch des Elsaß*, Zabern 1895, pp. 813/19 cum fusa bibliographia — GRANDIDIER, *Alsatia Sacra*, ed. INGOLD Colmar 1899, 4 voll. — A. REINHARD, *Le Mont St. Odile et ses environs Notices historiques et descriptives*, Strasbourg 1888 — J. PFEFFINGER, *Hohenburg oder der Odilienberg, samt seinen Umgebungen, in topographischer und geschichtlicher Hinsicht*, Strassburg 1812, pp. 86/91 — L. REY, *Notice historique sur la montagne de Ste. Odile*, Strasb. 1834 — K. ROTH, *Der St. Odilienberg*, in STOLER, *Alsatia* (1856/57) pp. 65/118 — J. SILBERMANN, *Beschreibung von Hohenburg*, Strassburg 1781, nova ed. a. W. STROBEL 1835.

Series priorum (GRANDIDIER)

Albert Rivière 1650—71	Fredericus Colson 1712—18
Servatius Morceaux 1 ^o 1671—81	Carolus Martin 1 ^o 1718
Franciscus Scharff 1681—82	Franciscus Marquet 1719
Fridericus Brulle 1682/84	Carolus Martin 2 ^o 1720 dein abbas in Cuissy
Hugo Peltre 1 ^o 1684/85	Joannes Raigner 1725/26
Servatius Morceaux 2 ^o 1685—95	Franciscus Maclot 1730
Arnulphus Simon 1695—98 dein abbas in Bonfays	Reginaldus Vautrop 1732/37
Hugo Peltre 2 ^o 1698—1706	Fredericus Brioleux 1737
Claudius Collin 1706—08 dein abbas in Jovilliers	Dionysius Albrecht 1737—55
Hugo Peltre 3 ^o 1708—12	Nicolaus Klein 1755—91

NANCY St. Joseph

Civitas principalis in Dép. Meurthe-et-Moselle, Dioc. Toul, ab an. 1776 ipsa diocesis.

Domus sororum paenitentium Stae. M. Magdalene, vulgo „Made-lonettes“, anno 1635 ab abbatibus Circariae, Congregationi Ant. Rigoris adhaerentibus est acquisita.

Initio erat refugium tantum, et absque dotatione, ita ut unus tantum religiosus ibi potuerit vivere, donec prioratus Bonneval, de quo supra, ei est unitus in dotationem anno 1661. Abhinc erat domus sui juris, in qua residebant generatim 4—5 religiosi. Reditus annui: 3492 Libr. Anno 1713 incipitur constructio novae ecclesiae, quae anno demum 1759 perfecta et consecrata est. An. 1777 incipitur erectio novi monasterii, quod post suppressionem an. 1790 mutatur in casernam, et circa annum 1900 quod aequatur. Ecclesia inde ab an. 1807 inservit cultui Calvinistarum, quod destructionem eius praepedivit.

Archivalia: Arch. Dép. Meurthe-et-Moselle, Nancy H 1263/78 (11 capsae et 3 registra), B 2338, 12 029; L 1702, 1720; Q 655, 660 — Arch. Calvados H 18.

Litteratura: HUGO I 917, pr. 703/09 — WAEFELGHEM 232 — *CatMSSBDép* IV — CONSTANTIN 346 — COTTINEAU 2028 — DARAS 73 — GOOVAERTS I 63, 268, 548, III 111 — ISAD, *Meurthe et Moselle* H I 137/38 — LECESTRE 49 — LEPAGE *Com. de la Meurthe* I rxxvj — IDEM *Dép. Meurthe* II 420 — MARTIN *HDToul* II 232, 518, III 314 — IDEM *Qu. Notes* — STEIN 2658 — J. FAVIER, *Coup d'oeil sur les bibliothèques des convents du district de Nancy* (*MSAr Lorraine* 1883, p. 184) — GUILLAUME, *Histoire du diocèse de Toul et celui de Nancy*, Nancy 1866, III 349/50 — J. J. LIONNOIS, *Histoire des Villes Vieille et Neuve de Nancy, depuis leur fondation jusqu'en 1788*, Nancy 1811, II 239/46 — Ch. PFISTER, *Histoire de Nancy*, Paris/Nancy 1909, II 795/801 — Fr. PUAX, *Comment Saint-Joseph des Prémontrés est devenu le temple de l'église réformée de Nancy* (*BSH Protestantisme Français* LVII, 1908, 352/58) — *CongrArchFrance* 1934, p. 52.

Ser i e s p r i o r u m (LIONNOIS)

Anastasius Lescamoussier	1637/44	Athanasius Majottel	1689
Godefridus Mouron	1644—54	Ignatius Chouffer	2 ^o 1690—92
postea abbas Bonifageti		Rochus Cherrier	1692—99
Joannes Bardin	1656—61	Car. Ludov. Hugo	1708—13
Sebastianus Collignon	1661—65 (vide Flabémont)	postea abb. Stivagii	
Joseph Bardin	1666—74	Ambrosius Franc. Gaillard	
Edmundus Maclot	1675 dein abbas Stagni	1714—21	
Marianus Bacnot	1676—80	Hyacinthus Collard	1722—23 ²⁸)
Ignatus Chouffer	1 ^o 1680—88	Nicolaus François	1723 dein abb. in Jandeures
		N. Richier	1724—52

²⁸) Machinatus est incorporationem mensae abbatialis de Riéval prioratui suo, quod ad irritum redegerunt canonici Regiae Vallis eligendo eum in abbatem regularem.

Christophorus Christallin 1^o
1758—60

N. Dordelu 1760—62

Christophorus Christallin 2^o
1762—90

P A R E Y - s o u s - M o n t f o r t Sta. Maria in Bethlehem

Paret.

Cant. Bulgnéville, arr. Neufchateau, Dép. Vosges. Dioc. Toul, nunc St. Dié.

Prioratus fundatus anno 1662 a Joachim Vaultrin, ex hoc vico oriundo, et administratore apud Cameram Apostolicam Romae. Generatim hic vivebant quatuor canonici, qui parochiam loci, quae antiquitus fuerat ad praeresentationem prioris de Bourg Ste. Marie OSB, administrabant. Superiores erant ad nutum Capitulorum Congregationis Ant. Rigoris amovibiles. Religiosi possidebant dominia de Parey et de Lucy, anno 1679 acquisiverunt etiam dominium de Mandre, et voluerunt conventum eo transferre, quod vero Capitulum Provinciale non permisit an. 1683, ideo Mandre iterum est alienatum. Anno 1790: 5 religiosi, et 500 volumina in bibliotheca. Post suppressionem, pulchra ecclesia, saec. XVIII constructa, facta est parochialis; monasterium extensum et quondam spectabile partim est schola, sed maior pars eius misere corruit.

Archivalia: Arch. Dép. Vosges, Epinal: XIX H 1/24 (1 registrum et 23 fasciculi) — Arch. Dép. Nancy B 112, 11 368, 11 788.

Litteratura: HUGO II 493, pr. 337/50 — WAEFELGHEM 193 — COTTINEAU 2193 — DARAS 73 — *Dict. Top. Vosges* 314 — ISAD *Vosges* H II xxj, 192/204 — LAUER I 435 — F. de LIOCOURT, *L'art religieux dans l'arrondissement de Neufchateau (MSArLorraine, LXIII, 1913, 347/48)* — Ch. GUYOT, *La terre de Mandre, près Mirecourt, au XVIIe s. et les Prémontrés de Parey-sous-Montfort (JournSArLorraine XXXIX, 1890, 51/57)*.

S e r i e s p r i o r u m (ISAD Vosges xxj)

Michael Voirin 1666

Joachim Laplume 1669/70

Paulus Ferry 1672/74

Gervasius Gerard 1678

Stephanus Mathieu 1679/81

Franciscus Messin 1684/88

Michael Dombrot 1689/91

Claudius Fr. Deguerre 1^o 1706

Basilius Rambonnet 1708

Joannes B. Florentin 1710

Franciscus Mansuy 1712/16

Claudius Fr. Deguerre 2^o 1728/35

Nicolaus Tournay 1738/45

Casparus Collin 1746

Nicolaus Collin 1747

F. A. Gaget 1748/59

Franciscus Pattin 1779/82

J. A. Finot 1784/90

P A R I S SS. Sacramenti

Venerabile Sacramentum, La Croix Rouge.

In ipsa metropoli Galliae, in eadem dioecesi.

Prioratus et collegium Congregationis Antiqui Rigoris. De cuius Capituli decreto fundatum est anno 1660. Congregatio contulit summam 30000 Librarum in hunc finem, et emit anno sequenti proprietatem extensam in suburbio St. Germain, ubi viae Rue de Sèvres et du Cherche-midi contingunt, vulgo Carrefour de la Croix Rouge. Anno 1662 consentiunt abbas Sti. Germani in Pratis OSB, et ipse Rex, qui se dixit esse fundatorem. Uxor eius Anna multis donis promovit fundationem, cui abbates Normanniae initio non participaverunt. Anno 1663 consecrata est ecclesia, biennio post terminatur constructio monasterii. Reditus anni 12783 Libr. Anno 1768 ibi erant 15 religiosi, qui omni tempore cultui SS. Sacramenti et Immaculatae Conceptionis BMV speciali devotione se voverunt. An. 1790 suppressum, nihil superest de aedibus.

Archivalia: Arch. Nat. Paris H⁵ 4060/63; L 766 nr. 15, 958; S 4340/41
— Arch. Orne, Alençon: H 1059; Arch Calvados, Caen: H 18, H 19, H 4128.

Litteratura: HUGO II 1057, pr. 666/67 — WAEFELGHEM 311 — BEAUNIER/BESSE I 122 — COTTINEAU 2196 — DARAS 74 — COCHERIS III 230/32 — Quoad sequentia vide supra vol. II 519/20: BOURNON 265 — DULAURE IV 135 — FELIBIEN III 832/34 — FRANCKLIN III 161/63 — PIGANIOL DE LA FORCE VII 363/66 — de SAINT VICTOR IV 239/41 — TUETEY Rép. III nr. 4507/14 — BILLECOQ, *Les Prémontrés de la Croix Rouge* (BHS 6^e arrond. 1899, 109/17) — P. FROMAGEOT, *La Rue du Cherche-midi et ses habitants depuis des origines jusqu'à nos jours*, Paris 1915, pp.183/215 — Ch. GROLLEAU/G. GARNIER, *Un logis de J. K. Huysmans: Les Prémontrés de la Croix Rouge*, Paris 1928 — *Sous la chapelle des Prémontrés* (BSamis monum. Paris XI, 1897, 74/75).

ST. GEORGES-DES-BOIS

Sti. Georgii in Nemore, -de Nemore, -in Bosco, -in Luco.

Saint Georges au Bois, -du Bois, -en Foret.

Juxta vicum St. Martin-des-Bois, cant. Montoir, Dép. Loir-et-Cher, Dioc. Le Mans, nunc Blois.

Abbatia quondam insignis. Fundata circa annum 550 pro monachis OSB a Sto. Innocentio episcopo Cenomanensi. A Normannis diruta saec IX, renovatur anno 1045 pro canonicis OSA a Godefrido de Martell, comite de Anjou. Ius pontificalium concessum est saec. XVII. Ecclesiae incorporatae et pro posse administratae: St. Jacques de Beauchesne, St. Firmin-des-Prés, St. Pierre-des-Bois (in loco), St. Martin-des-Bois (juxta

canoniam), St. Jacques-des-Guérêts, St. Arnoult cum capella separata Ste. Madeleine du Fresne, Lavardin cum capella separata de La Fosse-Poudrière, Tours St. Vincent, Neuillé-le-Lierre, Vendôme St. Lubin, ibidem St. Pierre de la Motte, Villefranche, Villiers-Faux, Montreuil-le-Henry, Ste. Anne, Epiais, Lisle, Espéreuse, prioratus Villetthiou, St. Aimé, Vason St. Leu et St. Gilles, et capella Temple-des-Aires²⁹). Ecclesia parochialis ad Stum. Petrum primum erat in navi ecclesiae abbatialis, quae cum corruisset, in grangia nova ecclesia parochialis erecta est. 1632. Zelante abbate suo commendatario, anno 1725 canonica se adiunxit Ordini Praem. et Congregationi Antiqui Rigoris. Primi canonici venerunt ex Etoile, ultimo canonico superstite ex Ord. Sti. Augustini data est pensio. Reditus annui erant 5000 Librarum, nihilominus Abbas Generalis circa annum 1770 intendit fusionem canoniarum Etoile et Sti. Georgii propter „paupertatem“. Quod tamen non est exsecutus. Anno 1790, cum esset habitata a 3 canonicis, abbatia est suppressa. Ecclesia pulchra gothica (s. XIII) subsistit, orbata quidem turre et parte navis anno 1809. Facta est abhinc capella domestica, quae mutatis possessoribus, bis profanata et pie restaurata est. Modo est in bono statu, sed vacua. Claustrum extensum, quoad maiorem partem iam ante an. 1790 videtur fuisse destructum, superest una ala cum vasto et pulchro capitulo saec. XIII. Altare maius est in vicina ecclesia St. Martin-des-Bois.

Archivalia ante an. 1725 fere omnia perierunt. Arch. Dép. du Loir-et-Cher, Blois: 20 fasc. cum 482 documentis (43 H 1/20). Ibid. Q 30, 1355, 1386, 1423 — Arch. Dép. de la Sarthe, Le Mans: G 340, 347, 354/55, 357 58, 368, 379, 383, 385, 387, 391, 399, 408, 443; H 849, 2139 — Arch. Orne, Alençon: H 1061, 1 — BMun Nancy 992/XII 457/60 — Catalogus Bibliothecae in BMun Vendôme MS 278, cf. *CatMSSBDép* III 479.

Fontes et Litteratura: HUGO I 719 — WAEFELGHEM 225 — BEAUNIER/BESSE VIII 158 — *Cat. Fact.* cf. ind. X 387 — CELIER 44 — COTTINEAU 1978, 2058, 2701, 2703, 2598, 3383 — DARAS 77 — *Gall. Chr.* N XIV 508 — LECESTRE 49 — LONGNON *Pouillés* (Tours) 32, 98, 100, 114 — PIOLIN *EMRev* IV 305 — IDEM HEM III 166/69 — PRESSUTI 1940 — Rég. Léon X 4997 — *Reg. Urbain* IV 1614?, 2657 — J. CHAVIGNY, *Nos antiques abbayes: St. Georges-du-Bois* (*Le Flambeau du Centre*, IV, 1936, 30/50) — LAURAND, (*Eglise de St. Georges-au-Bois*, *BSAr Orléanais* I, 1854, pp. 182, 205) — F. LESUEUR, *L'Abbaye de St. Georges-du-Bois*, Paris 1936 — A. SIMON, *Histoire de Vendôme et de ses environs*, Vendôme 1835, III 284/89 — *BSArUendômois* IX, 1870, 116/21 — Quoad sequentia, vide supra p. 22 apud Etoile: G. LAUNAY, *Rép. Archéol.* 51 — METAIS, *Rec. Chartes* cf. ind. —

²⁹) *Pouillé du Diocèse du Mans*, MS anni 1772 in Arch Dép. de la Sarthe. HUGO omittit St. Aimé, Temple-des-Aires et Villefranche, sed addit Bollou.

de PASSAC 81 — de PETIGNY 2a ed. 718 — E. PILTE 209 — de ROCHAMBEAU II 191 — de ST. VENANT *Excursion* 197/202.

Abbates commendatarii ab anno 1721:

(Alm. Royal et Arch. Dép. de Blois et du Mans)

Dominicus Franc. Hamon des Roches 1721—40	Mégrigny 1743—63
N. de Lannoy 1740—43	Joannes M. A. de Pujols 1763—86
Ludov. Augustus Lefèvre de	Gulielmus A. de Juglart du Tillet 1786—90

V A A S B. M. V.

Vedo-, Vada-, Vedatum, -cium. — Vas, Vaz, Vaulx, Vast, Vaast, Was, Waaz.
Prope Chateau-du-Loir, cant. Mayet, super flumen Loir, Dép. de la Sarthe.
Dioc. du Mans.

Abbatia perantiqua, cuius origo propter interitum archivorum plane est ignotus. Secundum traditionem fundata est saec. IX vel X, sed videatur esse fabula seu legenda. Authentice prima viçe occurrit medio saec. XII tamquam canonica OSA. Anno 1370 ab Anglis funditus est eversa. Ecclesias habuit incorporatas: Luceau, Quincampoix, St. Pierre-de-Chéville, Vaas St. Georges, Châtillon-la-Madeleine, Châtillon-la-Chartre, Lhomme, Epeigné, St. Pierre de Nevilly, Serrain, prioratus Rohard, et capellae Meaux, La Besnerie, Tartifume, Vanvert et La Robinière³⁰⁾. Reditus annui 3000 Libr. Anno 1726, per abbatem suum commendatarium adnexa est Ord. Praem., et Congreg. Ant. Rigoris. Anno 1790 suppressa est. Abbatia subsistit integra. Pulchra ecclesia gothica (saec. XIV) nunc est parochialis, domus abbatialis habitatur, et monasterium est fabrica, nunc vacua.

Archivalia perierunt an. 1370, recentiora partim petulanter sunt combusta an. 1790. Subsistunt in Arch. Dép. de la Sarthe, Le Mans: H 493/518; cf. 849, 1487; B 2252, 2254, 2259, 2268, 2281; E Suppl. p. 112, 384, 419, 423, 429/31, 536; G 340, 345, 352, 368, 384/85, 392, 395, 398, 404, 441, 443, 894 — Arch. Orne, Alençon H 1062.

Litteratura: HUGO II 1053, pr. 655/63 — WAEFELGHEM 310 — BEAUNIER/BESSE VIII 159 — *Cat. Fact.* cf. ind. X 515 — CELIER 17 — COTTINEAU 2058, 3017, 3251 — *Gallia Chr.* N XIV 510/11 — ISAD Sarthe H 1 217/24 — LECESTRE 49 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. LONGNON III 30 — D. PIOLIN *EMrev* cf. ind. — IDEM, HEM II 107 — *Reg. Léon X* 6094 — F. LEGEAY, *Recherches historiques sur Vaas et Lavernat*, Paris 1855 —

³⁰⁾ *Pouillé du Diocèse du Mans*, l. c. Anno 1755, abbatia possedit 10 beneficia maiora, et 3 minora.

PESCHE, *Dictionnaire topogr. de la Sarthe* VI 415 — VOISIN, *Notice sur les châteaux de Ganes et la fondation de l'Abbaye de Vaas* (*Soc. Franç. Conserv. M.*, Le Mans 1853, p. 64).

Abbates commendatarii ab anno 1724 :
 (Arch. Dép. Sarthe)

Renatus Carolus Vesnier 1724—44 Joseph Maria C. de Siochan
Paulus Chauchon 1744—77 1777—90

Fundatio non perfecta:
ROUEN

Civitas in Dép. Seine-Maritime, ipsa diocesis.

Anno 1679, cum abbatia Insulae Dei magno esset in discriminis, propositum est in conferentia Patrum Congregationis Ant. Rigoris, habita Ardennae, transferre canoniam Insulae Dei in civitatem Rothomagensem, et exstruere ibi novum monasterium. Quod propositum in alia conferentia an. 1681, propter difficultates pecuniarias derelictum est. Com mendatum est dein nihilominus fundare, expensis abbatiarum Normanniae, prioratum Rothomagi, et transferre eo novitiatum communem dictae Circariae. Capitulum Congregationis Ant. Rigoris, an. 1683 Ardennae habitum, decrevit sequentia: „Les suppliants seroient convenus du consentement dudit chapitre, d'achepter aus depens des dites maisons de Normandie la Chartreuse dite St. Hilaire ou de la Rose, scise au faubourg de la ville de Rouen, pour en faire un établissement, ou maison régulière pour les abbayes de la dite province ou Circarie de Normandie, et ce à cause des affaires continues, que les dites abbayes ont à poursuivre au Parlement dudit Rouen, et des inconveniences, qu'il y auroit de voir, que les procureurs des religieux poursuivent les affaires...“ Quod anno sequenti confirmatur a Vicario Generali Congregationis, scilicet priore Cuissiacensi. Anno 1685 res incipitur, formatur commissio, sed propter nimias expensas postremo nullum habuit successum.

Archivalia: Arch. Dép. du Calvados, Caen, H 4127, Fonds Falaise.

Litteratura: deest. (Hactenus omnino fuerat ignotum.)

PRAETERMISSA

PARCY

Secundum WAEFELGHEM 192 erat prioratus in diocesi Tullensi, quem distinguit a Parey-sous-Montfort. Revera est idem.

CIRCARIA ARVERNIAE

Minima omnium erat haec circaria in Gallia. Quatuor eius abbatiis se extendit in regiones Bourbonnais, Auvergne et Velais, et in dioeceses Clermont, Le Puy et Nevers. Creata est in fine saeculi XIII tantum ex partibus circariarum vicinarum: Neuffontaines, Clermont et Doue spectaverant ad Normanniam, Bellavallis ad Franciam. Praeter Doam, commenda rapax omnes canonias huius circariae invasit citius reliquis in Gallia, iam quidem secundo dimidio saeculi XV. Quod praeter paucitatem monasteriorum, et distantia illorum a reliquis circariis causa fuit collapsus et dissolutionis completae, ita ut Capitulum Generale anni 1622 declaraverit. Circarias Arverniae et Gasconiae versari in statu miserrimo. Ex canonis eius sola Claromontana erat insignis atque praestans. Abbatia Novemfontium celebris evasit per unicum sanctum quam dedit Gallia Ordini. Monialium parthenones extiterunt in Doue et in Bellevaux, praeter Albamterritam, cuius fata vere fuerunt extraordinaria. Le Perray-Neuf (Circ. Normanniae Borealis) iam medio saeculo XIII, et iterum saec. XV et XVI pertinuit ad Circ. Arverniae¹⁾, quae saeculo XVII est suppressa. Monasteria eius adiudicata sunt Circariis Gasconiae et Campaniae. Tamen invenimus an. 1742 abbatem Fontiscalidi tamquam „Vicarium Generalem Circ. Arverniae“. Doa suppressa est iam an. 1770. Ecclesia eius et monasterium fere integrum, ut in Bellavalle, subsistunt. Monasterium superest in Novemfontibus, et capella romanica in Albaterra.

VISITATORES ET VICARII CIRCARIAE (Nisi aliter notetur, sec. ACG)

Abb. Laudunens. 1498	Abb. Sti. Mariani Altissidior.
Abb. Cuissy 1500	1502/04
Dns. Praemonstratensis	Abb. de Amiens et Auxerre:
cum abb. Laudunensi: 1501	1506/08

¹⁾ Vide supra pp. 13 et 28. Catalogus L, caute legendus, immo abbatiam Lieu-Dieu adscribit Circ. Arverniae.

Abb. de Auxerre 1509—14	Abb. Sti. Justi 1534/37
Abb. Auxerre et Bellelay: 1515	Abb. Loci Restaurati 1538
Abb. Praemonstratensis 1516	Abb. Sti. Pauli de Sens 1616/19
Abb. Chambrefontaine 1519—22	Dom. Praemonstrat. 1622, 1657
Abb. de Auxerre 1523—26	Prior Claromontanus 1660/86
Abb. de Joyenval 1527/29	Abbas de Foncaude 1742 ²)
Abb. Insulae Dei 1530/33	

A U B E T E R R E (SS. Gervasii, Protasii et) Petronillae

Albaterra, Albapetra, Aubepierre, Ste. Perronnelle d'Aubeterre — de Schola, Escolette. (Vitetur confusio cum variis aliis coenobiis huius nominis, vide COTTINEAU 188)

Com. Brout-Vernet, Dép. de l'Allier, dioc. Clermont, nunc Moulins.

Asceterium, cuius origo est in tenebris, cuiusque historia vix est clarior. Annis 965/70 occurrit tamquam parthenon OSB, capella „de Schola“ dependet postea a prioratu Souvigny, Ordinis Cluniacensium. Quod monasterium videtur ruisse, anno 1150 autem esse relevatum a Sancto Gilberto, qui uxorem Ponciam et filiam Petronillam ibi collocavit cum lectissimo grege virginum, sub regula Praemonstratensis. Stetit parthenon abhinc sub paternitate abbatiae Novemfontium, octo millibus distantis, cuius tamen non videtur fuisse mera sectio feminea. Poncia et Petronilla, non secus ac Gilbertus ipse, mortuae in odore sanctitatis, successive ibi factae fuerant magistrae. Anno 1217 verbum fit de monialibus in „Escolette“. Ex interitu totali archivorum non tantum suiipsius, sed etiam abbatiae matris nil scitur omnino de eius historia ad annum usque 1535. Saec. XVI, et saec. sequenti ineunte inveniuntur ibi sorores sub paternitate abbatum Novemfontium, quia priorissae erant ad nutum illorum. Non est tamen certum, an fuerint adhuc Ord. Praem. Priorissa Magdalena de Seymiers († 1603) erat professa parthenonis de Marcigny-les-Nonnains OSB³). Priorissa sequens nominata est adhuc ab abate Novemfontium⁴). Bona prioratus tunc erant distincta a parthenone, qui videtur esse suppressus initio saec. XVII. Bona eius data sunt hospitali de Gannat⁵), ecclesia in Aube-

²⁾ Arch. Dép. Puy-de-Dôme H 16, 12a

³⁾ MALVILLE 1. c. De quo monasterio vide COTTINEAU 1740.

⁴⁾ BSE Bourbonnais 1950 pp. 106, 108

⁵⁾ MORET 1. c.

terre mansit prioratus simplex, spectans ad abbatiam de Neuffontaines. Priores erant de gremio illius, tamen non residebant in loco. Capella romanica saec. XII superest, in horreum profanata. Inveniuntur in ea picturae murales saec. XIII/XIV.

Archivalia subsistunt nulla. — Cf. Arch. Dép. de l'Allier, Sér. Q distr. de Gannat.

Litteratura: HUGO I 737 — WAEFELGHEM 14 — BEAUNIER/BESSE V 124 — BOUDANT (v. Neuffontaines) 412 — CORNILLON (vide ibidem) I 152 — COTTINEAU 189 — DHGE V 244 — *Gall. Chr. vetus* III 322 — MORET cf. ind. — M. GENERMONT, in: *BSE Bourbonnais* 1927, p. 375 — G. MALVIELLE, *Le Prieuré d'Aubeterre, ses prieures et prieurs* (Ibidem 1951, pp. 111/17) — Ph. TIERSONNIER, *La chapelle de l'ancien prieuré d'Aubeterre* (ibidem 1902, pp. 80/82) — J. VIPLE, *Notes sur Aubeterre*, (ibidem 1927 pp. 344/56)

B E L L E V A U X B. M. V. et St. Paulus⁶⁾

Bella Vallis, de Bellis Vallibus, Bellae Valles, eccl. Bellevallensis.

Bele-, Belle-, Bel-, Bellavaux, -Vox, -vaux, -vault, -vaulx, -veau, -veaux. (Vitetur confusio cum Belval Circ. Lotharingiae, et cum variis aliis coenobiis huius nominis (v. COTTINEAU).

Com. Limanton, versus aquilonem istius vici, in valle solitaria, cant. Chatillon-en-Bâzois, dép. Nièvre, dioc. Nevers.

Abbatia fundata, secundum Hugo, anno 1152 in loco qui antea vocabatur Gaudiacus (Jouet), a Gulielmo III comite de Nevers, filia Novemfontium. Secundum D. Martène, fundata est anno 1188 a Rocelino de Marmagne et uxore sua Damerone, qui ambo ibi intraverunt. Confirmatur partim haec sententia ab Obituario Floreffiensi⁷⁾. Concludi inde potest, Bellamvallem initio fuisse monasterium duplex, quod anno demum 1188 fuisse ortum vix credi potest. Duas proponimus solutiones problematis: Aut Bellavallis fundata est circa annum 1150 a dicto comite Nivernensi, cum asceterio adiuncto, sed pro alio forsitan ordine (OSA?), vel insufficenter dotata, et Rocelinus an. 1188 monasterium languens de novo fundavit, dotationem auxit, aggregationemque ad Ordinem Praem. impetravit; aut Bellavallis numquam fuit monasterium duplex, et Damerone — alias Damerone — intravit in quodlibet aliud asceterium alias ordinis, vel in asceterium quoddam Bellaevalli subditum,

⁶⁾ An. 1193 vocatur: Sti. Pauli Bellaevallensis (Arch. Dép. Nièvre 52 H 1). Saec. XVI/XVIII generatim vocabatur: Nostre Dame de Bellevaux.

⁷⁾ BARBIER (vide supra vol. II 376) p. 50: „Commemoratio Dameronis priorisse et fundatrixis Bellavallis“.

satis distans ab ea ut Albaterra a Novemfontibus, brevi tempore tantum existens, et propter interitum archivorum nobis hodie penitus latens. Cui sententiae favent archiva subsistentia, in quibus Bellavallis anno 1193 designatur ut ecclesia pauper, et ubi verbum fit tantum de „fratribus ibi servientibus“⁸⁾. Ecclesia incorporata: Crécy-sur-Canne (1223), patronatus: Château-Chinon (1317). Saec. XIV igne combustum est monasterium, qua occasione bibliotheca et pars archivi perierunt⁹⁾. A Calvinistis funditus eversum est anno 1562. Misere abhinc elanguit. Circa annum 1598 facta est sub commenda. Primitus pertinuerat ad Circ. Franciae, ab anno 1622 spectabat ad Circ. Campaniae. In secundo dimidio saec. XVII aedificia sunt reconstructa. Reditus an. 1766: 3578 Libr., redditus puri an. 1790: 2565. Status personalis: 1548: 4DD, 1583: 2, item 1618, 1710: 5, 1708: 4, 1790: 3. Commissio Regularium an. 1768 eam destinavit ad suppressionem, quod decretum tamen non est exsecuta. Anno 1790 suppressa est. Aedificia subsistunt integra, tamquam praedium. Ecclesia modica saec. XIII, nunc in horreum depravata, ecclesiae Loci Dei in Génétouze est simillima¹⁰⁾. Medio saec. XIX adhuc erat altior, habuit magnam fenestram gothicam in fronte occidentali et parvam turrem in choro¹¹⁾. In monasterio immo conservata est bibliotheca cum armariis vacuis.

Archivalia: Arch. Dép. de la Nièvre, Nevers: 52 H 1/2 (15 documenta an 1193/1759) et manuale reddituum an. 1538 — Ibid. Coll. H. de Flamare I 103, II 131 — Arch. Dép. Clermont-Ferrand 16 H, fasc. 17^b, 4³; et fasc. 18^c, 7¹¹ (documenta saec. XVII) — Arch. Nat. Paris L 998/1000, S 3303⁵/3303¹⁰ — Soc. Nivernaise des Lettres, Sciences et Arts, Nevers, Coll. Soultrait nr. 70/201 (copiae doc. 1193/1782).

Fontes et Litteratura: HUGO I 267 — WAEFELGHEM 28 — AUVRAY 2820 — BEAUNIER/BESSE VI 113 — *Cat. Fact.* III 106, V 201 — CHEVALIER 361 — COTTINEAU 334 — DARAS 45 — DHGE VII 878 — DUPRE *Ann. Brev.* 13 — *Form. Pr.* nr. 59, 60, 112 — *Gall. Chr.* XII 683 — GOOVAERTS IV 75 — LECESTRE 45 — LONGNON *Pouillés* IV 505, 532 — MARTENE/DURAND *Uoy. Litt.* I 52 — *Rev. Mabillon* III 132 — J. G. BULLIOT, *Essai historique sur l'Abbaye de St. Martin d'Autun*, A. 1849, II 338 — C. CACHET, *Etat du personnel des... congrégations religieuses... dans... la Nièvre* (BSNivernaise 1920, p. 32) — IDEM, *Quelques abbés de Bellevaux* (ibidem 1923, pp. 90/91, 101) — J. CHARRIER, *Histoire religieuse du dép. de la Nièvre pendant la Révolution*, Paris 1926, I 78, 270 — V. MOREAU, *Moulins*

⁸⁾ Arch. Dép. Nièvre 1. c.

⁹⁾ Form. Pr. nr. 60

¹⁰⁾ Vide supra p. 24

¹¹⁾ *Imago abbatiae ca. an. 1840 apud MOREILLET/BARAT 1. c.*

Engilbert, Nevers 1904, p. 126 — M. MORELLET/BARAT, *Le Nivernois. Album historique et pittoresque*. Nevers 1840, II 213 — C. de SOULTRAIT, *Répertoire archéologique du département de la Nièvre*, Paris 1875, p. 10 — IDEM, *Armorial du Nivernais*, Nevers 1879, p. 72 pl. V.

Series abbatum (nisi aliter notetur sec. Gall. Christ.,
emendata et aucta ex Arch. Dép. de la Nièvre)

V 1188	Blasius de Lanlu 1481/90
Odo 1209 ¹²⁾	Petrus de Fontenay —1499
Joannes 1222	Petrus de Bourges 1499
Reginaldus 1253 ¹³⁾	Jacobus de Champdiou 1501/18 ¹⁴⁾
Michael 1255	Franciscus de Fontenay 1520/50
Guerricus 1256/61 ¹⁴⁾	Gulielmus de Maraffin 1550/52 ¹⁵⁾
Gulielmus 1262	Joannes de Maraffin 1552/60 ²⁰⁾
Godefridus 1269	Helinus de Lamoignon 1564/78 ²¹⁾
Guido 1287	Franciscus Griveaul OSB 1581 ²²⁾
Joannes 1311 ¹⁵⁾	Carolus de Moret 1583/89 ²³⁾
Edmundus 1320	Nicolaus Bouillet 1591/96
Haymo 1331	Joannes Mariotte 1599—1607 ²⁴⁾
Gulielmus 1372 ¹⁶⁾	Blasius Cornu de Tournon 1611—29
Petrus 1390/1406	Gabriel Mignot 1648/80
Robertus Erard 1418/38 ¹⁷⁾	Michael C. R. de Bussy-Rabutin 1693—1736
Joannes de Lanlu 1440/70	N. de Sollières 1737—56
	Joannes Bapt. de Chaffois 1756—90

¹²⁾ Coll. H. de Flamare (Arch. Dép. Nièvre) I 105

¹³⁾ CACHET 90

¹⁴⁾ Idem auctor p. 101 probat Guerricum, quem series Galliae Christ. erronee facit abbatem secundum, hic esse ponendum.

¹⁵⁾ Arch. Dép. Nièvre 52 H 1.

¹⁶⁾ CACHET 90

¹⁷⁾ sive Herard (HUGO: Girard). Anno 1453 occurrit tamquam prior (Arch. Dép. Nièvre 1. c.) — Gall. Chr. habet Petrum de Fontenay commendatarium in successorem, eius, pro annis 1440/42, quem vero nec HUGO adducit, nec CACHET. Videtur esse confusio cum abate eiusdem nominis, qui obiit an. 1499.

¹⁸⁾ Coll. Soultrait, Limanton

¹⁹⁾ CACHET 90

²⁰⁾ Coll. de Flamare I 106

²¹⁾ Arch. Dép. Nièvre 52 H 2, f. 238

²²⁾ Coll. Soultrait, Limanton; et CACHET 90

²³⁾ Coll. de Flamare 1. c.

²⁴⁾ Ibid. I 107, Coll. Soultrait 1. c.

C L E R M O N T St. Andreas

Sti. Andreae in suburbio Claromontensi, -prope et extra muros civitatis Claromontanae — Sainct Andrey les Clermont, -Andrieu-, -Clairmont.

Juxta, nunc intra civitatem Clermont-Ferrand, sede episcopali, dép. Puy-de-Dôme.

Abbatia insignis, primaria in circaria. Juxta antiquam ecclesiam, saec. VI Sto. Andreae dedicatam, Petrus de Chamalières praepositus ecclesiae Cathedralis Claromontanae²⁵⁾ circa annum 1169 instituit Praemonstratenses ex abbatia Novemfontium. Instrumentum fundationis anni 1149, communiter traditum, certe est falsum²⁶⁾, et Gulielmus VII comes de Clermont, quem canonia semper vindivacit fundatorem, fuit auctor dotationis et benefactor tantum. Anno 1174, in confirmatione pontificia, prima vice authentice occurrit monasterium, et quidem tamquam prioratus. Anno 1181 memoratur primus abbas. Prioratus habuit in Sayat, Montéléon, et Pont-du-Breuil; ecclesias incorporatas: St. Bonnet-près-Orcival, Merdogne (1201), Clermont Ste. Catherine²⁷⁾, Jussat 1588, Saulzet-le-Froid, Villars. Curiae (praeter Sayat): La Védrine, Merdogne (hodie Gergovie). Abbatia possedit etiam multas „capellianas“ seu „vicarias“, altaribus ecclesiae abbatialis et aliarum ecclesiarum adnexas²⁸⁾, propriisque redditibus provisas, quae committi solebant canonicis eius. Saec. XV/XVI, munera sacristae et infirmarii fuerunt propriae fundationes cum praebendis, more collegiatarum, quibus beneficiis sollemniter abbas providit canonicos suos. Abbatia Sti. Andreae, quorum praelati non erant infulati, erat necropolis Delphinorum Arverniae. Ab anno 1374 mensae iam fuerant separatae. Reditus annui: 7000 Libr. Ab anno 1485 habuit abbates commendatarios, et quidem pessimos, qui iterumque movebant lites et processus contra conventum²⁹⁾. Abbatia, quae primitus pertinuerat ad Circ. Normanniae, ab an. 1622 spectabat

²⁵⁾ In obituario canoniae, die 16a januarii, vocatur fundator (TARDIEU 357)

²⁶⁾ Fundatio hoc anno, et a fundatore tam gloriose, postea a canoniciis est facta, ut primatum in circaria sibi possent vindicare, prae canonica Novemfontium tenui et paupercula. Si abbatia Sti. Andreae an. 1149 esset orta, illa non potuissest eius esse genitrix. Insuper Stus. Andreas, ut illa, probabiliter habuisset parthenon adiunctum. Atqui de monialibus in archivis tam amplis nullum invenitur vestigium.

²⁷⁾ Erat „in sacristia monasterii, officium claustrale“.

²⁸⁾ Quas vicarias enumerat HUGO 1. c.

²⁹⁾ Primus abbas commendatarius contractu se obstrinxit alere 11 canonicos et 6 novitios.

ad Circ. Campaniae. Anno 1668, aedes fuerunt in statu pessimo, religiosi aderant pauci. 1615: 11 DD, 3 nov; 1766: 10 DD residentes, 1 novitius, 1 conversus, 7 DD ad extra, 1790: 8 rel. residentes, qui omnes jura verunt in actu suppressionis. Ecclesia destruitur anno 1793, monasterium mox factum est orphanotrophium a FF. Doctrinae Christianae directum. Per leges separationis an. 1904 saecularizatum est. Superest magna pars aedium saec. XVIII, cum refectorio, quae continent duas scholas laicales.

Archivalia supersunt uberrima in Arch. Dép. du Puy-de-dôme, Clermont-Ferrand. H 16, nondum ordinatum. 90 fasciculi continent 2093 diplomata et 2 cartularia, et 2000 alia documenta. H 16, 12d continet epistolas abbatum Gerallum, acta visitationis, deliberationes capitulares, libros professionum; 10c: *Histoire de l'Abbaye*. Ibidem C 31, 1919, 2172, 2671, 3156, 3355, 4980, 5030, 5080, 7082, 7281, 7287, 4C 474. — BMun Clermont-Ferrand: MS 673 f. 43/49; 672 f. 22 — BMun Nancy 992/I 152/79 — Obituarium originale non amplius invenitur.

Fontes et Litteratura: HUGO I 157/64, pr. 144/60 — WAEFEL-GHEM 218 — BEAUNIER/BESSE V 109 — Cat. Fact. V 198, 342b — Cat. MSSBDép. XIV 177/78 — CHAIX 293, 354, 506 — CHEVALIER 2664 — COTTINEAU 807, 1823, 1961 — DARAS 55 — DARSY *Clergé* 223/24 — DOUET D'ARCQ ISAN 8649 — Gall. Chr. *vetus* IV 45/46, N II 710/14 — GOOVAERTS I 503, 609, II 192, IV 30, 109, 324, 327 — JAFFE 12379, 16269 — LECESTRE 45 — Lettr. com. Jean XXII cf. ind. — Lettr. com. Urbain V 1237 — MOLINIER nr. 471 — Rec. *Actes Clergé* IV 265, 1139, 1180 — Reg. Benoit XII cf. ind. — STEIN 981/82 — Du TEMS III 199/201 — WIEDERHOLD VI 3 — P. AUDIGIER, *Projet de l'histoire de l'Auvergne*, Clermont 1894, cf. ind. 552 — E. BALUZE, *Histoire généalogique de la maison d'Auvergne*, Paris 1708, II 61, 62, 259, 264, 272 et passim — Ph. de BOSREDON, *Sigillographie de l'ancienne Auvergne*, Brive 1895, nr. 1389/92 — G. FOURNIER, *La création de la grange de Gergovie par les Prémontrés de St. André et sa transformation en seigneurie (XII/XI^e siècle)* in: *Moyen Age* 1950, nr. 3/4, pp. 307/55. Recens. in *Anal. Praem.* 1951, 65 — LABBE, *Excerpta ex calendario monasterii Sti. Andreæ (Bibliotheca MSS. Nova, 1657, II 761/63)* — F. POEY D'AVANT, *Monnaies féodales de la France*, Paris 1858, I 347 — P. SAVARON/P. DURAND, *Les origines de la ville de Clermont*, Paris 1662, pp. 36, 113, 114 — A. TARDIEU, *Histoire de la ville de Clermont Ferrand*, Moulins 1870, 357/67 (cum imagine abbatae an. 1450) — IDEM *Grand dictionnaire historique du Puy-de-Dôme*, Moulins 1877, 135/36 — BSHAuvergne 1882, pp. 21/23; 1883 p. 24.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. Gallia Chr. emendata et aucta sec. Arch. Dép. Puy-de-Dôme)

Gualterus prior 1174

Durandus 1185-ca. 96 res.

Rogerus abbas 1181

Joannes 1196

Thomas	1200/03	Geraldus Jaumar	1360/71 ³³⁾
Joannes	1204/08	Stephanus Rauzier	1374/1406
Thomas	1214	Gulielmus Simon †	1409
R . . .	1216 ³⁰⁾	Stephanus d'Issarteaux	1415/37
Gulielmus	1240	Beraldus de la Volpillière	
Petrus	1242	1440/51	
Arnoldus du Bois	1225 ³¹⁾	Joannes de la Volpillière	
Gulielmus Bompar	1243, res.	1455—85 res.	
Petrus	1255 ³⁰⁾	Gulielmus de la Volpillière	1487-1529
Gulielmus d'Ussende	1256/59	Claudius du Prat	1529—33
Petrus de Chamalières	1259—65	Cardin. Philippus de la Chambre	
Geraldus	1266/67 ³⁰⁾	1533—50	
Petrus Teyssier	1273/78	Cardin. Tiberius Crispus I	
Gulielmus de Besse	1278—96	1550/53 res. ³⁴⁾	
Stephanus	1296	Tiberius Crispus II	1557
Bertrandus de Plauzat	† 1300 ³⁰⁾	Cardin. Prosper de la Ste. Croix	
Geraldus d'Ussende	1300—04 forte antea abb. in Neuffontaines	1563—82 res.	
Joannes	1304/05	Hieronymus Ravasquier	1582—85
Bertrandus de Murol	1305— ³²⁾	Stephanus de la Barge	1585—99
Astorgius Barat	1307/20	Carolus de Valois	1599
Jacobus de Serre	1320—53	Ludovicus de Valois	1607/22 ³⁵⁾
Matthaeus de Puyrainaud		Henricus Ardier	1624—64
1353—59 res.		Casparus de Toureil	1665—1712
Bompar (Bonus)	1359/60	Joannes Ant. de Neuenstein	1713/40 ³⁶⁾
		Joannes Bapt. de Scy-Montbeillard	
		1741—90	

³⁰⁾ HUGO nescit.

³¹⁾ TARDIEU 1. c. — In necrologio loci: + 24. X.

³²⁾ TARDIEU: an. 1254. HUGO confundit eum cum Bertrando de Plauzat ut supra.

³³⁾ HUGO: Matthaeus Saumar 1371.

³⁴⁾ Anno 1553 vocatur „Cardinalis Stae. Agathac“. Difficile est determinandum, quando avunculus desierit, neposque coeperit beneficium possidere.

³⁵⁾ TARDIEU habet: Annet de Chauffrut 1610, Ludov. de Valois 1618/22.

³⁶⁾ TARDIEU: N. de Scy-Montbeillard I 1726—40, et II (nepos eius) 1740—90. Quod est, secundum archiva, apertus error.

D O U E (B. M. V. et) St. Jacobus

Doa, Dua, Domus Douac — Doe, Doē, Douē (numquam Doué), Douhe, Dohē,
La Doue, Doe-en-Vellay.

Amoenissime situm super vallem Ligeris, in monte non longe a civitate Le
Puy versus orientem. Com. St. Germain-Laprade, Dép. Haute-Loire, dioc.
Le Puy.

Abbatia fundata versus annum 1138 a Raymundo et Gulielmo de
St. Quentin pro canoniciis OSA, juxta oratorium quoddam B. M. V. de-
dicatum. Initio monasterium duplex³⁷⁾. Petrus de Solignac, episcopus
Podiensis, hanc domum cessit Ord. Praem., frustrata annexione ad con-
gregationem Sti. Evurci Aurelianensis³⁸⁾. Filia Praemonstrati. Possedit
ecclesias sequentes: St. Germain-Laprade, Fugères, Borne, St. Julien
d'Ance, Pontempeyrat, Crussol. Refugium in Le Puy. Anno 1443 abbā-
tes infulantur. Abbas erat conservator privilegiorum Ecclesiae Cathe-
dralis Podiensis, arbiter natus inter episcopum et capitulum, et habuit
primum stallum in Ecclesia Cathedrali post quatuor dignitarios capituli.
Reditus anni 3697 Libr. Numerus religiosorum videtur numquam trans-
gressisse duodecim. An. 1566 et 1603: 4 DD et 1 nov., 1666 et 1712:
2 DD, 1719: 6 DD, 1766: 3 DD et 1 conversus residentes, et 5 DD ad
extra. Anno 1566 tantopere est devastatum a Calvinistis, et iterum an.
1589 a civibus Podii, ut exinde elanguerit. Annis 1590—1677 in com-
menda. Doa, quae saec. XIII spectaverat ad Normanniam, ab anno 1622
addicta erat Circ. Gasconiae. Anno 1770, a Capitulo Nationali Galliae
suppressa est canonia, ambaeque mensae unitae et episcopatui Podensi
attributae. Annis 1781/82 monasterium ab ipso Ordine est venditum et
dilapidatum. Nihilominus rex adhuc nominavit commendatarium an.
1787, post mortem ultimi abbatis regularis, virum piissimum, qui restau-
rationem canoniae aediumque illius collapsarum habuit in mente, nec
amplius tamen potuit exsequi. Superest pars ecclesiae romanicae, in
horreum depravata, cum choro, turri et transeptis. Exstat pariter magna
pars monasterii, quod nunc est praedium.

Archivalia: Maior pars periit. Arch. Dép. de la Haute Loire, Le Puy,
18 H 1/231. (nr. 46: Inventarium Archivorum an. 1788.) — Ardh. N. Paris G^o 510/12,
632, 4 (an. 1770/72) — Ardh. Paroisse de St. Germain-Laprade — Collection
Bertrand de Doue (apud Mme. Paul Buyon de la Tour, Doue) — BMun Nancy
992/VII, 3/8 ,139.

³⁷⁾ Obituarium Praem. 21. IX: Margareta soror Doe. Ceteroquin de asceterio in
Doe nihil scitur.

³⁸⁾ Ste. Euverte d'Orléans, v. supra vol. II 506.

Fontes et Litteratura: HUGO I 613 — WAEFELGHEM 77 — BEAUNIER/BESSE V 160 — COTTINEAU 994, 2709, 2749, 2791 — DARAS 58 — *Dict. Top. Haute Loire* 170 — *Gall. Chr.* N. II 769/73 — ISAD *Haute Loire*, Sér. G (1903), passim — LECESTRE 46 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — *Reg. Benoit XII* 212, 5381, 5684, 6991 — *Rev. Mabillon* III 131 — Du TEMS III 388 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — A. BOUDON, *Les municipalités du Puy pendant la période révolutionnaire 1791, Le Puy 1894*, I 56/57 — F. de la CONTERIE, *La restauration de l'Abbaye de Doue en 1625 (BHS Acdū Puy, XXXIII, 1953, 118)* — A. JACOTIN, *Preuves de la maison de Polignac*, 5 voll. Paris 1898/1906 cf. ind. — P. LE BLANC, *Journal de J. Baudois sur les Grands-Jours de Languedoc (AnSAcdū Puy, XXX, 1869)* — Ed. MARTENE/CHARVIN, *Histoire de la Congrégation de St. Maur 1612/1767*, La Rochelle 1928/43, II 39 — R. PONTVIANNE, *Recherches historiques sur l'Abbaye de Doue et sur les prieurés qui en dépendaient*, Le Puy 1900 I (vol. II. de parochiis. non prodiit) — Ch. ROCHER, *Pouillés du diocèse du Puy. L'Abbaye de Doue (Tablettes historiques du Velay IV, 520/21)* — A. de ST. AHOND, *L'ancienne abbaye de Doue, Surel 1900* — N. et F. THIOLLIER, *Architecture religieuse à l'époque romane dans l'ancien diocèse du Puy*, Le Puy 1900, 109/11.

S e r i e s a b b a t u m (PONTVIANNE)

Gaufridus 1184/1200	Joannes Francon 1361/75
Armandus Dussoyre 1215/33	Joannes Planchemine 1382/85
Bernardus d'Espaly 1233/40	Dalmatius Thouzet 1392/1422
Imbertus 1240—45	Joannes Chambon 1423/36
Jarenton de Glavenas 1245/55	Petrus Rodier 1440 dein abbas in Cuissy
Giraldus 1268/72	Robertus de Montanhac 1443/45
Gulielmus de Plauzat 1293/1306 ³⁹⁾	Matthaeus de Burianne 1445/81
Petrus Peytavin 1307	Joannes de Burianne I 1481—88
Petrus de la Garde 1312/18	Thomas Duron 1488—93
Petrus Perçamy 1319	Claudius de Burianne 1493—1529
Petrus Poitevin du Gard 1320/30 ⁴⁰⁾	Joannes de Burianne II 1529—60
Stephanus de Bodasel 1332	Christophorus Allard 1560—90
Stephanus Benoist 1334/35	Henricus Berald 1590
Joannes de St. Paul 1340/50	Joannes Dulac 1605
Petrus de la Roche 1351	Martinus Barry I 1609—24
Joannes de Lobeyrac 1351	Martinus Barry II 1630/42

³⁹⁾ An. 1308 occurrit apud PICOT 523.

⁴⁰⁾ Forte 4 Petri ab an. 1307 sunt una cademque persona.

N. Barry 16 . ./76 ^{40a)}	Petrus Emman. Fagnier de Neuville 1752—53
Henricus de Sénecterre 1676—77	Joannes Bapt. Opinel 1753—62 res. ⁴¹⁾
Silvester de Morgues de St. Germain 1679—1714. Abhinc abbates non iam residebant.	Martinus Gaudivally 1762
Robertus de Villers de la Berchère 1714—26	Bartholomaeus Mocquet 1762—70, † 1787
Petrus Franc. Iraih 1726—29	Joseph V. S. Bergonhon de Rachat-Desgranges 1787—90
Joannes Ludov. Genestet 1729—41	Inseri nequit:
Gustavus Ferdin. Krust 1741—52	Wibertus 12.. Ob. Praem. 9 VI.

NEUFFONTAINES (B. M. V. et) St. Gilbertus

Novemfontes, -tium; Sancti Ger-, Gir-, Gilberti in Arvernia — Neuffons, -fonts, Saint Gilbert en Auvergne.

Secus viam in com. St. Didier-en-Rollat, cant. Escurolles, dép. Allier, dioc. Clermont, nunc Moulins. Hodie vocatur Saint-Gilbert.

Abbatia fundata circa annum 1150 a Sancto Gilberto equite et toparcha loci, que dedit omnia sua ad fundandam hanc canoniam, una cum hospitali adnexo, a sororibus Ordinis forte administrato. Uxorem et filiam collocavit in asceterio Aubeterre iam existenti, et satis distanti, quod ad regulam Praemonstratensem conversum, abhinc suberat paternitati abbatum Novemfontium. Filia de Dilo, filiae eius fuerunt Bellavaux et Clermont St. André. Historia abbatiae, quae erat regia et possidens justitiam integrum, propter interitum archivorum vix est nota. Confirmationes pontificiae an. 1184 et 1188. Ecclesiae incorporatae: St. Didier-en-Billy, Monteignet, Neuglise; beneficia simplicia: Aubeterre, Luzeray, Moladier, Braville St. Abdun, Lezat⁴²⁾). Canonia erat

^{40a)} *Gallia Christ.*, et exinde omnes auctores habent unum abbatem huius nominis tantum: Martinum Barry 1613/76. Revera extitisse tres abbates huiusmodi, primus lucide exponit A. BOUDON-LASHERMES, *Les Vigueries carolingiennes vellaves*, Yssingeaux 1935, pp. 42/43.

⁴¹⁾ Vide *Anal. Praem.* X 162

⁴²⁾ *BSE Bourbonnais* 1950 p. 108

pauper, reditus annui mensae abbatialis an. 1683 erant 1500, conventualis 2400 Librarum. Saec. XIII pertinuerat ad Circ. Normanniae, ab an. 1622 ad Circ. Campaniae. Erat sub commenda iam a fine saec. XV. Status personalis 1615: 6 DD, 3 nov., 1768: 4 religiosi. Saec. XVI memoria sepulchri Sti. Gilberti fuerat perdita. Instigante J. Lepaige, procuratore Ordinis, anno 1615 denuo detecta sunt ossa illius sancti, qui semper in regione magno habebatur in honore. Anno 1790 suppressum est. Reliquiarium Sti. Gilberti, magnam partem continens ossium, an. 1791 ablatum in St. Didier, non iam invenitur⁴³⁾). Ecclesia abbatialis destruta est an. 1845/50, superest modica domus abbatis et monasterium integrum ut fuerat an. 1790, continens capitulum et calefactorium saec. XIII/XIV.⁴⁴⁾.

Archivalia: perierunt fere omnia. Arch. Dép. de l'Allier, Yzeure: H 0927 (1 fasc. cum 16 documentis). Ibidem D 49; E 148, 258, 315 (cf. ISAD *Allier* D et E, index) G 137¹. Sér. Q distr. de Gannat 54, 55, 63, 276 — Arch. Dép. Clermont Ferrand C 7350, 7403; G Insin. Episc. Reg. 33 f. 2; 37 f. 147; 46 f. 44; 49 f. 21; 101 f. 62; 106 f. 136, 201; 114 f. 230 — BMun Clermont-Ferrand MS 673 f. 59/61 — BMun Laon MS 538 p. 701.

Fontes et Litteratura: LEPAIGE 482, 1042/46 — HUGO I 743, pr. 598 — WAEFELGHEM 226 — AASS Junii I 762/66 (*Vita S. Gilberti*) — BEAUNIER/BESSE V 110 — CHAIX 344, 360/63 — COTTINEAU 1872, 2057 — Form. Pr. nr. 21 — *Gallia Chr.* II 414/15 — JAFFE 16 268 — LECESTRE 45 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — MIGNE t. 204, c. 1355/57 — MORET I 653/56 — PICOT 76, 523 — POTTHAST 2270, 24 165 — PREVOST RBC 185 — Reg. Bonif. VIII 522 — Reg. Clemens U 9470 — Reg. Leon X 6394, 12 907 — Du TEMS III 202 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — VERNIERE 64 — G. BOUDANT, *Abbaye de Neuffontaines* (BSEBourbonnais VI, 1856/58, 400/39; t. à p. Moulins 1858) — J. BRANCHE, *La Vie des Saints d'Auvergne et du Velay* (2a ed. proc. MARMAISSE, 2 voll. Clermont 1858) I 185/87 — J. CORNILLON, *Vente des biens nationaux dans l'Allier*, Moulins 1911/13, I 160, 169, 176 — L. COTE, *Un chevalier qui se fit moine: Saint Gilbert, abbé de Neuffontaines*, Moulins 1952 — M. GENERMONT, *Notes sur Saint Gilbert*, (BSEBourbonnais 1927 pp. 369/73) — M. HUILLARD/BREHOLLES, *Archives Nationales. Titres de la Maison Ducale de Bourbon*, 2 voll. et table, Paris 1867/82, nr. 368, 2768A, 6140 — G. MALVIELLE, *Quelques prieurs claustraux*

⁴³⁾ Vide art. MALVIELLE. Nuper (1945/46) denuo factae sunt excavationes in loco ecclesiae abbatialis deletae, ad invenienda ossa Sti. Gilberti, sed frustra.

⁴⁴⁾ Ala opposita, pariter subsistens, forte quondam fuerat hospitium vel xenodochium. Reliqua pars monasterii videtur fuisse destructum iam ante an. 1790. Confer quod diximus supra vol. II 446/47.

de St. Gilbert, et prieurs-curés de St. Didier (BSEBourbonnais 1951 86/90) — IDEM, *Les sépultures de St. Gilbert et ses reliques* (Ibidem 1952 182/88) — IDEM, *Les abbés de St. Gilbert de Neuffonts* (ibid. 1950 104/10) — J. VIPLE, *Notes sur Neuffonts*, (ibid. 1927 344/56) — De Sancto Gilberto cf. etiam Chronicon Roberti Altissiodor., vide supra II 476.

Series abbatum (Si non aliter notetur, sec. Gallia Chr., aucta et emendata secundum MALVIELLE)

Gilbertus prior 1150/52	Petrus Goynon 1464 ⁴⁹)
Godefridus prior res. 1158	Gulielmus de St. Avit 1489/99
Petrus abbas 1159	Franciscus de St. Avit 1536
Joannes 1188	Gilbertus Bayard 1552, res. 1566
Stephanus ca. 1200	Blasius Lappelain 1566/79
B... 1213/33	Blasius Colin 1590
Pontius 1253	Thomas d'Apchon 1603/15 ⁵⁰)
Arnulphus 1259 ⁴⁵)	(Ignotus) † 1634
Geraldus de Ussende 1280 ⁴⁶)	Claudius de Prevost 1635—43 res.
forte postea abb. Sti. Andreae	Jacobus du Croc 1643 — ca. 1678
Petrus de Montmond 1281/86 ⁴⁶)	Ludovicus Archon 1678—1717
Stephanus 1286/95 ⁴⁶)	Franciseus Roussel de Tilly
Hugo de Merdogne 1305/24 ⁴⁷)	1717—32 res.
Joannes de Ruzella 1325/29	Carolus de l'Isle du Gast
Gulielmus 1350	1732—39
Joannes Boirolle 1380/1400	Petrus de Marsan 1739—71
Joannes Chaput 1400/24	Antonius Car. de Beaupoil de
Humbertus de Chareil 1441/46	St. Aulaire 1771—82 res.
Imbertus 1461 ⁴⁸)	Carolus Henr. de Rosière de Soran
	1782—90

⁴⁵) HUILLARD/BREHOLLES 368

⁴⁶) Reg. Boniface VIII 522

⁴⁷) Reg. Clement V 9470, PICOT 523

⁴⁸) HUILLARD/BREHOLLES 6140. Forte est idem ac praecedens.

⁴⁹) Arch. Dép. Allier 1. c.

⁵⁰) Anno 1615, ad beneficium quoddam pinguius adipiscendum, transit ad Ord. Sti. Benedicti, et fuit exinde commendatarius. Anno 1644 adhuc erat in vivis (MALVIELLE Les abbés 1. c.)

CIRCARIA GASCONIAE

Pariter ac Flandria, Floreffia et Burgundia, et haec quoque circaria erat in cervice duarum nationum, necnon regnorum. Se extendit in meridiem regni Galliae, et in partes Hispaniae, scilicet in Navarram et Catalonia. Abbatiae Lahonce, et Urdax, sicut et prioratus Behaune erant linguae basconicae¹). Sed quoad reliquias canonias, discrepantia haud erat tanta medio aeo quam hodie, utebantur nempe nec lingua gallica, nec hispanica, sed idiomatibus quibusdam intermediis, inter se simillimis, quae nunc vulgo vocantur „catalán“, „béarnais“, „gascon“ et „provençal“. Circaria se extendit in multas dioeceses: Bayonne, Couserans, Oloron, Auch, Aire, Dax, St. Pons, Marseille, Bordeaux, Toulouse, Agen, Urgel, Tortosa et Vich. Usque ad saeculum XVI, nexus inter canonias in utroque latere Pyrenaeorum sitas erat arctus. Multoties invenimus abbates ex Navarra vel ex Catalonia ortos in monasteriis gallicis, vel viceversa. Quinque canoniae et abbatiae sui juris ante saeculum XVI aut interierunt, aut ordinem dereliquerunt, aut in statum beneficii simplicis sunt redactae: Behaune, Huveaune, Mur, Vallclara et Fondarella. Parthenon Rupellensis, de quo supra, ad tempus ad Circ. Gasconiae videtur pertinuisse, dum Plana Silva forte Normanniae Boreali postremo dedit nomen. Ultra Pyrenaeos, solae Bellpuig et Urdax initio saec. XVI fuerunt superstites in parte, tunc iam ad regnum Hispaniae spectante. Urdax mox transiit ad Circariam Hispaniae. Bellipodium an. 1573 hoc exemplum sequi noluit. Quo anno Joannes de Serido, grangarius de Vic-Fezensac, visitavit nomine Abbatis Generalis omnes filias Casaedei in Hispania sitas²). Anno 1641, potentibus religiosis, abbas Castellae visitavit Bellipodium³), quod postea tandem, etsi coacte et recalitrans, Congregationi Hispaniae se adiunxit. Anno tamen 1687 abbas eius iterum petiti confirmationem ad vitam ab abbate Praemonstratensi. An. 1715 rex Hispaniae tentamina huiusmodi inhibuit, proclamans abbatias sui

¹⁾ Vasconia sive Basconia esset nomen exactum huius regionis, ideo et circariae. Tamen in omnibus catalogis, sicut in omni documento Ordinis, occurrit forma nominis minus accurata: „Gasconia“, quam ergo et nos censemus esse retinendam.

²⁾ Arch. dép. Gers H 5,55

³⁾ Ibid. 56

regni nullam habere partem cum Gallia. Reditu igitur ad unionem circariae et Ordinis ita frustrato, Bellipodium declaravit se ab Ordine et a Congregatione esse exemptum an. 1734, soli Stae. Sedi subditum. Saeculis XVII/XVIII, suppressa Circaria Arverniae, Doue adscripta est Gasconiae.

Propter distantiam, Capitulum Generale decrevit an. 1322, quod abbaties huius circariae omni tantum triennio Praemonstratum deberent adire, et quidem alternatim: quod primo anno contigit abbatibus Casaedei, Castellae, Bellipodii et Urdacii; secundo Deivillae, Arthous et Lahonce, tertio Combalongae. Capellae, Fontiscalidi et Planaesilvae⁴⁾. Miramur abbatiam Ybelniae in hoc elenco desiderari. In nullo praeterea catalogo haec domus circariae nostrae est adscripta, sed semper separatim, quasi ad nullam pertineret. Tamen est probabile, ut iam facit annalista Hugo, et Capitulum Generale postremo hanc domum adnumerasse Circ. Gasconiae, ut decuit propter illius situm et filiationem.

Gasconia, cum esset sita ante portas Hispaniae, quo medio aevo maximus erat affluxus fidelium Stum. Jacobum Compostellae petentium, consita erat xenodochiis ad recipiendos peregrinos. Omnia fere commissa fuerunt religiosis, et quidem haud pauca Ordini nostro. Omnis abbatia possedit unum vel complura eorum, immo duo coenobia circariae exorta sunt ex eis: Behaune et Urdax, forte etiam Pleineselve. Ecclesiae abbatiis incorporatae, in Gasconia vocabantur „grangiae“, canonici ea administrantes vero „grangarii“. Quae vox, restricta ad Praemonstratenses⁵⁾ probat ortum earum ex curiis. In nulla circaria Galliae erant abbatiæ tot prioratibus ditatae quot in Gasconia. Plures eorum, praesertim xenodochia, certe primitus fuerant domus formatae. Circaria possedit tres prioratus, qui erant tanti momenti, ut abbatiis fere aequiparentur: Lannes, Vic-Fezensac et Sarrrance⁶⁾. Una abbatia, Urdax scilicet, exercuit jura quasi episcopalia in parochias suas: quae vero concessa sunt post transitum eius ad Circariam Hispaniae, in quo regno talia privilegia facilius quam alibi abbatiis sunt data.

Monialium vestigia invenimus in Bellpuig, Behaune, Casedieu et in Pleineselve. De sorte earum nihil fere scimus, circa omnia fere redacti ad coniecturas. Casadei videtur sorores suas tradidisse Ordini Cisterciensi. Probabile est, etiam alias canonias initio habuisse parthenones adiunctos,

⁴⁾ CARESMAR Anales 345, Arch. dép. Gers l. c.

⁵⁾ BMun Auch MS 72, f. 88b — Qui mos non viguit in Hispania, nec in parte orientali circariae (Fontcaude).

⁶⁾ Vic-Fezensac ad tempus erat sui juris. Alii duo, ad instar abbatiarum, adhuc an. 1700 tallias solverunt Ordini. In Hispania prioratus, etsi fuerint simplices, facile vocabantur „monasteria“ (vide infra apud St. Ana de Arros).

praesertim Vallclara, La Capelle, La Castelle, Combelongue; forte etiam Urdax. Certum videtur, circariam hanc decreta de suppressione monasteriorum duplicitum fuisse exsecutam statim, et quidem satis rigorose.

Praeter Bernardum de Foncaude, et aliquos scriptores illustres saeculi XVIII in Bellipodio nullos novimus in hac circaria viros studiis praeclaros. Cuius causa, absque dubio partim est sequens: abbatiae Gasconiae bellis et aerumnis omnimodis terribilia perpessae sunt nimis. In bello sic dicto „centum annorum“, inter Gallos et Anglos saevienti, Gasconiae Circaria plus caeteris saec. XIV et XV est devastata. Iam tunc Planasilva percussa est ad mortem, et Cumbalonga ad languorem. Saec. XVI, inter annos 1560 et 75, favente regina Navarrai, Calvinistae dominaverunt his provinciis. Rabie vere immani saevierunt in monasteria, quae concremaverunt cuncta, una cum archivis et bibliothecis. Necaverunt permultos religiosos, immo communitates integras. Quare nullam habemus documentationem circa fundationem et historiam primaevam abbatiarum Pleineselve, Lahonce, Combelongue, La Castelle, Arthous et Diville, et nonnisi parcam de reliquis⁷⁾. Archivum integrum abbatiae Urdacensis anno 1793 a Gallis est combustum.

Quibus cladibus antecesserant aliae aerumnae, relaxationi et corruptioni praeparantes viam: in Gallia enim meridionali, fiscalismus curialis ex Avenione, praesertim tempore antipaparum se diffudit plus quam alibi. Canonici etiam regulares, non exclusis Praemonstratensibus, vivebant circa multa ad instar saecularium. In variis abbatiis nostris⁸⁾ omnia officia ecclesiastica et claustralicia, ut sacristia, vestiarium, immo lampas ecclesiae, gaudebant propriis proventibus et facta sunt beneficia, a religiosis paupertatem nescientibus aucta piis fundationibus; quibus accedit multitudo haud minus ditata capellarum et altarium intra et circa ecclesias abbatiales. Canonici provideri solebant ab abbatе hisce beneficiis. Praeterea, Curia Pontificia Avenionensis mox suppressit ius liberae electionis, et a saeculo sequenti, coepit imponere abbatiis superiores saepe Ordini alienos, qui vix umquam residentes, bona illarum devoraverunt. Religiosi tamen, hanc „reservationem nominationis“ diu ignorantes ac spernentes, perrexerunt abbates suos eligere canonice. Inde irae, anathemata et depositiones. Inve-

7) Archiva Casaedei et Bellipodii, nunc quoad maiorem partem pariter amissa, feliciter antea fuerant excerpta ab historiae consultis, quorum annotationes nobis sunt tradita.

8) Quod nobis est notum ex archivis duarum abbatiarum spectabilium: Clermont St. André (v. supra p. 146) et La Casedieu (Arch. dép. Gers H 5). Aliarum abbatiarum archiva plerumque perierunt, ideo parum probari potest hac de re. Sed est probabile, dictos abusus, quos reformatio saec. XVII est abolita, viguisse saltem in ditioribus ex illis.

nimus igitur haud raro duo abbates simul, alterum non residentem, a Curia nominatum, alterum residentem et canonice electum. Systema non minus nefastum commenda regiae, inde ab anno 1516, res vertit in peius. Quibus omnibus intellectis, nullo modo miramur, Circariam Gasconiae, quondam florentissimam, initio saeculi XVII fuisse versatam in statu tam lamentabili, ut regenerationis eius vix remanserit spes⁹).

Anno 1623, abbas Generalis Gosset introduxit reformationem quandam. „Antiquus Rigor“ Lairuelii numquam penetravit Gasconiam. Abbatia Sti. Joannis de Castella, dives et spectabilis, quae saec. XVI Ordini dederat maximum suum patrem J. Despruets, altis pensionibus potuit servare suam regularitatem, et paulatim denuo effloruit. Ambae abbatiae in Hispaniae sitae optime floruerunt usque ad suppressiones an. 1809/39, sed in Gallia maior pars canoniarum elanguit usque in finem (an. 1790), paucis tantum religiosis in iis habitantibus¹⁰).

Aedificia relative multa subsistunt in hac circaria. Ecclesiae plurium abbatiarum ab ovo videntur fuisse parvae, ut Bellpuig, Mur, Lahonce et Vic-Fezensac, aliae destructione saec. XIV/XVI mutilatae, partim tantum sunt dein reconstructae: Foncaude, Combelongue, Pleineselve. Praeter has ecclesias subsistunt templa in Urdax, Sarrance, Lannes, et omnium pulcherrimum: Arthous. Rudera inveniuntur in Divielle. Aedes claustrales plus minusve supersunt in Arthous, Behaume, Bellpuig, La Castelle, Lahonce, Lannes, Mur, Sarrance et Urdax; ruinae vel pauca rudera in Divielle, Combelongue, Fontcaude. Ecclesiae, praeter Sarrance et Urdax, sunt saec. XII/XIII. — In regionem huius circariae ordo revertit, fundans anno 1858 abbatiam in Frigolet prope Tarascon.

VISITATORES ET VICARI I GENERALES
CIRCARIAE GASCONIAE (ACG Laon, Arch. Dép. Foix,

H 77 Toulouse et Auch H 5)

Abbas Deivillae 1428	Abb. Casaedei 1503/14
Abb. Casaedei 1499	Abb. Generalis 1515/18
Abb. Generalis 1500	Abb. Chambrefontaine 1519

⁹) Relatio status circariae saec. XVII in ACG Laon MS 538 II pp. 631 sq.

¹⁰) Confer praefationes nostras „De Gallia in genere“ (supra II 441 sq.), et infra apud Circariam Hispaniae. — Apud abbates triennales Bellipodi et Urdacii non indicavimus, ut secus de more, cui abbatiae forte praefuerint ante vel postea. Systema Congregationis Hispanicae enim secum tulit, ut abbates triennales in decursu vitae suae in omnibus 18 canonii aliqua triennia persolverint. Indicatio minuta omnium abbatiatuum materiam nostram hic nimis augeret, nec posset esse completa.

Abb. Casaedei 1520/26	Abb. de Castella 1681
Abb. de Joyenval 1527	Abb. Casaedei 1685
Abb. Insulae Dei 1530	Abb. Castellae 1690/98
Abb. Generalis 1532	idem 1716/17
Abb. La Castelle 1534	Joh. Petrus Dumoret, Prior
Abb. de St. Just 1535/38	Capellae 1732/33
Abb. Lieu-Restauré 1538	Abbas Castellae 1756
Abb. Lucernae 1619/22	Joseph Gaspar, Prior Casaedei
Abb. de Castella 1634/63	1762/90
Abb. Casaedei 1676	

FONTES ET LITTERATURA

in elendis supra adductis (II 452/62, et III 7/12) omissae. Vide infra apud Circ. Hispaniae: Espasa, Madoz, Muñoz, Zak.

V. DUBARRAT, *Le Missel de Bayonne de 1543. Introduction*, Pau 1901.

J. E. DUFOURCET, *Les Landes et les Landais. Histoire et Archéologie*. Dax 1892.

P. de MARCA, *Histoire de Béarn*, nova ed. publ. A. DUBARRAT, 2 voll. Pau 1894/1912.

R. VEILLET, *Recherches sur la Ville et sur l'église de Bayonne*, nova ed. publ. A. DUBARRAT / J. B. DARANATZ, 3 voll. Bayonne/ Pau 1924.

BCECat *Butlletí del Centre Excursionista de Catalunya*, Barcelona.

BSEBBayonne *Bulletin de la Société de Sciences, Lettres, d'Arts et d'Etudes régionales de Bayonne*.

FONTES NON DUM PUBLICATI

Anales	J. CARESMAR, <i>Anales del Real Monasterio de Bellpuig de las Avellanadas de la Orden de Canónigos Regulares Premonstratenses en el Principado de Cataluña, su propagación en abadias, prioratos dependientes, sus dotaciones, donaciones, privilegios pontificios etc.</i> , 372 pp. — MSS Bibl. Hermanos Maristas, Las Avellanadas.
De rebus	IDEML, <i>De rebus ecclesiae Stae. Mariae Bellipodiensis Avellanarum in Catalonia, Ordinis Can. Reg. Sti. Augustini Praemonstratensis</i> — 735 pp. (1773) MS Archivo Rectoria Vilanova del Sal, prope Balaguer. Copia extat in monasterio Las Avellanadas.

J. PASQUAL, *Sacrae Antiquitatis Cataloniae Monumenta*. MS s. XVIII (MS 729 BB. Central Barcelona, Inventarium in *Butlletí Bibl. Catal.* V 1920 pp. 198/208).

BMun Nancy MSS 992, 995. Materia ab his abbatis annalistaem Hugo transmissa est plus quam tenuis.

LARCHER *Glanages*, MS BMun Tarbes, 25 voll. Excerpta ex archivis abbatiae Casaedei, in omni fere tomo. Cum Casadei fuisset domus primaria circariae, ad historiam omnium illius canoniarum maxime attinet.

A R T A B. M. V.

Bellpuig de Artá, prioratus Artense.

In promunturio orientali insulae Mallorca (Baleares, Hispania), Dioc. Palma de Mallorca.

Prioratus. Raimundus episcopus de Mallorca, post expugnationem insulae ante annum 1230 advocavit Praemonstratenses ex Bellpuig. Primitus aderant quatuor canonici, postea plures. In instrumento fundationis praevidetur, quod Ordo conventui Artensi aggreget sacerdotes et clericos saeculares. Saeculo XIII, monasterium cumulatur beneficiis a nobilibus et episcopis insulae, canonici eius committuntur praebendae in ecclesia cathedrali. Parochia de Artá, 3 km a prioratu distans, ei incorporatur. Anno 1425, prior et octo religiosi conventum formantes, reverterunt in abbatiam matrem, quae commutavit hoc ipso anno Artam longinquam cum vicina villa Os de Balaguer. Prioratus suppressum.

Archivalia propria non subsistunt. Notum est tantum ex operibus CARESMAR *De rebus* 416, *Anales* 275/76. Fontibus Ordinis fuerat ignotum.

Litteratura: V. MUT, *Historia del Reino de Mallorca*, Palma 1650, II ix p. 560 — *Butlletí de la Soc. Arqueologica Luliana* X (1903) 321, cf. 1908.

A R T H O U S B. M. V.

Artosa, -osium (non vero Artona) — Arthos, -tos, -tous, -toux.

Inter Peyrehourade et Hastingues versus austrum, arr. Dax. dép. des Landes, dioc. Dax, Gallia.

Abbatia. Fundata est versus annum 1160 a Martino Sancho de Domezain¹¹). Filia Casaedei. Benefactores erant, praeter episcopos Aquenses (Dax), vicecomites de Bearn, nobiles de Orthe, de Soule, de Gramont et

¹¹) Teste necrologio Casaedei (LARCHER I. c.) die 11. XII. — DUFOURCET concludit ex stylo ecclesiae, fundationem fuisse factam pro alio ordine initio saec. XII. Quod LAMBERT melius instructus, magisque competens probat esse falsum, eodem ex argumento. Ecclesia enim adhuc existens constructa est post medium saec. XII.

de Domezain. Ecclesiae incorporatae: Pagolle 1178 (postea data prioratui de Sarrance), Hastingues, Subernoia (de quo infra sub dubiis), Sept-Haux in Cauneille, St. Jacobus de Souraïde. Reditus annui 6000 Libr. Ab anno 1514 definitive commenda. Annis 1527 et funditus an. 1571 deleta. 1766: 5 DD residentes, 3 extra. 1790, in actu suppressionis: 3 residentes. Subsistit integrum fere monasterium, in praedium versum. Ecclesia saec. XII modo horreum, est vasta atque per pulchra. Navis eius satis longa alto muro dividitur in duas partes, quarum una religiosis, altera populo erat reservata¹²⁾.

Archivalia perierunt fere omnia. Arch. Dép. des Landes, Mont-de-Marsan: H 149 (1 charta, 2 reg. 1781/91) — Arch. Basses Pyrénées, Pau: G 17 f. 14r, G 18 f. 29 r, G 21 f. 95 r, G 47 f. 191, G 78 — Arch. Tribun. de Dax: Invent. Archivorum 1732 (cf. NOGARET 240) — BN Paris FL 12773 pp. 257/63 (excerpta obituarii, edd. DEGERT).

Fontes et Litteratura: HUGO I 208 — WAEFELGHEM 13 — BEAUNIER/BESSE III 56 — CHEVALIER 229 — CLERGEAC cf. ind. — COTTINEAU 165, 3011 — DARAS 41 — DEGERT *Ev. de Dax* (cf. Divielle) 102 — DHGE IV 807 — DUFOURCET *Les Landes* 254/58 — Gall. Chr. vet. IV 96/97, N I 1067 — ISAD *Landes* H 20 — LECESTRE 46 — de MARCA (ed. DUBARAT) II 264, 300 — MOLINIER no. 589 — PRESSUTTI 633 — Rôles Gascons (BEMONT) II 1418, 1419 — Du TEMS I 457/58 — VEILLET I 74, 566, II 9, 10 — C. AMESTOY, *Un joyeux repas de contrat de mariage chez le notaire Morel en 1663* (BSE Bayonne 1927 pp. 258/68) — J. CENAC/MONCAUT, *Voyage archéologique dans l'ancienne vicomté de Béarn*, Tarbes/Paris 1856, pp. 25/27 — A. DEGERT, *Le nécrologie d'Arthous* (BSBorda XLVIII, 1924, pp. 175/87) — J. E. DUFOURCET/TAILLEBOIS/CAMIADE, *La ville d'Hastingues et l'Abbaye d'Arthous* (*L'Aquitaine historique et monumentale*, BSBorda, Dax 1890, pp. 3/20) — M. E. LAMBERT, *L'Abbaye d'Arthous* (Congr. Arch C II, 1939, Paris 1941, pp. 462/86. Cf. LV, 1888, p. 75) — J. NOGARET, *L'abbaye d'Artous et le prieuré de Subernoia* (BSE Bayonne 1930, pp. 218/46).

Ser i e s a b b a t u m (si non aliter notetur, sec. Gall. Chr.
et CLERGEAC)

Gulielmus 1178	Gulielmus Arnaldi 1375
Arnaldus Sancii † 1280	Arnaldus de Gayac 1379 ¹⁴⁾
Antonius d'Ortegui 1318	Michael de Monségur 1415
Sanctius de Salva 1328 ¹³⁾	Guido de Ruif 1447

¹²⁾ Quod erat commune in hac regione (LAMBERT 1. c.).

¹³⁾ NOGARET 221.

¹⁴⁾ Arch. Dép. Gers H 5,53

Joannes de Fourcade	1448/61	Vitalis d'Albret saec. XIII vel XIV
Bertrandus de Cassos	1489	Joannes † 13. III
Bertrandus de Bergayn	1497/1514	Joannes † 14. III
Joannes de Noguès	1521/43 res.	Raimundus Arnaldi † 16. III
Joannes du Branar	1538/69	Abstemius † 23. III
Salvatus d'Iharce I	1569—1602	Petrus † 23. IV
Salvatus d'Iharce II	1602—48 ¹⁵⁾	Petrus † 28. IV
Gratianus de Garderard	1648/55	Carbonnel † 15. V (cf. Combe-longue)
Arnaldus Lamy	1655/64	Vincentius † 7. VI
Ludovicus de Montesquiou d'Artagnan	1681—1731	Joannes † 10. VI
Simon Petrus de la Corrée	1731—38	Bernardus † 10. VII
Carolus de Romatet	1738 —85	Arnaldus † 19. VII
Dominicus d'Haraneder	1784—89	Gulielmus Arnaldi † 17. VIII
Franciscus d'Espériez	1789—90	Bertrandus † 14. IX
Inseri nequeunt: (sec. necrologia loci et Casaedei)		Bernardus (Bertrandus?) † 18. IX
Gulielmus Rustaing	13 . .	Petrus Arnaldi † 14. IX (Necr. La Castelle)
Arnaldus Gulielmi †	31. I	
postea vel antea abb. Deivillae		

B E H A U N E S. Petrus

Behaume, -hauns; Sent Per de Behaun, B. en -Lantabat.

Com. de Lantabat, cant. Iholdy, arr. Mauléon, Dép. Basses-Pyrénées, Dioc. Bayonne, Gallia.

Prioratus. Antiquum xenodochium, in quo Deo serviebant absque regula fratres et sorores, usquedum anno 1227, abbas de Lahonce eos „ad obedientiam recepit, quia nullius ordinis erant, nec ibidem vestigium aliquid religionis cuiuspam invenit“¹⁶⁾). Ad quam aggregationem Ordini Praem. monoverat Arnaldus de Luxa, loci toparcha et nepos fundatoris. Primitus monasterium duplex sui juris, filia de Lahonce, gubernatum a priore, qui assidebat Comitiis Regni Navarrae. Parochia incorporata: Lantabat St. Martin. Anno 1384 erant ibi „frays, donats et donades“¹⁷⁾). Saec. XVI devasta-

¹⁵⁾ *Gallia Chr.* inscrit abbatem N. de Charritte ab an. 1605.

¹⁶⁾ HUGO I pr. 196

¹⁷⁾ LARCHER *Glanages* VI 114

tum est, et abhinc fuit beneficium simplex sub abbatia de Lahonce, usque ad suppressionem an. 1790. Subsistit aedes prioralis, nunc domus parochi.

Archivalia: vide Lahonce. Arch. Dép. Basses-Pyr. Pau H 126/27 — LARCHER *Glanages VI* 110/14 — Catalogi Ordinis hanc domum omittunt.

Litteratura: HUGO I 245, pr. 195/96 — WAEFELGHEM 25 — BEAUNIER/BESSE III 58 — COTTINEAU 322 — DUBARRAT *Missel de Bayonne* (cf. Lahonce) — *Gall. Chr.* N I 1323 — P. HARISTOY, *Les paroisses du pays basque pendant la période révolutionnaire* (*EtHdioc. de Bayonne VII* 126/33, et t. à p. Pau 1895, I 326/33).

Priores (Arch. Dép. Basses-Pyrénées)

Bernardus de Luxa 1227	N. Moreau 1747—63
Jaulmes d'Elicery 1584	Joann. B. Darrigol 1763—81
Marcus Ant. d'Elicery 1636/96	Ludov. Jos. de Suhare 1781—89
N. Bisquey 1698/1701	Martinus St. Jaime
Arnaldus Domecq 1701—47	1789—91

BELLPUIG DE LAS AVELLANAS B. M. V.

Belli-, Pulcri-, Pulchri-, Polcro-, Pulchropodium. Bellipodium Avellanarum; Pulcher Mons — Vel-, Bel-, Bell-, Bellipuig, -puch, pech. — Bellpuig de les Avellanes, Sta. Maria de las Avellanadas (sic est nomen eius modernum).

In loco remoto in com. Os prope Balaguer, versus aquilonem. Prov. de Lerida, dioec. Urgel, sec. catalogos N 1, N 2, AULS autem Lerida, Hispania. Vitetur confusio cum oppido Bellpuig, sive B. de Urgel in eadem provincia, ubi erat conventus OFM.

Abbatia praeclara, de cuius fundatione fontes Ordinis, et inde varii quoque alii auctores generatim referunt confusa¹⁸⁾). Materiam attamen critice perspicio, exaratam a Caresmar, historiographo huius canoniae doctissimo, res ita se habuisse putamus: vir quidam sanctus, nomine Joannes de Orgañá, in specu quodam in culmine Montis Malet, prope Villanova del Sal amoene sito, vitam coepit eremiticam circa medium saeculum XII. Eum Ordinem nostrum esse professum in abbatia Vallisclarae, et Bellipodium esse continuationem illius, ut supponit Caresmar, vix probari

¹⁸⁾ Abbas E. Noriega, historiographus Ordinis in Hispania, confitetur se e Bellipodium nullam recepisse materiam (HUGO I, praefatio). Ea igitur, quae sua sponte communicavit abbati HUGO, sunt manca et partim penitus erronea. Quas lacunas complere erroresque corrigere studentes, de hac abbatia fusius aliis tractamus.

potest¹⁹). Paulatim discipulos congregavit Joannes, ortaque est communitas absque regula. Dulcia uxor Ermengaudi comitis Urgellensis, Joannis eremitae consanguinei, construxit capellam in caverna, et dotavit monasteriolum. Nomen loci (Mons Malet, id est malus) mutatum est in „Bellipodium“, id est mons pulcher.

Fundatus est paulo post prioratus cum hospitali in loco vicino „de Fontibus amoenis“ nuncupato, quo dictus Ermengaudus fecit accersire Praemonstratenses ex abbatia Casaedei²⁰). Cum communitas eremitarum in Bellpuig fuerit sita in terra arida et inaquosa, nec vita monastica absque regula canonica ibi potuerit prosperare, fundatores una cum abate Casaedei persuaserunt Joannem de Orgañá, ut se suosque ad Fontes Amoenas transferret, normasque Ordinis assumeret. Et factum est ita. Retento nomine Bellipodii, nova canonia Ord. Praem. confirmatur anno 1166. Anno 1168 consecratur ecclesia. Instrumentum foundationis stipulatur, ut „religiosi numquam alii ordini se adiungerent, nec umquam alii ecclesiae sint subiecti quam Urgellensi“. Inde omnes abbates neoelecti tenebantur praestare oboedientiam episcopo dictae ecclesiae. Postea tamen paternitas abbatum Casaedei est recognita. Videtur Joannem de Orgañá numquam fuisse abbatem, sed priorem tantum, et semper vixisse — forte parva communitate circumdatum — in suo specu, ubi circa annum 1200 in odore sanctitatis occubuit. Completa translatio in novum locum — qui inter annos 1184 et 95 evectus est in abbatiam — non videtur fuisse peracta nisi paulatim. Comites Urgellenses munificenter auxerunt dotationem. Patet ex documentis, monasterium adhuc anno 1202 habuisse parthenonem adiunctum²¹). Bellpuig unam tantum genuit filiam: Fondarella. Canonia vicina de Mur O. S. A. sub tutela eius, saec. XIII ad tempus transit ad Ordinem Praemonstratensem²²) Praeterea, ecclesias incorporatas habuit nullas, praeter prioratus de Artá et de Bonrepos, de quibus vide suo loco, respective infra

¹⁹) Vita antiquissima B. Joannis initio saec. XVII est scripta (v. AASS l. c.). Nil refert de professione eius in Valleclara, de qua canonia vide infra suo loco. Caresmar probabiliter contexit suam hypothesis ad dandam suo monasterio originem magis ordinatam, et praesertim ortum non ex matre gallica, sed ex indigena!

²⁰) Instrumentum, ex quo hoc eruitur (CARESMAR, *Anales* 137), videtur esse copia spuria vel adulterata alicuius documenti authentici, quod iam cognovit VILLANUEVA l. c. Praeter Bellpuig, Praemonstratenses galli tunc et alios prioratus fundaverunt in Hispania, quam habuerunt pro terra missionis: Fuenteelencina, Retuerta, Vallclara, Arros. Origo Bellipodii ex Casadei est longe probabilior quam ortus ex Valleclara, quam praeferit Caresmar.

²¹) CARESMAR *Anales* 203. Vide infra sub dubiis (Aguilar et Bonrepos).

²²) Vide infra suo loco.

sub dubiis. Abbas insuper erat parochus natus ditionis de Tosca, in qua sita erat monasterium, quae tamen saec. XVIII fuit absque parochianis. Eodem saeculo, abbatia ad breve tempus possedit alium prioratum: S. Maria de la Alegria²³⁾. Canonia, cuius abbates erant mitrati, semper magnas partes egit tum in circaria, tum in vita politica Cataloniae. Bibliotheca eius erat celebris. Status personalis: 1220: 21 DD et 1 conv., 1324: 12 DD, 1441: 8; 1523: 3, 1577: 6 DD et 1 donatus, 1622 et 1681: 4 DD; 1747: 16 DD et 1 conv., 1820: 15 DD, 1835: 13 DD. Ab initio saeculi XV usque ad medium saec. XVI misere gemuit sub commenda. Abbates commendatarii nominabantur a Nuntio Apostolico. Anno 1523 tantopere erat collapsa, ut tres religiosi superstites debuerint aufugere in alias canonias, p[re]e egestate. Annis 1577/81 abbas Retortae reformationem Circariae Hispanicae vi imposuit, cui tamen conventus cum successu se opposuit. Anno 1597, Philip[us] Rex Hispaniae loco Praemonstratensium voluit introducere monachos Hieronymitas, quod tamen Summus Pontifex filio illius, Ferdinando expresse negavit²⁴⁾. Initio saeculi XVII Espiscopus Ilerdensis (Lerida), auxiliantibus abbatte pessimo et rege Hispaniae, suppressionem abbatiae studuit obtinere in favorem Universitatis, quam ipse fundaverat Ilerdae, sed in cassum²⁵⁾. Anno 1665, definitive vero tandem 1687, introducuntur abbates triennales, et Bellipodium recalcitrans adiungitur Congregationi Hispaniae²⁶⁾. Abhinc conventus proposuit tres candidatos gubernio regio, quod unum eorum nominavit. Etiam postea abbatia saepius est conata reverti sub auctoritate et unione Ordinis. Sed rex Hispaniae hoc inhibente, anno 1734 omnino a Congregatione ei odiosa se separavit, abhinc recognoscens tantum auctoritatem Curiae Romanae et Senatus Aragonensis Barcinone. Consuetudines tamen Congr. Hispaniae manutenuit. Quae stipulatio disciplinae non favit, tamen saec. XVIII abbatia erat florentissima. Inter canonicos eius fuerunt tres historiographi praeculari: J. Caresmar, J. Pasqual et J. Martí. Annis 1810/13 communitas a Gallis expulsa, exsul vixit; annis 1820/23 monasterium fuit suppressum. Definitiva suppressio acta est an. 1835. Ecclesia modica (saec. XIII) profanata est, altaria et ornamenta eius

²³⁾ Paulum distat a Bellpuig. Fuit sita prope Benabarre in Aragón, absque jure parochiali, annis 1715—34 tantum monasterio unitus (cf. HUGO).

²⁴⁾ Sub praetextu passus in instrumento foundationis occurrentis: „Non transeat ad alium ordinem“ (MONFAR 409).

²⁵⁾ Extrema necessitate angustiati, religiosi adierunt Capitulum Generale: „Anno 1618, prior et supprior Bellipodii supplicaverunt Capitulum libello, dicentes, abbatem monasterii alienationem in potestatem saecularium omni modo tentari“ (ACG Laon I f. 573).

²⁶⁾ Annis 1675/87 praefuerunt „praesides“ triennales. De Congregatione Hispaniae vide infra apud illam circariam.

ablate sunt in ecclesiis vicinas, ubi anno 1936 sunt combusta. Monasterium, quod subsistit integrum, anno 1843 venditum, factum est praedium. Annis 1884/90 Bellpuig fuit refugium monachorum Ord. Cist. Ref. ex Deivilla²⁷⁾ profugorum. Anno 1906 proprietarius monasterii vendidit paeclaras epitaphia fundatorum²⁸⁾. Anno 1910 abbatia adquiritur a Congregatione Fratrum Scholarum B.M.V., quae instituit ibi novitiatum suum, ampliavit aedificia, et in stylo primitivo pro tempore perficit ecclesiam. Per pulchrum claustrum saeculi XII superest, spectabilia sunt etiam capitulum et dormitorium eiusdem epochae, et reectorium saec. XVIII.

Archivalia: Arch. Nac. Madrid: Clero C, Doc. 1003/05 (60chartae), Papeles: Leg. 2790 — Archivo de la Corona de Aragón, Barcelona, Registros de la Cancillería 90 f. 15; 100 f. 153; 114 f. 152/53; 121/22 f. 35; 177 f. 69/70; 180 f. 69 et 70; 206 f. 116; 211 f. 234; 382 f. 8; 484 f. 45; 1425 f. 158; 2170 f. 109; 2162 f. 117; 2319 f. 184; 2393 f. 171/72; 2421 f. 21 et 97; 2360 f. 111; 2585 f. 18; 2920 f. 80 et 111/15; 3137 f. 90; 3143 f. 113; 3259 f. 168/70; 3882 f. 20/21; 4250 f. 18/19; 4256 f. 77/78; 4849 f. 74/79; 5222 f. 104/08; 5225 f. 6/21; 5505 f. 7 — Arch. Episc. Seo de Urgel: Exemptos III (electiones abbatum 1795/1807) — Arch. Mun. de Balaguer — Arch. Parroquial Vilanova del Sal: MS CARESMAR *De rebus* (v. supra p. 158), et 8 chartae s. XIV/XV — Bibl. Central, Barcelona: MS PASQUAL (v. supra l. c.) III 617, V 89/97 (descriptio monasterii ca. an. 1800), X 643 — Bibl. HH. Maristas, in loco: MS CARESMAR *Anales* (v. supra l. c.) — BB. Franciscanos, Vich: Libros de cuentas; „Memorias del Monasterio“ (MS auctore I. RIBOT an. 1828) vol. I — Vol. II et III dicti MS videntur periisse, IV et V sunt apud H. Ed. CORREDERA, HH. Maristas Vich, sicut et *Relicta Visitationum* 1693 et 1725; Libros de cuentas 1532. — Opera nondum publicata vide infra post litteraturam.

Fontes et Litteratura: HUGO I 282/87 — IDEM SAM *Ep. Gerv.* H 114 — WAEFELGHEM 29 — AA. SS. 8 Apr. I 802/04 (*Vita B. Joannis de Orgaña*). Etiam apud LEPAIGE II 506) — COTTINEAU 223, 336 — DHGE V 1006 — ESPASA VII 1600/02 — GOOVAERTS I 104/08, 293, 567, 595; II 18, 189; III 32, 48, 158; IV 26, 67/72, 238, 296 — KEHR *Papsturkunden in Spanien, I. Katalonien*, Berlin 1926, cf. ind. — *Lettr. com. Ben.* XII 1214, 3247 — *Lettr. com. Jean XXII* 13625, 14808, 18352, 21016, 21020, 28527, 30089, 50700 — MUÑOZ 42 — POTTHAST 2924, 4014, 4376, 7028 — *Reg. Bonif. VIII* 1408 — R. d'ALOS *Contribució a la bibliografia del P. Jaume Caresmar* (*Butlletí de la Bibl. de Catalunya* III, 1916, 28/36; V/VI, 1918/19, 52/82) — C. BARRAQUER, *Las casas de religiosos en Cataluña durante el primer tercio del siglo XIX*, Barcelona 1906, I 309/24 — IDEM, *Los religiosos en Cataluña durante la primera mitad del siglo XIX*, Barcelona 1915, I 141, III 418/32 — F. CARRERAS Y CANDI, *Geografía General de Cataluña, Prov. de Lleyda* (auct. C. ROCAFORT), Barcelona s. d., pp.

²⁷⁾ Divicelle, abbatia quondam O. Praem. eiusdem circariae, de qua vide infra suo loco.

²⁸⁾ Quae nunc sunt in New York, Collection of Mediaeval Art, Fort Tyron Park.

291/97, 850 — IDEM, *Lo priorat de Bon Repòs y les pretensions de la mitra d'Urgell l'any 1786*, (BCECat IX, nr. 52 et 53) — J. GUDIOL Y CUNILL, *Nocions de arqueologia sagrada catalana*, Vich 1902, p. 453 — V. LAMPEREZ Y ROMEA, *Historia de la arquitectura cristiana española en la edad media*, Madrid 1908/09, II 405 — F. MARTORELL Y TRABALL, *Manuscrits dels PP. Caresmar, Pasqual i Martí a la Biblioteca del Convent des Franciscans de Balaguer (Estudis Universitaris Catalans XII, 1927, 178/240)* Quae MSS partim an. 1936 sunt combusta, partim venerunt post bellum civilem in Las Avellanias, partim in BB. Franciscanorum in Vich. — D. MONFAR Y SORS, *Historia de los condes de Urgel*, Barcelona 1853, I 405/14 — J. PLEYAN DE PORTA, *Album historico y monumental de Lerida y su provincia*, Lerida 1885, p. 5 — J. M. POU I MARTI, *Historia de la Ciutat de Balaguer*, Manresa 1913, pp. 68, 88, 89, 318 et passim — J. PUIG Y CADAFALCH (et alii), *L'arquitectura romànica a Catalunya*, Barcelona 1918, III 467/69 — G. PUJADAS, *Cronica universal del principado de Cataluña*, Barcelona 1832, VIII 502/04 — C. ROCAFORT, *Bellpuig de les Avellanes (BCECat 1906)* — J. J. RORIMER, *A Fourteenth Century Catalan Tomb and the Cloisters and Related Monuments (Art Review of the Chicago University, 1931)* — IDEM, *The Metropolitan Museum of Art. The Cloisters. The Building and the Collection of Mediaeval Art in Fort Tyron Park*. New York 1951, pp. 67/73 — J. SANABRE, *El Archivo de la Catedral de Barcelona*, B. 1948, cf. ind. (Avellanias et Caresmar) — F. TORRES AMAT, *Memorias para ayudar a formar un diccionario crítico de los escritores catalanes*, Barcelona 1836, pp. 176/82, 469/71 — J. VILLANUEVA, *Viage literario a las iglesias de España*, Madrid 1850, XII 76/101 — Opera non publicata, in BB. HH. Maristas, Las Avellanias: E. CORREDERA GUTIERREZ, *Historia del Monasterio de Bellpuig de las Avellanas*. I 1166—1479 (Tesis doctoral Univ. de Valencia, 1954), II 1479—1835 (praeparatur) — Fr. Moyses ASTIER. *Historia del Monasterio de B. de las Avellanias*, s. d.

S e r i e s a b b a t u m (si non aliter notetur, sec. CARESMAR, MS RIBOT et Arch. Episc. Urgel)

Joannes de Orgañá, prior 1166, res.	Geraldus 1220 ³¹), 1224/29
Gulielmus prior 1172/82	Bernardus de la Portella 1236/38
Bertrandus prior 1182 ²⁹)	Bernardus de Narbonne 1239/42
Raymundus abbas 1195/1202	Joannes Cerdan 1243/80
Arnaldus de Monte 1203	Petrus 1282/98
Gulielmus Garcia 1208/18 ³⁰)	Bernardus 1299
Gulielmus 1219/22 (idem ac praecedens?)	Berengarius 1310/20 Gaillardus 1320-48

²⁹) Arch. Nac. Madrid, Clero C 1003 nr. 5.

³⁰) Videtur esse idem ac W. . . . abbas, occurrent apud HUGO SAM Ep. Gerv. 114.

³¹) Arch. Nac. Madrid l. c.

Joannes d' Andrest 1348/65 ³²⁾	Joannes Gesé administr. 1º 1581/82
Arnaldus de Melhon -1395 ³³⁾	Ignatius de Gutierrez 1582/83
antea abb. Capellae, postea Casaedei	Gulielmus de Fragapar inter an. 1583 et 89
Gulielmus 1396-1403 ³⁴⁾	Joannes Gesé 2º ca. 1588/89 ³⁵⁾
Gulielmus Rainaldi electus 1403 ³⁵⁾	Petrus Fontanella 1589- ca. 1604
Gulielmus 1425 ³⁶⁾	Bernardus Marta ca. 1605/10
Franciscus 1438/41	Ferdinandus de Ruimoroso ca. 1608
Arnaldus Roger de Palhias 1445/61 ³⁷⁾	Bernardus Langor 1611/25
Franciscus Blanc I 1479/1505	Michael Claverol ⁴⁰⁾ 1625—
Mateo de Fita 1519	Joannes Segon
Gulielmus Ramón de Vich 1521	Dominicus Porquet
Cyprianus Benetí O. Praed. 1522—23	Leo Trilla depos. an. 1665
Petrus Calvó 1523—24	Didacus del Solar 1665-69 ⁴¹⁾
Meldhior de San Juan 1524—27	Bartholomaeus Morelló 1669-72
Joannes de Cordona 1527—47	Petrus de S. Juan abbas 1672-75 praeses 1675-81
Thomas Campanér 1547/49	Joseph Moga administr. 1681-84
Franciscus Blanc II 1551 ³⁸⁾	Franciscus Ginesta admin, 1684-87, abbas 1687-90
Juan Castillo 1577 ³⁹⁾	
Antonius Gesé 1565-81	

³²⁾ Arch. Dép. Gers, Auch H 5,53. Berenger de Corta anno 1348 electus, non obtinuit possessionem (ibid.).

³³⁾ CLERGEAC cf. ind.

³⁴⁾ Arch. Corona de Aragón, Reg. 2170 f. 109.

³⁵⁾ Arch. Dép. Gers H 5,36.

³⁶⁾ Arch. Corona de Aragón, Reg. 2920 f. 88 (idem ac praecedens?). Hoc tempore videtur fuisse magna confusio in canonica, quia rex Aragoniae petit visitationem ab abbe Casaedei an. 1437 (Arch. Dép. Gers H 5,53). Gulielmum secutus est Franciscus.

³⁷⁾ Arch. Cor de Aragón Reg. 3143 f. 113; GAMS 87. — Episcopus iste Urgellensis fuit commendatarius „auctoritate apostolica deputatus“.

³⁸⁾ Ibidem Reg. 5225 12v. Videntur fuisse commendatarii intrusi.

³⁹⁾ Gulielmus de Fragapar et Joan. Gesé successive confirmantur a Joanne abbe Casaedei, sed praevalet Petrus Fontanella a rege Hispaniae nominatus (ibid.).

⁴⁰⁾ Hic et duo successores erant „administratores“ seu praesides inter annos 1625 et 1660. Anno 1644 abbatia vacabat.

⁴¹⁾ HUGO II 1139/40.

- Benedictus Garret 1^o 1690—93
 Michael Molas 1693—96
 Benedictus Garret 2^o 1696—1703
 Norbertus Rocajulia 1703—08
 Augustinus Bover 1^o 1708—12
 Hieronymus Serrano 1^o 1712—15
 Augustinus Bover 2^o 1715—18
 Candidus Corominas 1^o 1718—22
 Augustinus Bover 3^o 1722—25
 Hieronymus Serrano 2^o 1725—28
 Daniel Finestres 1728—33
 Petrus Joan. Bover 1^o 1733—36
 Petrus Trelles 1736—39
 Candidus Corominas 2^o 1739—42
 Petrus J. Bover 2^o 1742—45
 Antonius Trueta 1^o 1745—48
 Hieronymus Comabella 1748—51
 Antonius Trueta 2^o 1751—54
 Jacobus Caresmar 1^o 1754—57
 Franciscus Amell 1^o 1757—60
 Antonius Trueta 3^o 1760—63
 Franciscus Amell 2^o 1763—66
 Jacobus Caresmar 2^o 1766—69
 Franciscus Amell 3^o 1769—72
 Antonius Trueta 4^o 1772—74
- Antonius Bellsola 1^o 1774—77
 Franciscus Amell 4^o 1777—80
 Antonius Bellsola 2^o 1780—83
 Joseph Rey 1783—86
 Franciscus Amell 5^o 1786—89
 Jacobus Pasqual 1^o 1789—92
 Hyacinthus Martí 1^o 1792—95
 Joseph Martí 2^o 1795—98
 Narcissus Sola 1^o 1798—1801
 Joseph Martí 3^o 1801—04
 Narcissus Sola 2^o 1804—07
 Hyacinthus Martí 2^o 1807—10
 Narcissus Sola, praeses 1810/11
 Raimundus Sabater item 1811/14,
 Hyacinthus Martí 3^o 1814—17
 Ignatius Cantalozella 1817—20
 Raimundus Sabater praeses
 1820—24 et 1827—28. 1^o Abbas
 1824—28
 Ignatius Ribot 1828—31
 Cajetanus Roca 1831—34
 Raimundus Sabater 2^o 1834—35
- Inseri nequit:
- Antenius 24. I (Necr. La Castelle)

L A C A P E L L E B. M. V.

Capella prope Tolosam, Lacapele. — Vitetur confusio cum innumeris coenobiis huius nominis, praesertim cum La Chapelle-aux-Planches, Spieskappel, Kappel, Keppel et Schillingskapellen, monasteriis Ordinis Praemonstratensis, quae omnia latine appellabantur „Capella“. (Cf. vol. I 135, et II 490).

Iuxta flumen Garonne, com. de Merville, cant. Grenade. Dep. Haute-Garonne, Gallia, dioc. Toulouse. In loco valde remoto; hodie vocatur „La Capellette“.

Abbatia fundata circa annum 1142 a Bernardo Jourdain de l'Isle, perfecta anno 1160. Filia Casaedei. De monialibus nihil constat authentice. Destructa ab Albigensibus initio saec. XIII, in qua clade archiva iam perierunt. Ecclesiae incorporatae: Rustignac, Mairas, Merville, Boute, La Coute, Fourclens, et capellae in St. Jean et St. Rustice. Sanctus Dominicus, Tolosae commorans, tanta tunc amicitia coniunctus erat abbatiae Capellensi, et abbati eius Joanni, ut quoties post praedicationis instantiam orationi vacare volebat, eo se reciperet. Sacra haec inter otia Ordinis sui jecit fundamenta, regulam, statuta, ritum et habitum Praemonstratensium adoptans⁴²⁾. Reditus annui: 2560 Libr. Mensa abbatialis sola anno 1790: 3500. Ab haereticis anno 1570 adeo funditus est eversa, ut ad annum usque 1586 iacuerit desolata. Dein paulatim est reconstructa, sed minori forma. Saeculo XVII bonos habuit commendatarios, vere benefactores, sicut et fuit ultimus. 1768, et 1786: 7 religiosi. Paulo post suppressionem an. 1790 omnes aedes sunt deletae. Hodie est praedium. Superest puteus saec. XVIII, discernuntur fundamenta.

Archivalia: Arch. Dép. Hte.-Garonne, Toulouse 1 fasc. (sér. H non coté: doc. saec. XVII/XVIII, copia unius chartae an. 1277, vestitiones 1760/84). Ibidem B 389, f. 129; 390 f. 96; 354 f. 365; 348 f. 178. Cf. Sér. Q — Arch. Dép. Ariège, Foix: H 82 (processus an. 1621) — Arch. Dép Calvados H 24 — Archivum Castelli de Merville: doc. saec. XIV/XV, in BB. ibidem MSS 773/78, 782, 790, 793, 795; — Statuta Ordinis 1290 — Arch. Com. Grenade cf. RUMEAU — ACG Laon 538 II 637 — LARCHER *Glanages* V 98/106, 631.

Fontes et Litteratura: HUGO I 465 — IDEM SAM *Ep. Gerv.* 9 — WAEFELGHEM 55 — BEAUNIER/BESSE IV 282 — CHEVALIER 575 — COTTINEAU 592 — DARAS 50 — DHGE XI 850 — DOUET D'ARCQ III 8584 — *Gall. Chr.* N XIII 143/46 — GOOVAERTS IV 26 — GOELLER (v. Combelongue) 138, 144, 157 — LECESTRE 46 — *Lettr. com Ben.* XII 8458 — *Lettr. com. Jean XXII* 10531, 10534, 10724, 10732, 12485, 15151, 15249, 43914, 46129, 55585, 63010 — VIC VAISSETTE IV 645/46 — C. DOUAIS, *Les manuscrits du Château de Merville*, Paris/Toulouse 1890, pp. 60/62, 168 — A LARRONDO, *Une commune rurale avant la Révolution, ou histoire de la Baronie de Merville*, Toulouse/Paris 1891, pp. 433/80, cf. 5/9 et passim — R. RUMEAU *Inventaire sommaire des Archives Communales de la Ville de Grenade*, Toulouse/Paris 1896, Sér. I cf. ind. p. 234, Sér. II item p. 61.

⁴²⁾ Stus. Dominicus iam in abbatia Vitis, patriae suae Osma vicinae, Ordini nostro a juventute fuerat familiaris; in specu juxta abbatiam Ord. Praem. in Segovia fecerat exercitia spiritualia. Opinio autem abbatis de Noriega, eum intrasse in La Vid, et emisisse ibi vota, vix teneri potest (NORIEGA, *Dissertatio historica de Sto. Dominico de Guzman, Ordinis Praedicatorum Patriarcha, canonico regulari augustiniano-Praemonstratensi, in observantissimo monasterio Sta. Mariae de La Vid*. Salamanca 1723.)

S e r i e s a b b a t u m (si non aliter notetur, sec. Gall.
Chr. et LARRONDO)

Gulielmus 1162/65	Stephanus de Lachan 1413
Bos ⁴³⁾ † 1169	Dominicus de Melhon 1418/48 ⁴⁷⁾
Bernardus 1171/74	Raimundus de Descuto ca. 1450/60
Arnaldus 1174/78	Gulielmus Gorda (in de l'Isle?) 1460/61 ⁴⁸⁾
Bonushomo † 1200	Bernardus de Dojal 1461—78 res.
Joannes † 1215	Bernardus de la Tour 1478—1503
Gulielmus † 1232	Joannes de Senac 1503—39
Raimundus † 1244	Joannes Capeyrin 1539—42
Otho de Vic 1244	Jacobus de Bernuy 1542—72
Joannes 1247	Sedisvacantia 1572—87 ⁴⁹⁾
Joannes 1277 ⁴⁴⁾	Bertrandus Descars 1587—1616
Raimundus Garcias 1279/85	Joannes Lud. de Berthier 1617—62
Arnaldus Gulielmus de Tourdun 1293/98 ⁴⁵⁾	Antonius Franc. de Berthier 1662—1705
Sancius 1299, † 1302	Henricus Montlezun de St. Lary 1705—41
Bantius † 1316	N. de St. Hermine 1741
Jacobus 1320/22 ⁴⁶⁾	Alexius E. des Gallois de la Tour 1741—53
Arnaldus Calberti 1322-40 ⁴⁶⁾	Franc. Tristan de Cambon 1753—90
Arnaldus du Verger 1367/74	Inseri nequit:
Bernardus (de Domo?) 1391/94	Gulielmus Geraldus † 14. V (Necr. de Arthous)
Arnaldus de Melhon ante 1395 antea abb. in Fontcaude cf. Bellpuig et Casedieu	
Bernardus de Porta 1401/13	

⁴³⁾ Quod nomen minus aptum videtur esse corruptela.

⁴⁴⁾ Arch. Dép. Hte-Garonne, Fonds La Capelle.

⁴⁵⁾ GAUBIN (cf. Casedieu) 141.

⁴⁶⁾ GOELLER l. c.

⁴⁷⁾ Sic secundum Arch. Cast. de Merville. *Gall. Chr.* habet: 1459/60.

⁴⁸⁾ Arch. Cast. de Merville.

⁴⁹⁾ Qua durante, Jac. Descars, baro de Merville, fruitur bonis.

L A C A S E D I E U B. M. V.

Casa Dei — Lacazedieu, -diu, -diou, La Casadieu, Cazedieu (Numquam Chaise-dieu).

Secus viam in medio inter Marciac et Beaumarchès, cant. de Plaisance, Dép. Gers, Dioc. Auch, Gallia. — Vitetur confusio cum Vicogne (Circ. Flandriæ) et cum præ-clara abbatia OSB Chaisedieu (Dép. Allier).

Abbatia insignis, quondam primaria in circaria. Historia eius feliciter melius caeteris est nota. Fundata est in limitibus comitatum de Pardiac et de Bigorre, a Frelone quodam⁵⁰), Petro comite de Bigorre, et Gulielmo d'Andozile, archiepiscopo Auxitano, qui anno 1135, advocavit Praemonstratenses e Sto. Martino Laudunensi, ad extirpandam haeresim Petri de Bruys in regione grassantem⁵¹). Bernardus de Troucens, toparcha de Peyrusse, de Tourdun et de Juillac, qui dederat terram et locum, ad minus debet designari tamquam cofundator. Etiam comites de Pardiac ad foundationem contribuerunt multa. Anno 1157 consecratur ecclesia. Initio monasterium duplex, etiamsi de monialibus nec in necrologio, neque in archivis inveniatur vestigium. Tamen respecto more Ordinis, existentia monialium probatur e facto, quod filiae Casaedei tales habuerunt. Sorores videntur fuisse translatae, sub primo abbate, in locum Goujon, de quo infra. Casa Dei, vera „mater circariae“, Ordinem transtulit in Hispaniam, et filias genuit sequentes: Retuerta, St. Jean-de-La Castelle, Combelongue, Bellpuig, Lahonce, Urdax, Arthous, Divielle, La Capelle. Abbates, ab anno 1462 mitrati⁵²), erant domini in oppidis Beaumarchès, Plaisance et Marciac, et saec. XV/XVI usi sunt proprio „vicario generali“. Casa Dei possidebat prioratus in Vic-Fezensac et St. Ana de Arros, de quibus vide suis locis. Ecclesiae incorporatae: Marrenx, Coutenx cum filiali Selerin, Cayron, Andenac, Devezé cum filiali Theus, Ste. Quitterie de Ribaute (Plaisance), Montclar-Labarthe, Feugat; quas omnes pro posse administrabat, sicuti

⁵⁰) Citamus in sequenti opinionem GAUBIN l. c. — De fundatoribus ceteroquin dissentient auctores. DUPRE: Froco et Frelo fundatores. *Gallia Chr.*: Frelo et archiep. Auxitanus. HUGO :Frelo, Petrus comes et Christianus quidam. Secundum LARCHER, de Frelone nil invenitur in Archivis. Nil mirum: archivistæ enim et chronistæ monasteriorum tunc temporis fundatores, qui nobili genere non erant orti, pudenter solebant reticere et quam nobilissimos eis substituere. Cf. Tusschenbeek, vol. II 424, et hic supra Clermont St. André p. 146.

⁵¹) Quae haeresis videtur fuisse similis Tanchelmismo, quem oppugnaverat, secundum traditionem Ordinis, Sanctus Norbertus Antwerpiae anno 1124. (Cf. tamen supra II 265 n.) De Petro de Bruys v.: CHEVALIER 3697.

⁵²) LARCHER V 153.

ecclesias prioratui Vic-Fezensac incorporatas: Sarambat, Lubiac, Tabaux, Bougos et Morede. Anno 1489 denuo consecratur ecclesia, quae erat necropolis nobilium de Bigorre, de Pardiac et de Armagnac. Saec. XIV/XVI, religiosi videntur vixisse ad instar canonicorum saecularium, gaudebant enim propriis praebendis et multiplicabant pias fundationes pro capellis, altaribus et variis officiis ecclesiae. Qua ex causa, abbatia probabiliter saec. XVI erat depauperata. Casa Dei, aedium amplitudine, templi elegantia, et proventuum quondam magnitudine prae aliis spectabilis, anno 1570 ab haereticis funditus est eversa. Annis 1474/83, 1533/1673, et 1693/1790 fuit sub commenda. Status personalis: 1298: 22 DD, 1340 plus quam 30, 1696: 3, 1739: 7 DD residentes, 1755: item 11, 1766: 5 res. et 1 novitius, 9 extra; 1786: 10 religiosi. Anno 1694, religiosi pepigerunt foedus cum commendatario, vi cuius illi quotannis solvebant 1800 Libras. Anno 1707 proventus sunt divisi in tres partes, et ab anno 1757 mensa conventualis valebat 7141, abbatialis 5389 Libras. A saeculo XVI, abbates pendebant quotannis magnam summam ad sustentandos clericos suos studiis Tolosae vacantes, ubi abbatia habebat parvum collegium. Anno 1790 suppressa est canonica. Aedes adhuc exsistebant anno 1810. An. 1853 ecclesia iam erat deleta, substituerunt duae alae conventus, et per pulchrum ingensque molendinum gothicum. Hodie fere omnia sunt rasa, et loco canoniae est praedium.

A r c h i v a l i a :⁵³⁾ Arch. Dép. du Gers, Auch H 5/7, 11, 97/99 (inter alia pretiosum inventarium summarium archivorum an. 1749 (H 5), 3 registra s. XV/XVI, 1 charta s. XV). Cf. sér. Q. — Ibidem MS ineditum E. BLANC, *L'abbaye de Lacassieu en Pardiac d'après les Gланages de Larcher* (565 pp.) — Arch. dép. Pau G 78 — Arch. dép. Calvados H 24 — Arch. dép. Toulouse B 109 f. 125, 297 f. 333, 425 f. 187 — BMun Auch MS 72, pp. 883/86, cf. MS 73 — BMun Nancy 992 V, 161/65 — BN Paris Coll. Languedoc-Doat VI f. 371 — BMun Tarbes *Gланages* LARCHER II 250, IV 10/12, 32/38, 40/46, 74/76, 354/57, 382/92, 421/24, 429/32; V 15/98 (Necrologium); VI integrum fere volumen; VII 47, 62, 327, 386, 435; VIII 375; IX 307; X 131, 354, 373; XI 17, 117, 415; XII 131, 160, 191, 322, 350, 361, 402, 406, 415, 419, 453; XIII 220, 221, 235, 245, 252, 255, 334, 367; XIV 84, 173; XVI 9, 209, 220; XX 385; XXI/XXV passim.

De Collegio Tolosano nihil invenitur in Arch. dép. Haute-Garonne.

F o n t e s et L i t t e r a t u r a : HUGO I 481 — IDEM SAM *Ep. Gerv.* 49, 50 — BEAUNIER BESSE III 15 — WAEFELGHEM 51 — *Cat. Fact.* V 572, 612 — *Cat MSSBDép* IV — CHEVALIER 598 — CLERGEAC *Chronol.* 28/32 — DARAS 50/52 — DHGE XI 1268 — DUPRE *Ann.* 8 — *Form. Pr.* nr. 26 — *Gall. Chr. vet.* IV 226, N I 1031/36 — GOOVAERTS IV 27, 277 — JAFFE 8472 — LAUER I 157, 163, 184 — LECESTRE 46 — *Lettr. com. Jean XXII* 10724, 12485, 14537, 24407,

⁵³⁾ Sequentia partim sunt desumpta ex schedariis optime congestis „Centre de documentation des Archives départementales du Gers“, Auch.

24408, 30089 — *Lettr. com. Urbain V* 1303 — de MARCA I 407 — MOLINIER nr. 585 — *Reg. Ben. XII* 3192, 5483 — STEIN nr. 1781 — Du TEMS I 435/38 — WIEDERHOLD VII 63 — L. C. BRUGELES, *Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch, suivies de celles des comtes du même diocèse*, Toulouse 1746, p. 305, 315, 317 et passim — A. CAZURAN, *Cartulaire de Berdoues* (La Haye 1905) 594, 630, 820 — M. CENAC/MONCAUT, *Uoyage archéologique et historique dans les anciens comtés d'Astarac et de Pardiac*, Paris/Mirande 1857, pp. 101/02, 113/15 — CLERGEAC, *Les Du Faur, abbés de la Casedieu* (*Rev. de Gascogne* 1909, 545/49) — IDEM, *Les abbayes de Gascogne du XII^e siècle au Grand Schisme* (*ibidem* XLVII, 1906, p. 320) — J. GAUBIN, *Histoire de l'Abbaye de la C. depuis sa fondation*, I vol., Toulouse 1904 (vol. II non est publicatum) — IDEM, *Les possessions de l'abbaye de la Cazeneuve (Rapport au Congr. Soc. Sav. Bordeaux 1903)* — L. GUERARD, *Documents pontificaux sur la Gascogne d'après les Archives du Vatican. Pontificat de Jean XXII 1316/34.* (Paris/Auch 1896) II 9/10 — J. J. MONLEZUN, *Histoire de la Gascogne*, Auch 1846, II 167, VI 226/231 — *Annu. Dép. Gers*, Auch 1889 p. 331, 1956 p. 644.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. GAUBIN et CLERGEAC)

Bernardus 1135/48	Jordanus — 1209 ⁵⁸⁾
Garcias 1148/51	Joannes — 1215 ⁵⁹⁾
Pontius 1151/54	Raimundus Guelius 1216/26
Bernardus 1156/58 ⁵⁴⁾	Sanctius de Betplan 1 ^o 1227
Geraldus 1159/63 ⁵⁵⁾	Geraldus 1231
Guelius 1166 ⁵⁶⁾	Bernardus 1236/37
Bernardus 1168	Sanctius de Betplan 2 ^o 1237/57 ⁶⁰⁾
Pontius 1184/85 ⁵⁷⁾	Fontanarius de Flaran 1261/63
Bernardus 1195	

⁵⁴⁾ CAZURAN 94.

⁵⁵⁾ Etsi sit locus pro eo in serie, in archivo non occurrit. HUGO solus autem secum invenisse in chartis abbatiarum Circ. Flandriae. Forte est confusio cum Vicogne, quae pariter alio nomine vocabatur „Casa Dei“, et quae annis 1151/68 habuit abbatem Gerardum (Vide supra II 436).

⁵⁶⁾ CARESMAR *De rebus* 691. Cum charta, in qua citatur dictus abbas, videatur esse spuria mendisque scateat, et ipse est dubius.

⁵⁷⁾ CAZURAN 104.

⁵⁸⁾ DEGERT, *Hist. des évêques d'Aire*, p. 62.

⁵⁹⁾ Arch. Dép. Gers, H 5, 496. Idem ac praecedens?

⁶⁰⁾ Ibidem 92. Sanctius occurrit iam an. 1227. Nisi forte sit error pro 1237, bis fuit abbas. Arnaldus Guelius, quem adducunt HUGO et *Gallia pro annis 1253/60*, sec. Arch. Dép. Gers H 5 109 est omittendus.

Raimundus Gulielmus de Ribaute 1265/66 ⁶¹⁾	Raphael Riari, Cardin. Sti. Georgii 1485 ⁶⁵⁾
Arnaldus de St. Loubouer 1266—78 antea abb. in Divieille et in La Castelle	Joannes Dumestre 1488—1506
Dominicus de La Lane 1278—81	Gulielmus Du Prat 1506—08
Stephanus de Loubat 1281—1301	Joannes de Montaigut 1508—28
Sanctius des Caunets de Montes- quiou 1301—07 ⁶²⁾	Antonius d'Antin, aemulus 1511—18 ⁶⁵⁾
Vitalis de La Garde 1308—36	Bernardus du Faur 1528—33
Dominicus d'Angays 1336—60	Petrus Cassaignan 1533 possessionem non obtinuit
Joannes de Cers 1360—71 ⁶³⁾ antea abb. Fontiscalidi	Jacobus du Faur 1533—71
Gaillardus de Condom 1371—95	Petrus du Faur 1572—83
Arnaldus de Melhon 1395—1413 antea abb. in Capella et in Bellpuig	Joannes du Faur 1583—1608 res.
Petrus de Rigaud 1413—27 ⁶⁴⁾	Bernardus d'Affis 1608—27
Dominicus de Montaigut 1427—34	Joannes F. Rochefchouart d'Esclassant 1628—38
Bernardus de Jû 1434—59	Carolus Rochefchouart d'Esclassant 1638—68
Petrus de Montus 1459—73	Daniel de Barès de St. Martin commend. 1669, regul. 1673—93
Petrus de Mesengarbe 1473 possessionem non obtinuit	Paulus de Courduchesne 1693—1718 simul abbas de Pleineselve
Joannes de Lascun 1474—83	Antonius de Batz de Lagorze 1718—34 ⁶⁶⁾
Petrus a Sto. Mauritio 1483—88	Zacharias de Palerne 1734—58
	Joannes Bernardus de Vienne 1758—90

⁶¹⁾ Nécrologe de St. Jean-de-la-Castelle (ed. DEGERT) p. 43.

⁶²⁾ Arch. Dep. Gers H 5,28. *Gallia Chr.* eum erronee vocat Arnaldum.

⁶³⁾ Necr. Casaedei 25. XI. — CLERGEAC erronee: J. de Curia. REY (vide apud. Fontcaude): de Cireio, gallice: Cers.

⁶⁴⁾ Gulielmus de l'Orme, quem habent *Gallia Chr.* et HUGO, est omittendus.

⁶⁵⁾ Arch. Dép. Gers H 5,46. Possessionem non obtinuerunt.

⁶⁶⁾ Bullas numquam obtinuit.

C O M B E L O N G U E (B. M. V et) St. Laurentius

Comba-, Cumbalunga, -longa, Vallis Longa, Casalia Sti. Laurentii Combaelongae, Saint Laurens de C., Comalandie.

In montibus Pyrenaeis, prope Rimont versus austrum, arr. St. Girons, Dép. Ariège. Dioc. (St. Lizier de) Couserans, nunc Pamiers.

Abbatia fundata, secundum traditionem, anno 1138 ab Arnaldo de Austria⁶⁷⁾ comite de Pailhas. Anno 1143, Combalonga enumeratur inter bona fundatitia abbatiae suae matris, nempe Casae Dei; ergo fundatio monasterii, quod anno 1165 prima vice authentice occurrit, tunc videtur nondum fuisse perfecta. De sororibus nihil constat, quod factum pariter innuit. fundamentum canoniae non fuisse positum ante annum 1140. Ecclesiae incorporatae: Rimont (quod oppidum canoniae debet suum esse), Campagne. Jure paternitatis, alternatim cum abate de Mas d'Azil OSB, dependebat La Bastide-de-Serou. Curiae cum capellis: La Granette, Combelonguette. Filiam genuit unam: Fontcaude. Anno 1446, aerumnis belli tantopere est deleta, ut nuntiatum sit Curiae Romanae, quod religiosi „... a dicto campestri loco (sc. Combelongue) mutaverunt monasterium ad fortalicium, prope parochiale ecclesiam ville Bastite Seronis Sure, praedicti Consernensis dioecesis, partim illius monasterii patronatus ...“⁶⁸⁾). Quae translatio in La Bastide-de-Serou non videtur esse deducta in praxim; aut saltem religiosi emigrantes mox ad sua sunt iterum reversi. Ab anno 1520 sub commenda. Anno 1569, denuo grassantium haereticorum iterato impetu, canonia est subversa, et abiit pene in favillas. Anno 1571, Parlamentum Tolosanum, de rogatu commendatarii et prioris, permisit monasterium penitus ruinatum transferre in Rimont⁶⁹⁾ quod pariter mansit littera mortua. Medio saeculo XVII corruerunt fornices ecclesiae, quia abbates inde ab anno 1569 nullas fecerant reparaciones. Tres partes claustrum tunc iam fuerant deletae, nec umquam reconstructae. Anno 1724, maiore parte ecclesiae destructa, partim tantum (presbyterii scilicet) fit reconstructio. Ad annum usque 1695, religiosi 2000 Libras annuatim solverant commendatario, dein separatae sunt mensae. Reditus annui an. 1789: 5000 Libr.⁷⁰⁾, status personalis an.

⁶⁷⁾ Hoc nomen designat nobilem quendam regionalem (cf. HUGO l. c.). BEAUNIER BESSE autem fundationem esse peractam an. 1131, quod probari nequit Instrumentum fundationis quod legitur apud PRADET, canoniae addicens divitias ingentes, est mera phantasia.

⁶⁸⁾ DENIFLE l. c.

⁶⁹⁾ Arch. Dép. Haute-Garonne, Toulouse, B 65 p. 294.

⁷⁰⁾ Arch. Nat. Paris K 1162.

1688: 4 religiosi, 1766: 5. Monasterium a saeculo XV usque ad suppressionem 1790 elanguit. Videtur modo subsistere ut erat in actu suppressionis: rudimentum ecclesiae saec. XII, et modicum aedificium, nunc inserviens tamquam asylum aestivale pro liberis (colonie de vacances) sub directione dioecesana.

A r c h i v a l i a : Ardh. Dép. Ariège, Foix: 10 fasc. H 74/83 (docum. saec. XIV/XVIII, vestitiones, reicta visitationum saec. XVIII) — Arch. Dép. Toulouse. B 240 f. 323; 243 f. 533; 429 f. 345; 442 f. 547 — Arch. Dép. Calvados H 24 — Arch. Nat. Paris G⁸, 627; JJ 178 nr. 83 — BN Paris Coll. Languedoc-Doat XCVII f. 136 — LARCHER *Glanages* X 299 — BMun Nancy 992 V, 259/60.

F o n t e s e t L i t t e r a t u r a : HUGO I 539, pr. 446 — BEAUNIER/BESSE III 52 — WAEFELGHEM 65 — *Cat. Fact.* II 68, III 98 — CHEVALIER 756 — CLERGEAC *Chron.* 70/72 — COTTINEAU 845, 1336, 2468 — DARAS 55 — DENIFLE nr. 995 — DHGE XIII 359 — DOUET D'ARCQ III 8660 — GOOVAERTS I 618 — *Gall. Chr. vet.* IV 288, N I 1143/46 — LAUER I 156, 174 — LECESTRE 46 — *Lettr. com. Jean XXII* 2432, 5523, 5895, 6919 15151, 15226, 15249, 1830, 24407/08, 24444, 24453, 30089, 62094 — de MARCA II 585 — RUMEAU (v. La Capelle) p. 49 c. 2 — Du TEMS I 491/92 — G. ARNAUD. *Histoire de la Révolution dans le Dép. de l'Ariège*, Toulouse 1904, pp. 38, 134 — A. BARBIER, *L'Abbaye de Combelongue en Couserans en 1680* (*Revue de Comminges* VIII, 1893, pp. 45/54) — De BARDIES, *Excursion à Combelongue* (BSSc Ariège IX 1903/04, 217/20) — H. CASTILLON, *Histoire du Comté de Foix*, Toulouse 1852, I 330, II 130, 184, 330 — M. H. DUCLOS, *Histoire des Ariégeois*, Paris 1887, I passim, II 196/200, III 551/55 — E. GOELLER, *Einnahmen der Apostolischen Kammer Johannes XXII* (Paderborn 1910) 194, 202 — A. PRADET, *L'Abbaye de C.* (AN 1886, pp. 13/16, 32/36, 53/58, 78/85, 106/15, 122/32, Nil valet omnino) — R. RUMEAU, *Monographie de la Bastide-de-Serou*, Toulouse 1882, pp. 22, 25, 37, 104, 150.

S e r i e s a b b a t u m (nisi aliter notetur, sec. HUGO et CLERGEAC)	
Antonius inter an. 1143 et 65 ⁷¹)	Geraldus 1220
Arnaldus 1165/89	Joannes 1229/35
Michael de Verdun 1191	Michael 1238/41
Navarrus d'Aqs 1208 res. (cf. Divielle)	Raimundus Gulielmus 1251 ⁷²) Isarnus 1251/56 ⁷³)
Petrus 1211/16	Arnaldus 1257/63

⁷¹) Fuit filius fundatoris et primus abbas; ut fertur, unus ex discipulis Sti. Norberti. Cum canonia vix iam an. 1138 fuerit abbatia, hunc annum communiter pro eo relatum non admittimus.

⁷²) GAUBIN (v. Casedieu) 46.

⁷³) CASTILLON I 330.

Bernardus	1272/80	Joannes Roger de Comminges
Petrus	1282	1554—64
Michael Carbonnel	1297/1308 ⁷⁴⁾	Sanctius de Massas 1564—82
Joannes de La Vigne	1314—21 ⁷⁵⁾	Franciscus de St. Géry 1582—1602 res.
Jacobus	1322 antea abb. in Capella	Petrus de Buisson 1602—11
Petrus de Pira	1326/45 ⁷⁶⁾	Joannes Ant. de Mauléon 1611—27
Gulielmus de Lorda	1347 ⁷⁷⁾	Joannes Franc. Mauléon de Durban 1627—55 res.
Jacobus du Verger	1373—91	Franciscus de la Bourgade 1655—72
Michael de Durban	1391/99	Antonius Esprit 1672 — ante 1692
Raymundus d'Arias	1448/61 ⁷⁸⁾	Gabriel de St. Esteuve 1699—1708 ⁸¹⁾
Arnaldus d'Arias	1461—95 ⁷⁹⁾	Alexander de Pontac 1708—25
Geraldus de la Font	1495—1520 res.	Joannes de Montault 1725—41
Firminetus de Capdeville	1520/29 res.	Franc. Casimir d'Arbaud de Jouques 1741—90
Gulielmus de Dominico	1529—30	
Arnaldus de Darrerio	1530 ⁸⁰⁾	
Arnaldus Gulielmus de Mauléon	1530 ⁸⁰⁾	Inseri nequeunt:
Manfredus Rogerus de Comminges	1530—54	Bertrandus † 29. I Necr. Casedieu

D I V I E L L E B. M. V.

Deivilla, Diubiella, -bela. — Diubiole, -bielle, -bele; Duvielle, Villedieu.
 Vitetur confusio cum aliis coenobiis „Villa Dei“ vel similiter nuncupatis.
 Non longe a flumine Adour, com. Goos, cant. Montfort, Dép. des Landes, Dioc.
 Dax. — Gallia.

⁷⁴⁾ PICOT 537. Cf. Arthous.

⁷⁵⁾ Necrologium Casaedei (LARCHER) p. 19 — *Lettr. com. Jean XXII* 15151.

⁷⁶⁾ Arch. Dép. Ariège H 79. — CLERGEAC vocat eum „du Pin“.

⁷⁷⁾ Arch. Dép. Ariège H 76.

⁷⁸⁾ CASTILLON II 130, Arch. Dép. Ariège H 76, Arch. Dép. Gers H 5,54.

⁷⁹⁾ Arch. Dép. Gers H 5,54. Resignavit in manus sequentis.

⁸⁰⁾ Ambo canonice electi, non obtinuerunt possessionem.

⁸¹⁾ Nominatus ante an. 1692, bullatus tandem an. 1699.

⁸²⁾ Forte est idem ac Petrus ut supra (1282), vel ac abbas Fontiscalidi eiusdem nominis. Abbates tunc saepe ab una domo ad alteram postulabantur.

Abbatia. Secundum traditionem, fundata erat saec. XII pro Ordine Cisterciensi. Etsi hac de re nihil authentice constet (fontes Ordinis illius hanc domum plane ignorant), probabilis tamen videtur existentia alicuius monasterii ante adventum Praemonstratensium, effecti versus annum 1209 per Navarrum d'Aqs, episcopum Conseranensem et abbatem Cumbaelun-gae. Filia Casaedei. Ecclesiae incorporatae: Goos, Préchacq, Donzacq, Herm, Seyresse, Egrelay, Oeyreluy, St. Just-Ibarre (xenodochium). Circa annum 1440 iam facta est sub commenda. Anno 1569, cum haberet 15 religiosos, funditus est deleta atque combusta. Reditus anni saec. XVIII: 4400, 1789: ambae mensae 8000 Librarum. Ultimus commendatarius fuit optimus, praedecessores eius vero pessimii. An. 1766: 3 religiosi residentes, 2 extra. Anno 1790 suppressa est abbatia. Aedes acquisiverunt anno 1870 monachi Ord. Cist. Ref. ex Melleray, qui annis 1880/90 vixerunt exules in Bellpuig de las Avellanas in Hispania: de qua abbatia vide hic supra. Nova fundatio non prosperavit, nec fuit elevata ad dignitatem abbatialem. Ideo Cistercienses denuo liquerunt Deivillam anno 1936, dioecesi vendentes aedes et extensem praedium. Monasterium, cuius maior pars adhuc erat temporis Praemonstratensium, hodie est in manibus laicorum, et quidem in statu lamentabili. Ecclesia materia explosiva nuper est destructa, claustrum ruina est totalis.

Archivalia perierunt fere omnia. Arch. Dép. des Landes, Mont-de-Marsan: H 147/48 (1 charta, 9 documenta et 1 registrum 1731/90); Sér. Q: 1 Q 25. — Arch. Dép. Basses-Pyrén. G 78 — Arch. Dép. Calvados H 24 — BMun Nancy 992 VII 1/2 — LARCHER *Glanaies* V 28, 145, 170, 169, XIV 160, XXII 45.

Fontes et Litteratura: HUGO I 599 — WAEFELGHEM 166 — BEAUNIER/BESSE III 6 — CARTE *Cat. Rôles Gasc.* I 146 — CHEVALIER 939, 3305 — CLERGEAG *Chron.* 44/45 — COTTINEAU 975, 1032, 3024 — DARAS 57 — DENIFLE nr. 478 — DUFOURCET *Les Landes* 258/61 — *Gall. Chr. vet.* IV 326, N I 1068 — GOOVAERTS IV 336 — ISAD *Landes* H 20/21 — JANAU-SCHÉK *Orig. Cist.* I lxxv — LECESTRE 46 — LEGE *Le diocèse* (v. St. Jean-de-la-Castelle) II 271 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — PRESSUTTI nr. 633 — *Reg. Ben. XII* 6635 — *Reg. Leon. X* nr. 4412 — *Rôl. Gasc.* II 973, 1361 — Du TEMS I 458/59 — VEILLET cf. ind. III xxix — F. ABBADIE, *L'incendie de l'abbaye de D.* (*BSBorda* II, 1877, 211/20) — A. DEGERT, *Histoire des évêques de Dax*, Paris 1903, pp. 95/96 — IDEM, *Addition à la Gallia Christiana: les abbés de Diville* (*Revue de Gascogne* LVI, 1920, p. 185) — IDEM, *L'Abbaye de D: Les Origines* (*ibidem* 1924, pp. 23/30) — IDEM, *Les Prémontrés à D.* (*ibid. pp. 114/26*) — IDEM, *Les abbés de D. jusqu'à concordat de François Ier* (*ibid. pp. 158/67*) — IDEM, *Les abbés de D. depuis le concordat jusqu'à la Révolution* (*ibid. 1926, pp. 21/31, 212/22*) — IDEM, *Les derniers jours de D.* (*ibidem pp. 109/18*) — IDEM, *Un faussaire gascon, Bertrand de Compaigne* (*ibidem XLVII*, 1907, pp. 289/321) — A. DOMPNIER DE SAUVIAC, *Chronique de la cité et du diocèse de Dax*, Dax 1873,

X 30 et passim — DUBARRAT, *La charte de Divieille (Mélanges de bibliographie et d'histoire locale IV, 1900, 244/58)* — G. LASSERE, *Le monastère de N. D. de Divieille (Nos Cahiers, Grand Séminaire de Poyanne XVIII, 1911, XIX 1912, pp. 8/21; XX 1913, pp. 1/56).*

S e r i e s a b b a t u m (nisi aliter notetur, sec. DEGERT)

1. Bernardus de Vigniez	1209—	Franciscus de Pardeilhan	1551—72
Nicolaus de Labatut	ca. 1230	Jacobus d'Absac de Ladouze	1572/75
Arnaldus Raymundus de Tartas		Franc. de Noailles	1575—85
1232		Aegidius de Noailles	1585—89 non obtinuit bullas
Arnaldus de St. Loubouer	ante 1266	Jacobus de Perulhe	1589—
postea abb. Casaedei et Castellae		Jacobus Sombrun	1607/09
Bernardus	1269	Bertrandus de Poyanne	1610/13
Vitalis	1287	Bernardus de Poyanne I	1618/28
Joannes	1312	Bertrandus de Baylenx	1626—49 ⁸³⁾
Bernardus?	1329?	Bernardus de Poyanne II	
Bertrandus	—1374	Jacobus de Grammont	1651/52 ⁸⁷⁾
Bertrandus	1374—	Jacobus d'Aspremont	1651—1714
Arnaldus	1396	Jacobus d'Esquilles	1714—21
Arnaldus	1428/39 ⁸³⁾	Henricus de Navailles	1721—50
Stephanus de Gert	1446	Ludov. J. de la Roche-St. André	
Ludovicus d'Albret	1451	1750/86	
Michael	1483 ⁸⁴⁾	Claudius F. L'Allemand	1786—90
Joannes Degert	1493	Inseri nequeunt:	
Adilles d'Albret	1513	Fortanerius ⁸⁵⁾	
Joannes de Baylenx	1514	Elias de Tartas	
Bernardus de Capite Mensurae	—1520 ⁸⁵⁾	Joannes Habert	
Bertrandus de Pardailhan	1532		

⁸³⁾ Arch. Nac. Madrid, Clero Reg. 9634, Fonds Cerrato.

⁸⁴⁾ Arch. Dép. Gers H 5,34. — Cardinalis Petrus de Foix, commendarius an. 1490 (*Gallia Chr.*), est valde dubius.

⁸⁵⁾ Arch. Dép. Gers H 5,54.

⁸⁶⁾ Dum Bernardus nominatus est a rege, Bertrandus abbatiam obtinuit a Curia Romana.

⁸⁷⁾ A Curia Romana nominatus, possessionem non obtinuit,

⁸⁸⁾ ut sequentes, secundum *Galliam Christianam*.

Bertrandus † 26. 2
Berthonius † 23. 9.
W. quondam abbas † 29. 1
(Necr. Castellae)

Arnaldus Gulielmus † 31. 1.
antea vel postea abb. Arthous
Bernardus du Verger † 11. VIII
(Necr. Casaedei)

F O N D A R E L L A St. Nicolaus

Sanctus Nicolaus, — Farandella, Dalfadarella, Alfan-, Alfaudarella. Hospital de Doña Sibila, -de la Noble Sibila; San Nicolas de F., -del Hospitalet.

Juxta vicum Mollerusa, prope Lerida versus orientem, prov. de Lerida, Dioc. Vich⁸⁹), ab anno 1598 Solsona. — Hispania.

Abbatia. Fundatio eius, una cum xenodochio ab Ermengaudo comite Urgellensi an. 1148, tamquam filia Bellipodii, ut habet Hugo; vel decennio post, tamquam prioratus Casaedei⁹⁰), est plus quam dubia. Secundum documenta fide digna, relata a Caresmar, fundatum est hospitale Sti Nicolai a Gulielmo de Anglesola, et Sibilia eius uxore, anno circiter 1220, et ab ipsis traditum abbatiae Bellipodiensi anno 1224. Instrumentum traditionis stipulatur, ut „maneat prioratus, donec Deo volente et adiuvante ascendat in abbatiam“. Abbas Bellipodii promisit „tenere tres sacerdotes in Sto. Nicolao, qui semper celebrent divina officia“. Anno 1231, iam est abbatia, cum 9 religiosis. Anno 1250, ignotis ex causis, iterum minuitur in prioratum. Anno 1257: 8, 1285: 8, 1302: 2 religiosi. Exeunte saec. XIII prioratus collabitur, priores et pauci religiosi ibi residentes sunt denuo ad nutum abbatis Bellipodiensis. Nihilominus citatur adhuc ut domus sui juris in omnibus catalogis Ordinis. Tamen Cat. Tongerloensis adiungit: „non est abbatia, proinde solvit hospitiale (sic!), et partem ecclesiae Bellipodii“. De historia eius saeculis sequentibus fere nihil scitur. Anno 1505 ultima vice occurrit prior ex Ordine. Ab anno 1510 prioratus est commenda cleri sae-

⁸⁹) In omnibus catalogis Ordinis invenitur „Sanctus Nicolaus, filia Bellipodii, in dioc. Urgellensi“, vel in aliis: „Ilerdensi“ (Lerida). Authentice minime constat, hunc locum umquam pertinuisse ad dioecesim, Urgellensem, etsi sita saltem sit ad limites illius. Paulo post fundationem, an. 1231, monasterium sollemniter se submittit episcopo de Vich, quod forte innuit casum antea fuisse dubium.

⁹⁰) Quod legitur in instrumento quodam spurio ex archivis Bellipodii (CARESMAR *Anales* p. 137): „Gulielmus de Anglesola fundavit ante annum 1164 monasterium novum in Fontibus Amoenis . . et de consilio sororum suarum Ninive et Sybilla donavit hunc locum, et alium ad Stum. Nicolaum in Fondarella abbati Gulielmo de Casedieu, ut instituat ibi monasteria ordinis.“ --- Atqui Gulielmus de Anglesola et sorores eius vixerunt annis 1220/40, et fundaverunt Stum. Nicolaum, ut patet ex chartis authenticis, annis 1220/26.

cularis, et amisit omnem connexum cum abbatia sua matre, in cuius archivis non amplius citatur. An. 1705, supprimitur omnino et unitur episcopatu de Solsona, qui fecit serviri ecclesiam a sacerdote quodam saeculari. Nescitur quando fuerit destructus. Nunc immo vel memoria monasterii periit. Subsistit nomen „camino del hospitalet“ pro via, in cuius bifurcatione cum via de Palau monasterium fuerat situm. Nuper rusticus quidam, vertendo aratum, invenit fundamenta illius.

Archivalia: MS Can. RIPOLL (Arch. Episc. de Vich) IV sq. 1 — CARESMAR Anales 248, 262/64, 268, 304.

Fontes et Litteratura: HUGO II 341 — WAEFELGHEM 241 — COTTINEAU 2824 — ESPASA XXIV 280 — F. CARRERAS I CANDI, *Geografia General de Catalunya, Prov. de Lleyda* (v. Bellpuig) 161/65 — VILLA-NUEDA, *Viage literario* (item) VII 22, XII 258/61, 84 — ZAK 14 — D. J. R. V., *Documentos inéditos, con qué se demuestra la existencia de un monasterio de Premonstratenses en la diócesis de Vich a principios del siglo XIII*, Vich 1827.

S e r i e s a b b a t u m e t p r i o r u m (nisi aliter notetur,
secundum CARESMAR)

Raimundus prior 1225/27	Gulielmus de Rubio 1271
Arsivus prior 1230	Bernardus Montañana 1275
Bernardus de Filola abbas 1231	Raimundus de Conzano 2º 1278
Arsivus abbas 1233/35	Petrus Piquer 1282
Carbonell abbas 1241/49	Michael Pedró 1301/02
Bernardus Carbonell prior 1251 idem ac praececdens?	Bertrandus de la Tito 1350
Petrus de Conorbat 1255/61	Joannes Rius —1505
Raimundus de Conzano 1º 1268 ut sequentes, prior	Joannes Castillo 1510

F O N T C A U D E B. M. V.

Fons Calidus.

Fon-, Fontcaude, -chaude.

Com. de Cazedarnes, cant. de St. Chinian, arr. de St. Pons, dép. Hérault. Dioc. Narbonne, ab an. 1318 St. Pons-de-Thomières, nunc Montpellier. — Gallia.

Abbatia. Ecclesia de Fontcaude anno 1154 data est abbatiae de Valcros OSA⁹¹) a Bernardo et Arnulpho de Clairmont, ad instituendum ibi novum

⁹¹) Prope Montpellier, dioc. de Maguelonne, Hérault. Fundata ante annum 1138, an. 1239 unitur ecclesiae cathedrali de Maguelonne.

monasterium. Auxiliantibus toparchis de Rochefort et de Durasfort, prioratus erectus est in Fontecalido. Cum vita canonicorum de Valcros displaceatur fundatoribus, subtracta denuo sunt bona fundatitia et data abbatiae Combalongae circa annum 1163. Introducitur norma Praemonstratensium, quod confirmatur a S. Pontifice anno sequenti. In Valcros exoritur dissensio. Similiter ac in St. Pierremont⁹²⁾, pars communitatis adhaeret reformationi Norbertinae, quae post multa litigia, inde secedit in Fontcaude post annum 1177. Definitiva transactio inter ambo monasteria fit anno 1179, quo Fonscalidus videtur fuisse erectus in abbatiam. Stetit sub paternitate Combaelongae, mater extitit de Huveaune. Prioratus simplices habuit in Savignac et in Puisserguier, curiam cum capella in Lussau, et alias capellas in Capestang et in Cazalviel. Saeculis XII/XII canonica videtur fuisse verum „scriptorium“. Bernardus abbas, in fine saec. XII, scripsit „Librum adversus Waldensium sectam“. Iam a saec. XV abbatia erat sub commenda. Reditus annui 1832 Libr.⁹³⁾. Status personalis an. 1276: 12 religiosi, 1298: 11, 1379: 0, 1434: 5, 1524: 4, 1551: 2, 1598: 6, 1640: 5, 1768: 2, 1790: 2, quorum unus residebat. A Calvinistis penitus est diruta canonica anno 1567. Exinde depauperata, misere elanguit. Ecclesia in forma valde reducta reconstructur. Mensae, iubente Capitulo Generali an. 1687, sunt separatae. Tamen canonica anno 1730 fuit in statu tam lamentabili, ut episcopus Sti. Pontii proposuerit institutionem abbatis regularis. Nominatus tunc est quidam monachus Cisterciensis, qui monasterio nullo modo evasit in emolumenntum. Econtra: nam anno 1768 abbas debuit deponi, et Commissio Regularium paulo post decrevit suppressionem monasterii. Iam nullus admittitur successor, partim venduntur bona et aedes, nullus religiosus residet in canonica, cuius membrum unicum fuit parochus de Savignac. Anno tamen 1784 nominatur novus commendatarius. Anno 1790 suppressio demum peragitur. Ecclesia saec. XIII, mutilata quidem, sed pulchra, subsistit in horreum depravata, sicut et monasterium fere totum, cuius maior pars est ruinata atque collapsa. Tria capitella claustrorum, nuper reperta, asservantur in ecclesia de Nissan (Hérault).

Archivalia: Arch. Dép. Hérault, Montpellier Sér. H non coté: 24 fasciculi, qui continent doc. saec. XIV/XVIII. Inter alia: Cartularium, et Inventarium Bibliothecae an. 1352. Sér. B multa continet, sed nondum est ordinata.

⁹²⁾ Vide supra p. 103. Ut illic, et in Valcros tentamen videtur fuisse factum transeundi ad Ordinem Praem., sed absque successu. Confer Mur, hic infra.

⁹³⁾ Secundum *Alm. Royal*, tamen erant 5000 Librarum an. 1771, et 10000 an. 1784, quod videtur esse error.

Sér. Q: 249, 414, 426 — Arch. Nat. Paris G⁸ 1390, f. 2873 no. 499/512; S 7545 — Arch. Dép. Toulouse B 3 82 f. 234; 400 f. 314 — Fonds P. REY, Maureilhan⁹⁴⁾.

Fontes et Litteratura: HUGO I 683, pr. 564/68 — WAEFELGHEM 90 — CHEVALIER 1139 — COTTINEAU 1178, 3271 — *Gall. Chr.* N VI 266/70 — GOELLER (vide Combelongue) 136, 141, 165 — GOOVAERTS I 53, III 179 — JAFFE 11058 — LECESTRE 46 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — MIGNE PL t. 200 c. 308, 394 — PICOT 502n, 537 — STEIN 1388 — VIC VAISSETE IV 863/64 — E. BONNET, *Répertoire archéologique du dép. de l'Hérault. Périodes visigothique, carolingienne et romane*. Montpellier 1938, p. 17 — IDEM, *Antiquités et monuments du dép. de l'Hérault*, Montp. 1905 pp. 398/99 — IDEM, Bibliographie du diocèse de Montpellier, Montp. 1900 p. 125 — P. CAMBON, *La vente des biens nationaux pendant la Révolution dans les districts de Béziers et de St. Pons*, Montp. 1951, pp. 19, 131, 132, 153 — L. NOGUIER, *BSArBéziers* 2e sér. XIII, p. 495 — E. SABATIER *Cazouls-les-Béziers et ses environs*, ibidem le sér. III, 1840, pp. 19/22, pl. II — J. SAHUC, *Notes sur l'archéologie religieuse dans l'ancien diocèse de St. Pons* (*Mélanges de ... Cabrières*, Paris 1899, II 390) — IDEM, *Dictionnaire topographique et historique de l'arrondissement de St. Pons*, s. l. et d. 104. — IDEM, *Archives de l'ancien évêché de St. Pons. Inventaire de 1746*. Montpellier 1907. I 97, II 305, 323 — J. SEGONDY, *Cessenon-sur-Orb*. Montpellier 1949, pp. 400, 414 et passim. — SOUPAIRAC, *Nouveau petit dictionnaire géographique et historique du dép. de l'Hérault ...*, Montpellier 1881, pp. 8/10 — De abbate Bernardo: DHGE VIII 662/63. — MIGNE PL t. 204, 793/840. — L. VERREES, *Le traité de l'abbé Bernard de Foncaude contre les Vaudois et les Ariens* (*Anal. Praem.* XXXI, 1955, 5/35).

S e r i e s a b b a t u m (nisi aliter notetur, sec. REY)

Bernardus 1177/88 ⁹⁵⁾	Jacobus 1260
Petrus Geraldus 1193/94	Berengarius 1275/82
Marcus 1198/1204	Sanctius 1287/98 res.
Joannes du Puy 1205	Petrus de Marceilhan 1303/05
Petrus 1211/12	Jacobus de St. Julien 1308/19
Raimundus 1212 res.	Arnaldus Colbert 1320/22
Hispaniolus 1215	dein abb. in Capella
Berengarius 1228/31	Raimundus 1322/33
Petrus 1238	Joannes de Cers 1333/60 ⁹⁶⁾
Berengarius 1246/57	postea abbas in Casa Dei

⁹⁴⁾ Mr. P. REY, notarius in Clairac, nunc in Maureilhan, per totam vitam diligenter insudavit in exarandam historiam Fontiscalidi, ingentemque congesit materiam, quam excerpere potuimus, auctori gratias agentes.

⁹⁵⁾ *Gallia Chr.* et HUGO alias recensent inter primos abbates: Franciscum abbatem de Valcros 1164, probabiliter non resedit in Fontcaude, nec pertinuit ad Ordinem. Franciscum de Borja an. 1190 est dubius, potius est ponendus inter abbates qui „inseri nequeunt“.

⁹⁶⁾ *Lettres com. Jean XXII* 62094

Dominicus Raimundo	1361/90, res.	Bartholomaeus II du Mas	1578—1608
—1402 ⁹⁷⁾		(—1614) res.	
Petrus	1402/07	Franciscus Bonnet	(1609—36 ⁹⁸⁾
Joannes	1411	Hercules de Lort de Serignan	1637/63
Petrus de Puimisson	1415/20	Franc. de Lort de Sérignan	1667—77
Joseph de Cers	1420/34? ⁹⁹⁾	Gabriel de Lort de Sérignan	1677— 1723 ¹⁰⁰⁾
Jacobus Carret, administrator	1434	Ludov. Caesar de Lort de Sérignan	
Bermundus Cottin	1437/68	1723—28 res.	
Bertrandus I du Mas OFM	1468—86	N. Marin de Kerbringal	1728—31
Bertrandus II (sive Bernardus)		Stephanus Salvan d'Hauterive	
du Mas	1486—99	O. Cist 1731—68 depos.	
Bartholomaeus I du Mas		fiscus regius	1769—84
1499—1541		Amatus Ludov. Desmoulins de Lisle	
Joannes du Mas	1541—78	1784—90	

G O U J O N St. Laurentius

Goionis, Goyon, Goion

Com. Auradé, non longe a Gimont, in limitibus dép. Gers et Haute-Garonne.
Dioc. Toulouse, Gallia.

Asceterium fundatum inter annos 1135 et 48 a Bernardo abbe Casae-dei, qui sorores suas ibi collovacit. Dotatio facta est a toparchis de Bonrepos. Anno 1165 monasterium traditur Ordini Cisterciensi. Probabile est, sorores transiisse ad hunc ordinem, sub quo parthenon floruit, donec an. 1454 aggregetur abbatiae Gimont eiusdem Ordinis, tamquam prioratus virorum.

Archivalia: pauca supersunt in Arch. Dép. Toulouse

Litteratura: HUGO nescit, nec innotescit apud LARCHER, nec in reliquis archivis Casae-dei — WAEFELGHEM 235 — BEAUNIER/BESSE IV 291 — COTTINEAU 1297, 1309 — Gall. Chr. N XIII 88/90 — V. FONS, *L'Abbaye de Goujon (MSArMidi VII, 1860, 335/43)* — GABENT, *Goujon, abbaye et paroisse (Rev. Gascogne XXXVI, 1895, pp. 497/506, 545/59)*

⁹⁷⁾ Cessio eius instanter petitur an. 1390, sed non videtur fuisse peracta, quia an. 1402 adhuc occurrit.

⁹⁸⁾ A *Gallia Chr.* tantum citatur, in archivis non occurrit, sed est locus amplius pro eo in serie. Nec fuit antea abbas in Casa Dei. Forte est confusio cum Joanne de Cers, ut supra. Nomen Joseph tunc erat rarissimum.

⁹⁹⁾ obtinuit bullas an. 1609, confirmationem vero regiam nonnisi an. 1614. Bartholomaeus du Mas interea perrexit in fruitione et regime.

¹⁰⁰⁾ nominatus a rege, numquam obtinuit bullas.

H U V E A U N E B. M. V.

Hybe-, Ibe-, Yve-, Ybelina, -elna, -elma, -elnia; Ivenna, Vuelna, Velna, Huveuna, Eveona. Sta. Maria in rivo Ybelneo, -Yvellino. — La Veaune, N. D. du Veaune.

In suburdio orientali Massilae, ubi fluvius Huveaune in mare se effundit. Dép. Bouches-du-Rhône, dioc. Marseille, Gallia.

Abbatia tenuis, cuius origo et historia sunt insolitae. Anno 1204, episcopus Massiliensis Gulielmo et Amanso, canonici abbatiae Fontiscalidi permittit: „de novo aedificare ecclesiam et domum ordinis vestri“¹⁰¹⁾. Quod innuit, huic reconstructioni foundationem quandam abortivam eiusdem Ordinis fuisse praeviam. Tamen nil hac de re constat^{101a)}. Episcopus multa sibi reservavit jura et prerogativa in actu foundationis, volens novam domum fore subiectam quasi immediate suae sedi. Quod instrumentum, expresse vocans Amansum et Gulielmum „fundatores“, est munitum sigillo abbatis Fontiscalidi, ex quo patet, foundationem fuisse peractam de consensu illius. Mirum est, quod Ybelnia in catalogis antiquioribus tantum occurrat, et quidem numquam ut nostrae circariae addicta: N 2 vocat eam „filiam Praemonstrati“¹⁰²⁾ SLUV adiungunt eam Circariae Scotiae¹⁰³⁾. Revera videtur Circ. Gasconiae numquam de jure fuisse addicta, forte propter distantiam. Capitulum quidem Generale anno 1249 expresse confirmavit jura paternitatis abbatis de Fontcaude in eam¹⁰⁴⁾. Cum anno 1354 statueretur, abbates Circ. Gasconiae teneri omni triennio tantum adire Capitulum Generale, in elenco abbatiarum Ybelnia desideratur.

Anno 1218 monasterium confirmatur a S. Pontifice. Anno 1230 occurrit primus abbas. Anno 1248 constructio nondum erat perfecta¹⁰⁵⁾. Nihil constat de ecclesiis incorporatis, sed canonia ab initio possedit hospitale juxta abbatiam, et alterum in ipsa Massilia, quod vocabatur „domus Ybelnae“.

¹⁰¹⁾ Arch. dép. Bouches-du-Rhône 5 G 91, f. 26.

^{101a)} MIGNE PL t. 49 c. 9 censem Ybelniam inter 4 coenobia, saec. VI Massiliae existentia. Fontem non affert auctor, quem ceteroquin scimus caute esse legendum. COTTINEAU 1773 ex hac nota concludit, Ybelniam fuisse idem ac asceterium Sti. Cassiani, praedecessorem monasterii S. Salvatoris (de quo infra), sed absque ratione.

¹⁰²⁾ Quod nequaquam demonstrat, foundationem esse peractam ex archicoenobio, sed potius casum huius foundationis fuisse aliquomodo extraordinarium, et Ybelniam nulli circariae fuisse adscriptam. Vide quod diximus hac de re vol. II 522.

¹⁰³⁾ Cui reapse numquam fuit addicta. Quomodo tales errores sunt orti, vide supra vol. I 253, 275, 351/53, et II 117.

¹⁰⁴⁾ Arch. dép. Hérault, sér. H non cotée, Cartul. de Fontcaude f. 206

¹⁰⁵⁾ BLANCARD *Docum. inéd.* 1. c.

Anno 1274 decreto Gregorii PP. X abbatiae Ybelniae incorporatur monasterium quoddam „Fratrum B. M. Matris Christi“, juxta Portam Gallicam Massiliae¹⁰⁶). Quod vero decretum non statim in praxim est deductum. Anno enim 1308, abbas et conventus denuo petunt a S. Pontifice, mediante Haytöne Churchi¹⁰⁷), quod „monasterium eorum, situm in littore maris, propter piratarum et malevolorum incursus, defectum aquae dulcis, et ob distantiam civitatis . . . ut ad ecclesiam S. Mariae in Porta Gallica Massiliensi, cuius proventus annue 30 florenos non excedunt, et quae a fratribus quibusdam mendicantibus habitatur, uno debili superstite derelictam . . . se possint transferre“. Anno 1336 translatio iam est peracta, tamen antiquum monasterium juxta mare non est derelictum¹⁰⁸). Anno 1382 abbas fatetur, se p[ro]ae egestate, cum suo ultimo canonico superstite non posse vivere, nec aedes reparare, et obtinet incorporationem hospitalium Sti. Jacobi et Sti. Lazari extra muros Massilienses¹⁰⁹). Nihilominus abbatia collapsa non potuit reviviscere. Anno 1387 monachus quidam Cisterciensis Gilbertus du Mas, ex abbatia Thoronet, ab episcopo nominatur administrator, et ab anno 1392, Ybelina datur in commendam episcopis extraneis. Anno 1405 supprimitur ab antipapa Benedicto XIII, et traditur abbatiae Stae. Paulae, canonissarum O. S. A.¹¹⁰). Monasterium juxta portam Gallicam mox est subversum, coenobium antiquum, mari adiacens, mansit sanctuarium B. M. V. populo dilectum. Anno 1712 ecclesia adhuc existebat, sed an. 1747 iam fuit ruinata. Hodie nullum vestigium superest, nec potest definiri situs exactus monasterii pristini.

Archivalia inveniuntur dispersa inter archiva asceterii Ssmi. Salvatoris: Arch. Dép. Bouches-du-Rhône 61 H 109, item Stae. Paulae: 81 H 2, et 5 G 9, B 320, G 91 f. 26/27. — Arch. Munic. Marseille reg. EE 3 — BMun Marseille: copies du Fonds Albanès. — Arch. dép. des Landes: Matrix sigilli prioris „Be. Marie de Vbelna“ (s. XIII) cf. GOURON.

Litteratura: HUGO II 221, pr. 106 — WAEFELGHEM 182 — BEAUNIER BESSE II 106 — CHEVALIER 1475 — COTTINEAU 1439, 1773 — *Gall. Chr. N I* 702/03, *Noviss. II* 221 — GOTTLIEB 108 — *Lettr. Com. Jean*

¹⁰⁶) Summus Pontifex in Concilio Lugdunensi dictum ordinem (vulgo „de Pica“) suppressit, domumque illius Massiliensem Ybelniae addixit (RUFFY *Histoire l. c.*)

¹⁰⁷) *Reg. Clemens U*, ed. TOSTI nr. 2434. De Haytöne, celebri Praemonstratensi ex Cypro, vide hic supra, vol. I 400.

¹⁰⁸) Arch. Dép. Bouches-du-Rhone, Fonds Chanot reg. 10 f. 34. — Ibidem 61 H 109.

¹⁰⁹) Arch. Vatic. reg. 294 f. 55v.

¹¹⁰) A Yolanda regina ca. an 1400 neoerecta, anno 1522 diruta, incorporata est asceterio Ssmi. Salvatoris OSB in eadem urbe sito.

XXII 1554, 1557, 15674, 28965, 50935, 56243, 61481 — MORTREUIL, *Dict topogr. de l'arrond. de Marseille*, Mars. 1872, 186/88 — Obit. Praem (ed. WAE-FELGHEM) 94, 195 — PRESSUTTI 1265 — C. F. ACHARD, *Géographie de la Provence*, Aix 1787, I 594 — J. H. ALBANES, *Inventaires de diverses églises de la Provence* (Huveaune 1380) in: *Rev. Soc. Sav. Dép.* 1880, pp. 146, 150, 166/67 — H. F. de BELZUNCE, *L'Antiquité de l'Eglise de Marseille et la succession de ses vêques*, Marseille 1747/51, II 17/22, 63, 363, 578 — L. BLANCARD, *Documents inédits sur le commerce de Marseille*, M. 1884, II 129 — IDEM, *Inventaire des sceaux et bulles des Arch. du dép. des Bouches-du-Rhône*, Marseille 1860, p. 187 pl. 81, 1 — M. GOURON, *Catalogue des sceaux conservés aux Archevêchés des Landes*, Dax 1928, p. 10. — L. A. de RUFFI, *Histoire de la Ville de Marseille*, M. 1696, II 100, 108 — IDEM, *Dissertation historique, chronologique et critique sur les évêques de Marseille*, M 1716, *passim* — Anal. Praem. VII 219.

Ser i e s a b b a t u m (Arch. Dép. Bouches-du-Rhône)

Amansus prior	1218	Jacobus du Verger	1351/76
Gulielmus abbas	1230/59	Gulielmus	1382
Martinus	1270/75 ¹¹¹⁾	Gilbertus du Mas O. Cist, administr.	
Joannes	1283/89	1887	
Francus	1304/17	Joannes Eps. de Limassol	1392/96 ¹¹²⁾
Audinus	1318	Franciscus Eps. de Caffa	1405
Laurentius	1342		

L A H O N C E B. M. V.

Leon-, Leunsium, Lidatium, Fontia, -cia, Honcia. — Lefonce, Le Fonse, Le-honce, la Honce. Basconice: Lehonza.

Amoene situm super flumen Adour, prope Bayonne versus orientem. Dép. des Basses Pyrénées, Dioc. Bayonne.

Abbatia, cuius origo est ignota. Fundata est probabiliter circa vel post medium saeculum XII, tamquam filia Casaedei. Fundatio praevia, etiam pro alio ordine, nequit probari¹¹³⁾). Assertio Galliae Christianae, fundatorem fuisse Bertrandum vicecomitem Baionae anno 1164, caret probatione,

¹¹¹⁾ Arch. dép. Hérault, Cartul. Fontcaude IV 437 — HUGO l. c. — Forte est idem qui Marinus, occurrentis in Ob. Praem. die 14a Augusti.

¹¹²⁾ Arch. Vatic. reg. 302 f. 142

¹¹³⁾ Inscriptio „1121“¹⁴⁾, quae habetur supra portam ecclesiae, quam quidam auctor (NOGARET) habet pro anno foundationis, invenitur eodem loco in Arthous. Refert ad foundationem Ordinis.

sed potest niti documentis interea amissis¹¹⁴⁾). Inter annos 1150/70 occurrit „frater W. Furt de Lefonce“, ignoti ordinis¹¹⁵⁾). Anno 1227 abbatia prima vice authentice occurrit, in instrumento, quo ei traditur monasterium Behaune. Ecclesia abbatialis simul erat parochialis. Aliae ecclesiae incorporatae: Ispoure cum filiali La Madeleine, Behaune (de quo supra), Urcuit, Mouguerre, Otsanz (xenodochium), Urt, Echecole. Reditus anni 3888, postremo 5000 Librarum. Attamen abbatia semper fuit tenuis, et communitas eius modica. An. 1544: 3 religiosi, 1619 et 1718: 2; 1768: 4 resid., 5 extra. Anno 1616, commendarius erat puerus sexennis, capitulum depravatum in cellarium vini. Anno 1719, separatio mensarum. Anno 1790 suppressa. Superest totum fere monasterium. Ecclesia modica saec. XII, unius navis cum abside rotunda, et duae alae claustrorum, miserandae aspectu. Ecclesia nunc est parochialis, monasterium est praedium.

A r c h i v a l i a : Arch. Dép. Basses-Pyrénées, Pau: H 126/34 (per pauca documenta medii aevi, plura saec. XVII/XVIII); H 18; G 11, 13, 14, 16, 17, 22, 25, 28, 37, 78, 102, 159, 164, 165; Q 491 — Arch. Dép. Calvados H 24 f. 12 (visitatio saec. XVII) — Arch. Munic. Bayonne BB 11, 94; CC 351, 813, 851, 854 — ACG Laon (538 II) 679, 695/700 —

F o n t e s e t L i t t e r a t u r a : HUGO I 691, II 41 — WAEFELGHEM 91, 140 (sicut HUGO, erronee hanc domum duplicat) — BEAUNIER BESSE III 31 — CHEVALIER 1453 — Cat. Fact. VI 204 — COTTINEAU 1539, 2138, 2147, 3099 — DARAS 65 — DHGE VII 55 — DUBARAT *Messel de Bayonne ccclxxxvij/cccxc — Gall. Chr. N* I 1323 — GOOVAERTS IV 131 — ISAD Basses Pyr. H 18/19 — LECESTRE 46 — Lettr. com. Jean XXII cf. ind. — Reg. Ben. XII 65 — TAIEE (cf. Prémontré) 234 — Du TEMS I 562/63 — VEILLET cf. ind. III xliv — P. BAYAUD, *Le cahier de doléances de Lahonce (BSScLettr. Arts de Pau* 1947, pp. 38/43) — J. B. DARANATZ, *L'église du Labourd en 1702 (BSE Bayonne* XLIX 1927, pp. 197/200, 222, 232) — E. DU CERE, *Dictionnaire historique de Bayonne*, B. 1911/15, II 13/15 — A. HARI-STOY, *Les paroisses du pays basque pendant la période révolutionnaire (EtHrel. dioc. Bayonne* III, 1894, 182/85, 186, 190; t. à p. Pau 1895: I 193/97) — IDEM, *Recherches historiques sur le pays basque*, Bayonne 1883, I 97/98, 118/19 — J. de JAURGAIN, *La Vasconie*, Pau 1902, II 583/86 — J. NOGARET, *A l'église de Lahonce (BSE Bayonne* XIII, 1934, 349/50) — H. POYDENOT, *Récits et légendes relatifs à l'histoire de Bayonne*, B. 1878, II 725 — *Registres Gascons (Ard. Municipales de Bayonne, Délibérations du Corps de Ville*, B. 1898) I 549.

¹¹⁴⁾ Prima vice invenitur apud CAMPAIGNE o. c., auctore parum fide digno (vide apud Divielle, pro qua abbatia fabricavit chartas falsas).

¹¹⁵⁾ Cartularium Capituli Cathedr. Baionensis (Arch. Dép. Pau G 54 f. 11)

S e r i e s a b b a t u m (si non aliter notetur, sec. Gall. Chr.)

1. Vitalis 11 ..	Michael Cassagnet de Tilladet
Nicolaus de Damasan 1227	1659—1732
Nolivet ca. 1285	Petrus Gulielmus de Lavieuville 1732—33
P... 1315	Joannes d'Artaguiette 1734—74
Rogerus de Villesangues ante 1378	Petrus de Spens d'Estignole 1774—90
Gulielmus de Labadie 1398	
Petrus de Beyries 1471/74 ¹¹⁶⁾	Inseri nequeunt:
Joannes de Joyeuse 1487	Forto † 21. I ¹¹⁹⁾ (Necr. La Castelle)
Laurentius d'Olhast 1518	Bernardus † 12. IV (Gall. Chr.)
Petrus de Beyries 1524 ¹¹⁷⁾	Arnaldus Bernardi † 19. VI (Necr. La Castelle)
Petrus de Pinaqui † 1539	Petrus Bernardus † 5. VI (ibid.)
Petrus d'Aquarra 1544/58	Petrus † 27. VII (Gallia)
Salvatus de Salles-Jussan 1564/78	Dominicus † 27. VII (Necr. Arthous)
Joannes de Morguy 1590—99	Raimundus † 23. IX (Gallia)
Joannes de Haramboure 1601—13 res.	Bernardus † 8. XII (Necr. Casedieu)
Ludovicus de La Salle 1614	Bertrandus † 12. XII (Gallia)
Raymundus de La Salle 1616—32	
Anton. Roger de La Salle 1633/35	
Philibertus du Haut des Sallies	
1649/58 ¹¹⁸⁾	

L A N N E S S. Maria Magdalena

Lanna, Lana — Lanne.

Com. Mézin, arr. de Nérac, dép. Lot-et-Garonne. Dioc. Condom, nunc Agen.
Nunc vocatur La Grangerie, sive Lannes-Vieille.

Prioratus spectabilis. dependens ab abbatia Sti. Joannis de Castella. De fundatione nihil scitur. Videtur fuisse conditus saec. XII tamquam curia illius abbatiae saec. XII, et quidem insolitae amplitudinis, ut demonstrant aedes superstites, et facta, quod Lannes et Sarrance, soli inter prioratus totius Galliae, Ordini tenebantur solvere tallias ut abbatiae, et quod Lana

¹¹⁶⁾ LARCHER VI 110. — Arch. dép. Gers H 5, 55. — *Gallia Chr.* erronee habet:
Petrus de Huc.

¹¹⁷⁾ Sic sec. *Gallia Chr.* Forte est confusio cum Petro supradicto, forte est alter abbas illi homonymus. Difficile est dictu apud hanc abbatiam, quandonam praeccise cooperit esse sub commenda. Probabiliter iam unus vel alter prædecessor Petri fuit commendatarius, immo iam saec. XV exeunte.

¹¹⁸⁾ *Gallia Chr.*: 1658—88

¹¹⁹⁾ Forsitan idem qui W. Furt (ut supra), vel qui Fortanerius (cf. Divielle)

semper considerabatur ut domus formata. Habuit refugium in Mezin. Reditus annui: 2400, postremo 4000 Librarum. Ab haereticis est eversus anno 1570, postea erat mera parochia. Anno 1697 declaratur beneficium simplex a Senatu Burdigalensi. Suppressus anno 1790. Totum coenobium subsistit, pulchra ecclesia saec. XII, in horreum profanata, et monasterium cum claustru saec. XVII.

A r c h i v a l i a : Subsistunt fere nulla. Arch. Dép. Lot-et-Garonne, Agen: E Suppl. 2708, 2913, 2919. — LARCHER *Glanages*, passim — Mairie de Lannes: Reg. parochialia 1678/1790.

L i t t e r a t u r a : HUGO I 490, II 21 — WAEFELGHEM 143 — BEAUNIER BESSE III 146 — CENAC MONCAUT (vide Arthous) 67/69 — COTTINEAU 1556 — DARAS 65 — M. FOUGERE/DUBOURG, *Un procès entre religieux: La grange de Lannes de Mézin (Revue de l'Agenais, X 1883, 300/20)* — cf. ibidem LXXII, 1945, 3/7 — J. F. SAMAZEUILH, *Dictionnaire géogr. hist., et archéol. de l'arrondissement de Nérac*, 2^e ed. Nérac 1881, p. 201.

M I R A M B E A U

Mirabellum.

In extremo austro dép. Charente-Maritime, dioc. Saintes, nunc La Rochelle.

Parthenon, qui nobis innotuit tantum ex insertione quadam in Litteris Urbani PP. V, anno 1373: „Petronilla de Flayaco, priorissa monasterii de Mirabello O. Praem., dioec. Xantonensis“. Cui loco erat vicinum monasterium Planaesilvae, de quo infra. Nec longe distat civitas Rupellensis (La Rochelle), in qua invenimus, saec. XVI, asceterium Ordinis Praem., ignoti omnino originis. Planasilva videtur esse orta ante annum 1150, tempore igitur quo canoniis adiungi solebant asceteria in vicinitate sita. Archivis illius prorsus amissis, nihil constat authentice, sed censemus esse probabile, sorores de Mirambeau spectasse ad abbatiam Planaesilvae, easque, post annum 1407, illa in bello Anglorum penitus deleta, inde fuisse translatas in Rupellam. Ceteroquin nullum vestigium potuimus eruere, quod probaret existentiam monasterii cuiusdam in Mirabello.

Lettr. com. Urbain U, II 1054, nr. 621

Vide supra p. 31/32, et infra apud Pleineselve.

M U R Assumptio B. M. V., SS. Petri et Stephani

Ecclesia de Muro — Hodie: la hermita de Mur.

In culmine alti montis amoenissime situm, sesqui hora distans a vico Guardia, tres autem a Tremp, versus austrum. Prov. de Lerida, dioec. Urgel (sec, cat. ULS: Lerida), Hispania.

Canonia O. S. A., a praepositis gubernari solita, fundata an. 1069 a Raimundo comite Urgellensi et a comitibus de Paliñas, qui ibi habuerunt sepulturam. Assertio annalistae Hugo, abbatiam Bellipodiensem primitus hic fuisse fundatam, est erronea, neque Mur est idem ac prioratus de Morón sive Almazán, in dioecesi de Soria, qui pertinuit ad Circ. Hispaniae.

Abbas Bellipodiensis, circa annos 1228/30, induxit maiorem partem communitatis Murensis ad amplectendam normam Praemonstratensem, et abbatem sui Ordinis ibi instituit. Quae innovatio tantopere fuit consolidata, ut „Ecclesia de Muro“ in catalogis SLUV, et N 1, immediate post Bellipodium appareat tamquam eius filia. Atvero aliqui canonici, hanc reformationem renuentes, unum ex suis elegerunt in praepositum, remotis asseclis Praemonstratensium¹²⁰). Inde discordiae et lites. Appellatione ad S. Pontificem facta, Gregorius IX anno 1236 decrevit, «conventum de Muro non teneri ad Ordinem Praemonstratensem»¹²¹). Saec. XVI saecularizata est canonia, et in collegiatam versa, an. 1835 autem suppressa. Subsistit integrum monasterium, cum claustro saec. XII, in stylo primitivo, sed desolatum et satis ruinosum. In ecclesia saec. XI interdum celebratur missa. Archivum eius, in loco subsistens, anno 1936 una cum ornamentis ecclesiae a Communistis est combustum.

Archivalia: Biblioteca Central de Barcelona, MS 150: „Recopilacion y resumen de los instrumentos y papeles, que se hallan en el archivo de la iglesia colegiata de Mur“ (auct. J. MARTI O. Praem., an. 1794) pp. 130/31, 133, 441.

Litteratura: Ordinem nostrum nullo modo tangit. Vide Geogr. General de Catalunya, Prov. de Lleyda, auct. ROCAFORT 818 sq. Ibi invenitur etiam bibliographia. VILLANUEVA, Viage literario (v. Bellpuig) XII 70 dat seriem praepitorum. Pro primo dimidio saec. XIII, indicat sequentes: Bernardus de Zaclusa 1203/12, Bernardus de Mur 1218/28, Gulielmus 1237. Putamus nullum eorum fuisse O. Praem., sed inter 1228 et 1237 extitisse abbatem quendam intrusum ex Bellipodio, cuius nomen ignoramus.

¹²⁰) abbas Bellipodiensis ecclesiam dictam (sc. Mur) sibi debere subesse dicebat... quibusdam de canoniciis eiusdem ecclesiae (ut supra patet: cantor et sacrista tantum), habitum retinentibus proprium, reliquos absque nostra (sc. S. Pontificis) licentia habitum Praemonstratensium assumentes, abbati Bellipodii eiusdem ordinis fecisse obedientiam manualem, qui in pristino remanserant habitu substituto abbati obedientiam facere renuentibus, licet aliquo tempore ipsis et aliis, qui habitum suscepserant antedictum praefuerit, et se gesserit pro abbate. Suborta discordia inter eos, canonici qui suum habitum non mutaverunt, unum ex suis fratribus elegerunt in praepositum, remotis exinde his qui per predictum abbatem Bellipodii fuerant instituti . . .“ (Bibl. Central de Barcelona, MS 150 p. 131)

¹²¹) AUVRAY 2838

PLEINESELVE S. Maria Magdalena

Planasilva — Pleine-, Plen-, Pleneselve, -silve, -selves.

Secus viam pervetustam peregrinorum Stum. Jacobum potentium, com. de St. Ciers-sur-Gironde, arr. de Blaye, dép. de la Gironde. Dioc. Bordeaux. — Gallia.

Abbatia, de cuius historia fere nihil scitur. Fundata est ante annum 1150 a Godefrido III de Louroux, archiepiscopo Burdigalensi, qui videtur pertinuisse ad Ordinem Canonicorum OSA. Planamsilvam primitus spectasse ad eundem ordinem, est possibile; eam fuisse conditam cum xenodochio pro peregrinis, est probabile. Initio videtur fuisse locuples et spectabilis. Saeculo XIV, satis collapsa est et corrupta¹²²⁾). Duas tantum habuit ecclesias incorporatas: Pleineselve et St. Saturnin de Braud. Vicinum asceterium de Mirambeau, de quo supra, ex ea esse exortum et stetisse sub eius paternitate, est verisimile. Anno 1407 abbatia est funditus diruta ab Anglis, vel potius a Gallis, qui sub Ludovico duce Aurelianensi frustra obsederant oppida Blaye et Bourg. A qua clade numquam potuit reviviscere. Nota quam legimus apud Planamsilvam in Catalogo Tongerloensi, eam, ut oportuit, Circariae Gasconiae inserenti: „Non hic! Quod abbas de Jardo innititur occupare istud monasterium“, probabiliter huic cataclymso est posterior; et innuit, illud forte ad tempus (usque ad annum 1569?) dependisse ab abbatia Lieu-Dieu-en-Jard, et pertinuisse ad Circariam Normanniae Borealis. Quidquid est, saec. XVII unus solus ibi erat religiosus, titulum sibi vindicans „prioris claustralibus“. Parochia loci tunc iam administrabatur a sacerdote seculari. Tentamina abbatum commendatariorum saec. XVII, vitam communem restaurandi, in cassum ceciderunt. Saec. XVIII ne unus quidem religiosus ibi degebatur. Mensa abbatialis, quae sola existebat, anno 1730 valuit 1369 Libras. Quae commenda an. 1790 est suppressa. Aedificia monasterii, quae videntur fuisse extensa¹²³⁾), non iam existunt. Superest pars ecclesiae saec. XII/XIII, tamquam parochialis.

Archivalia: Arch. Dép. Gironde, Bordeaux: Sér. H non cotée, Fonds Pleineselve (1 charta, et 5 doc. 1583/1728). Ibidem B 1268, C (cf. ISAD), 3 E 12448 (manuale bonorum 1573), G 78, 479, 560, 635, 639, 657, 788, 791, 805, 827, 838, 848 — Arch. Dép. Calvados H 30 — BN Paris FF 15592 f. 208 — LARCHER *Glanages*: passim.

¹²²⁾ Anno 1327 abbas Ayquelinus, qui fuerat depositus, iterum in omnia iura restituitur, et totus eius conventus, quinque canonicis consistens, in alias domus circariae distribuitur. (*Lettr. com. Jean XXII* 27827).

¹²³⁾ Existit delineatio (plan) abbatiae saec. XVI, copia in Arch. dép. Gironde G 657

Fontes et Litteratura: HUGO II 571 — WAEFELGHEM 196 — BEAUNIER/BESSE III 97 — *Cat. Fact.* I 565 — CHEVALIER 2392 — COTTINEAU 2298 — *Gall. Chr.* N II 892 — *Lettr. com. Jean XXII* 27827, 30089/90 — MIGNE PL t. 215, c. 300 — PRESSUTTI 1373, 2152, 4755 — Du TEMS II 268/64 — R. BIRON, *Précis de l'histoire religieuse des anciens diocèses de Bordeaux et de Bazas*, Bordeaux 1925 — IDEM, *Notice historique sur Ste. Magdeleine de Plensedelv (RH Bordeaux et Gironde XXVI*, 1933, 97/102) — J. BRUTAILS, *Les vieilles églises de la Gironde*, Bordeaux 1912, p. 82, cf. ind. 211 — LAMOTHE, *Compte rendu des travaux de la Commission des Monum. Histor. de la Gironde 1852/53*, XIV — M. MARION / J. BENZACAR / CAUDRILLIER, *Documents relatifs à la vente des biens nationaux dans le dép. de la Gironde*, Bordeaux 1912, II cf. ind. — *Archives Historiques de la Gironde* (53 voll. Paris/Bordeaux 1859/1932): II 393, III 102, XIX 408, XXI 87, 112, 437, 575, 576, XXII 22, 183, 172, 245, XXIII 222, XXXIV 397, 398, LI 139.

A b b a t e s (si non aliter notetur, sec BIRON)

Fulcherus versus an. 1200 ¹²⁴⁾	Bernardus Bellot 1695—
Ernaldus ca. 1230 ¹²⁵⁾	Paulus de Courduchesne 1702—18
Ayquelinus Ayraud 1327 ¹²⁶⁾	simul abbas Casaedei
Ladislaus Dufau 1500	Stephanus Ludov. du Crouzet
Joannes Faure 1573—	1718—56
Stephanus de Mioche 1578—	Joannes Blancquefort 1757—59
Radulphus 1583 ¹²⁷⁾	N. Blancquefort 1760—69
Giraldus N. 1611	Joannes B. Graves 1769—82 res.
Gratianus Menardeau 1623 res.	Joannes B. Caulet 1782—90
Petrus de Montayaud 1624—25 res.	Inseri nequeunt: (Ob. Praem.)
Sebastianus Nau 1625—	Constantius
Nicolaus Paris 1648—	Seguinus
Bertrandus Chassepoux de la Picardière 1671	Gulielmus
Carolus de Fillot 1689/95	Giraldus

¹²⁴⁾ alias Pulherus. *Ob Praem.* 6. VII.

¹²⁵⁾ alias Zonaldus, sive Giraldus. *Ibidem* 23. XI

¹²⁶⁾ Vide supra, notam¹¹⁶⁾

¹²⁷⁾ Arch. dép. Gironde, Fonds Pleineselv

S A I N T - J E A N - D E - L A - C A S T E L L E S. Joannis Bapt.

Gratia Dei, Castella, Sti. Joannis de Castella¹²⁸⁾ — Abadie dou Saint Joan,
Sent Johan de Lacastele, -Le Castere; Gracedieu.

Com. Duhort, versus aquilonem, non longe a fluvio Adour. Dép. des Landes.
Dioc. Aire, nunc Dax. — Gallia. (Nomen modernum: Château de St. Jean.)

Abbatia conspicua, ditissima omnium in hac circaria. Fundatio peracta fuerat pro monachis O. S. B. ante annum 1073 (saec. VI: dubium), sed in loco quodam vicino. Secundum traditionem Ordinis, Petrus vicecomes de Bigorre, cofundator Casaedei, circa annum 1140 monasterium collapsum denuo fundavit in loco hodierno in valle, quod dotavit¹²⁹⁾. Anno 1143 re-censetur inter bona fundatitia Casaedei, ergo fundatio videtur nondum fuisse perfecta. De monialibus nihil constat. De historia eius medio aevo nihil scitur, primum documentum existens est ex anno 1227. Ecclesiae incorporatae: Lasbezeilles (postea Duhort), Aurandet, Cournet, Le Vignau, Bordères, Casères, Lacquy, Maillères, Juliac cum filiabus St. Julien et Créon, Piétat, Priam, Renung, Cabrious, St. Macaire, Miradoux Ste. Colombe, St. Pierre de Buzet sive Fontclaire, Ste. Marthe de Pujos à Vianne, quae omnes plus minusve erant prioratus simplices. Prioratus conventuales erant Lannes et Sarrance, forte etiam Durance, de quibus vide suo loco. A fundatione Sarranciae abbas habuit titulum: „de St. Jean-de-la-Castelle et de Sarrance“. Annis 1568 et 70, funditus ab haereticis est subversa, religiosi necati sunt, bibliotheca et archiva combusta. Hoc eodem tempore floruit in canonica J. Despruets, abbatum generalium postea clarissimus. Post novum incendium an. 1728, extensem novum monasterium construitur annis 1740/60, in quo erat novitiatus communis circariae. Reditus annui an. 1789: 43072 Libr. Saec. XV et initio s. XVI Curia Romana instrusit aliquos commendatarios, sed abhinc abbatia mansit regularis. Quam regularitatem, saec. XVIII, pretio 7210 Librarum quotannis sibi redemit¹³⁰⁾. Communitas erat maior, vita regularis magis ordinata quam in aliis abbatiis circariae. An. 1766: 16 religiosi residentes, 14 extra; 1789: 10 residentes. An. demum 1792 religiosi coacti sunt monasterium relinquere. Quod factum est castellum nobilium, omnia manserunt intacta, immo ad tempus spes fuit ipsum recuperandi ad finem quandam ecclesiasticum. Post annum 1832 tamen

¹²⁸⁾ In omnibus catalogis Ordinis vocatur „Gratia Dei“ tantum. Vitetur confusio cum Gottesgnaden (Circ. Saxoniae), et cum variis aliis monasteriis huius nominis.

¹²⁹⁾ Necr. Casaedei, die 30. VIII

¹³⁰⁾ Arch. dép. des Landes H 146

coepa est destructio ecclesiae et claustrorum. Subsistit pulchra porta et una ala spectabilis, quondam hospitium, continens aliqua residua ecclesiae et claustrorum. Nunc est proprietas privata, bene conservata. Cathedra templi est in Renung, altare in Amou.

Archivalia: Arch. Dép. des Landes, Mont-de-Marsan H 146: 9 chartae et 21 docum. 1553/1778; H 240: 26 doc. 1686/1707; E 6; 1 Q 27. — Cf. Arch. Dép. Basses-Pyrén. H 160/61 (Sarrance) — Arch. Dép. Calvados H 24 — LARCHER *Glanages* V 328, XX 579, XXI 372 (series abbatum, de abbate Despruets XXI 377) — Obituarium BN Paris FF 12771, p. 425 — BMun Nancy 992 IX 113 — Extant archivalia in manibus privatis.

Fontes et Litteratura: HUGO I 485, pr. 379/80 — WAEFELGHEM 230 — BEAUNIER BESSE III 25 — *Cat. Fact.* II 107, 200, III 20 — CHEVALIER 602, 2714 — CLERGEAC *Chron.* — COTTINEAU 620, 1011, 1536, 1709, 1860, 2376 — DARAS 78 — DHGE XI 1421 — DUFOURCET 246 — *Gall. Chr. vet.* IV 227/28, N I 1181/83 — GOOVAERTS I 182, 219, 249, 253, III 31, 156, IV 246, 305 — ISAD *Landes* H 20, add. 5 — JAFFE 12244, 12480 — LECESTRE 46 — *Lettr. com Jean XXII* 1234, 1236, 14698, 30052, 30089, 30442/43, 45832 — de MARCA cf. ind. II 739 — MOLINIER 591 — *Reg. Ben. XII* 5483 — *Rôle. Gasc.* 1459, 1468 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — IDEM *Uis. Can.* I 43 — C. DAUGE, *L'obituaire de St. Jean-de-la-Castelle*, (BSBorda XXIX, 1904, 249/57; et *Sem. Relig. dioc. d'Aire* 1897, 406, 423) — A. DEGERT, *Le nécrologie de St. Jean-de-la-Castelle* (BSBorda XLIX 1925, 36/46, rec. *Anal. Praem.* II 314) — DUBOURG, *Histoire de Damazan* (*Rev. de l'Agennais* 1911, 17/42; et t. à p. Villeneuve s-L. 1911) — J. LEGE, *Monastère et abbaye royale de St. Jean-de-la-Castelle à Duhort*. Bordeaux 1878 (cf. *Rev. Gascogne* XIX 1878, 530/34) — IDEM, *Le diocèse d'Aire et de Dax sur la Révolution française*, Aire s. l'Adour 1875, II 284 — L. B. MEYRANX, *La Bastide de Cazères sur Adour*, Dax 1874 — L. SORBETS, *Clef de voûte armoriée de la chapelle de St. Jean-de-la-Castelle* (*Rev. Gascogne* XXI, 1880, 111; IV 1904, 378) — *Recherches historiques sur l'influence du protestantisme dans la province d'Auch* (BComité HARProv. *Ecclés.* Auch, I 1860, 174/76) — *Sceaux Gascons du Moyen-Age*, publ. par la Commission des Arch. Histor., Paris/Auch 1888, 54/55 — Vide etiam apud Lannes, Sarrance et Durance.

Ser i e s a b b a t u m (nisi aliter notetur, sec. HUGO, *Gallia Chr.* et CLERGEAC, *Chronologie*)

Gulielmus 1175	Odo I 1210/26 ¹³¹⁾
Martinus —1194 ¹³¹⁾	Arnaldus de St. Loubouer ante 1266 ¹³²⁾
Odo II 1227/50 ¹³¹⁾	postea Casaedei antea abb. Deivillae,
Petrus † 1207	

¹³¹⁾ LARCHER I. c.

¹³²⁾ DEGERT *Rev. Gascogne* 1926, p. 159

Sanctius	1266	Amanie d'Albret	1499—1502 ¹³⁸)
Bernardus	1269	Petrus de Montlezun	1502—22
Sanctius	1288/1304	Jacobus de Foix	1523
Vitalis	1314/31	Antonius Portère	1529/32 res.
Sanctius Anerius	1332—62 ¹³³)	Joannes de Capdequi	1532—83 res.
Petrus †	1373	Petrus I de Lompagieu	1583—1601
Arnaldus †	1396	Joannes I de Lompagieu	1601—33 res.
Petrus de Castelnau	1410	Petrus II de Lompagieu	1633—59 res.
Gulielmus Arnaldi	1430	Joannes II de Lompagieu	1659—75
Lubatus	1431	N. du Buisson O. S. A.	1675—81 res.
Joannes d'Aure	1432—41	Franciscus Buyrette	1681—85 res. simul abbas in Jandeures
Bernardus	1441—55 ¹³⁴)	Franciscus le Regrattier	1685—96
Garcias Arnaldus de Menein	1455 ¹³⁵)	Henricus Dupuis de Cressonville	1698—1731
Joannes de Guillaume	1455	Franciscus de Lavelle	1731—69
Tristanus d'Aure	1462—75	Joannes Franc. de Pons	1769—92
Bernardus Dumoulin	1475 ¹³⁶) possessionem non obtinuit		
Augerius de Barromères	1475/98		
Joannes de la Cour	1492/94 ¹³⁷)		
Cardin. Antoniettus Pallavicini	1498—99		

SARRANCE B. M. V.

S. Maria de Saranceo, -Sarrancia, -anssa, -ansa. — Sarransce, -anse, -ansin, -anson, -ansine, -ansie.

In faucibus Pyrenaeorum, 16 km prope Oloron versus austrum. Dép. Basses-Pyrénées, dioc. Oloron, nunc Bayonne. — Gallia.

Prioratus insignis. Antiquum xenodochium, et sanctuarium B. M. V. ignoti originis, versus annum 1314 traditur abbatiae Sti. Joannis de Castella. Ab initio habebatur quasi abbatia quaedam adnexa. Abbas assump-

¹³³) Arch. dép. Pau E 367, *Rev. Gascogne* XIX 1878, 531

¹³⁴) Raymundus (*Gallia Chr.* an. 1448, HUGO et LARCHER † 1436), secundum CLERGEAC est omittendus.

¹³⁵) Commendatarius a Curia intrusus, possessionem non obtinuit.

¹³⁶) Arch. Dép. Gers H 5, 54

¹³⁷) Competitor regularis vel curialis Augerii commendatarii, a rege nominati.

¹³⁸) Eo pensione contentato, Petrus regularis canonice est electus (LARCHER l. c., Arch. dép. Gers H 5, 54)

sit titulum „abbé du Saint-Jean et de Sarrance“, et tenebatur sollemniter installari in possessionem prioratus „nostrae ecclesiae beatae Mariae de Sarrance“¹³⁹). Anno 1364 prima vice occurrit xenodochium, quod tamen certe est antiquius, et quod extitit usque in finem. Omni tempore fuit domus formata. Ecclesiae incorporatae: Sarrance (parochia monasterio annexa), Pagole¹⁴⁰); et jure patronatus: Accous. Peregrinatio ad sanctuarium B. M. V. erat celeberrima, regibus principibusque cara. Anno 1569 ab haereticis funditus eversum, a Joanna regina Navarrai monasterium suppressum et destructum est, bonaque anno 1574 laicis alienata sunt. An. 1605 redemptum est ab abbate Castellae, et reconstructum, tamquam prioratus pro 6 canonicis, sub priore amovibili. An. 1726: 4 DD et 3 conv., an. 1790, quo est suppressus, 4 DD et 1 conv. Tunc fuerunt 86 opera in bibliotheca. Monasterium, cum pulchro claustro. subsistit integrum. Datum est an 1850 ab episcopo PP. Missionariis de Betharam, qui hodie ibi parochiam et peregrinationem administrant. Ecclesia monasterii simul est parochialis.

Archivalia: Arch. Dép. Basses-Pyrénées H 159/61 (1140/1789), E 367, Q I 180, Q 493 (inventarium archivorum an. 1790); Q II 230 — Arch. PP. de Betharam in loco: 6 fasc. docum. saec. XVII/XVIII — BMun Oloron (Cartul. Episcoporum).

Litteratura: HUGO II 213 — WAEFELGHEM 268 — BEAUNIER/BESSE III 72/74 — CHEVALIER 1861 — COTTINEAU 2171, 2952 — DARAS 80 t — *Dict. Topogr. Basses-Pyr.* 130 (Pagole) — *Gall. Chr.* N. I 1801 — GOOVAERTS I 249, 491, IV 313 — ISAD Basses-Pyr. H 22 — P. de MARCA I 384, II 24 — STEIN 4485 — G. BASCLE DE LAGREZE, *Les pélérinages des Pyrénées*, Paris s. d., 17/44 — A. BREUILS, *Le culte de N. D. de Sarrance dans le diocèse d'Auch (EtHrel. dioc. Bayonne II* 1893, 280/82, 290/306, 340/49 — V. DUBARAT, *Documents sur N. D. de Sarrance* (*Ibidem* I 1892, II 1893, cf. III 1894, V 1897, IX 1901) T. à p. Pau 1893 — IDEM, *Chronique de N. D. de Sarrance (Bull. cath. dioc. Bayonne 1889/91)* — P. de LASSALLE, *Origine de la dévotion de N. D. de S.*, 2a ed. Oloron 1839 — HARISTOY in *EtHrel. dioc. Bayonne* IX, XII — IDEM, *Recherches historiques* (v. Lahonce) I 90, 437 — A. MENJOULET, *Chronique d'Oloron*, Ol. 1869, II 227, 267/70 — IDEM, *Chronique de N. D. de S., dans la vallée d'Aspe, en Béarn*, Oloron 1859.

S e r i e s p r i o r u m (Arch. dép. Basses-Pyr.)

Arnaldus Fauquet 1608—16	Petrus de Lompagieu 1642
Petrus de Lompagieu 1616—17	Fortis de La Chapelle 1655
Jacobus de Gabe 1617	N. Marchand 1669—71
Bertrandus de Balade 1638	Fortis de La Chapelle 1671—78

¹³⁹) Arch. dép. Basses-Pyrén. H 161, E 298, E 367

¹⁴⁰) N. D. de Pagole cum xenodochio primitus pertinuit ad abbatiam Arthous.

N. Dumoret 1694—1711	Franciscus de Lassalle 1757—79
Joannes de Fondevielle 1720—32	Paulus Honor. Lamarquette 1785
Franciscus Fauconné 1742	Joannes Bapt. Labarthe 1788—90

U R D A X S. Salvator

Urdacium, -dachium, -daxium, -datium. — Ur-, Dour-, Or-, Our-, Oredax; -dach, -dache, -daihs. — Real Monasterio de SS. Salvador de la Villa de Urdax; Palacio de Urdax¹⁴¹⁾. — Basconice: Urdazubi.

Inter Ainhoa et Elizondo, una leuca distans a limitibus Galliae, in Navarra Hispaniae. Dioc. Bayonne, ab an. 1566 usque ad suppressionem abbatia nullius dioecesos, nunc dioc. Pamplona.

Abbatia insignis. Relationes de fundatione saeculo XII praevia sunt spuriae, et e confusione ortae. Fundatum est xenodochium, sive „casa eleemosynaria“ de Urdax¹⁴²⁾, tamquam prioratus canonicorum regularium O. S. A. ante an. 1195. Propter interitum totalem archivorum nihil scimus de origine nec de fundatoribus; sed possumus supponere, hanc domum fuisse similem monasteriis duplicibus, eiusdem ordinis de Behaune (de qua supra), et de Roncesvalles¹⁴³⁾, fundata pariter ut xenodochia. Anno 1210, Urdax aggregatur Ordini Praemonstratensi sub paternitate Casaedei. Initio prioratus, ante annum 1221 facta est abbatia¹⁴⁴⁾. Ecclesiae incorporatae et administratae: Urdax cum filiali Zugarramurdi (quae s. XVII seiungitur), Ainhoa, Baztan, Elizondo, Garzain, Arrayoz, Aniz et Eugui. Abbates, qui erant infulati, in synodo dioecesano Baionensi primum habebant locum post episcopum, et sedebant in Comitiis Regni Navarrai. Hospitale (s. XVIII: 4 lectuli) et asylum pauperum extiterunt usque in finem. Abbatia, quae possidebat refugium in Pamplona, multa fecit pro cultura profana in regione, duas erexit fabricas ferrarias, possidebat proprium portum in St. Jean-de-Luz ad ferra exportanda. Saec. XVIII instituit unam ex primis fabricis de „chocolate“ in Europa. An. 1512 se adiunxit Circariae Hispaniae, an. 1566 segregatur a dioecesi Baionensi, et abhinc exercuit

¹⁴¹⁾ Qui titulus saec. XVII adhibebatur propter foundationem legendariam per regem Sandho Mitorra saec. X, quae caret omni fundamento. (Cf. de JAUR-GAIN II 587/88).

¹⁴²⁾ Arch. Gen. Navarra, Pamplona, Leg. Urdax

¹⁴³⁾ COTTINEAU 2529 erronee hanc domum collocat in Galliam. Quod monasterium adhuc floret.

¹⁴⁴⁾ *Revue de Gascogne* 1924, p. 118

jura quasi episcopalia in ecclesias sibi incorporatas. Saec. XVI erigitur nova ecclesia, an. 1675 novum claustrum. Status personalis an. 1416: 15 DD; 1705: 13; 1774: 20; 1785: 32; 1793: 29; 1823: 16 religiosi canonici et unus novitius. An. 1784 reassumitur habitus albus Ordinis. Anno 1793 abbatia ab irruentibus Gallis funditus est eversa et concremata, nihil potuit salvare. Bibliotheca 9000 voluminum, et archiva perierunt. Conventus a rege Hispaniae translatus est in Collegium suppressum S. J. de Loyola, unde revertit anno demum 1806, in Urdacium partim et aegre reconstructum. Canonia iterum suppressa annis 1809/12 et 1820/23, an. 1816 amisit sua iura spiritualia in omnes ecclesias, praeter Urdax et Zugarramurdi. Anno 1839 suppressa est. Ecclesia abhinc est parochialis. Claustrum, quod fuerat extensum, partim est ruinosum, partim domus presbyteri effectum, partim praedium et habitatio privata. Nihil superest de aedibus medii aevi. Restauratio canoniae pro Ordine Can. Reg. O. S. A ex Roncesvalles nuper frustrata est.

Archivalia: Arch. Nac. de Madrid, Clero 5046: parvum calendarium et 1 documentum an. 1793 — Arch. General de Navarra, Pamplona, Prem. de Urdax (leg. unico) — Arch. Parochiale in loco (manualia et alia documenta an. 1793 — 1839) — Arch. Gen. de Simancas E 2656, 2657 — Arch. Dép. Basses-Pyrénées G 25, 36, 78, 102, 107, 108, 194, 195 — Arch. Mun. Bayonne CC 469 — Real Acad. de Historia, Madrid: *Descripciones de Navarra* 1785, et 1799.

Fontes et Litteratura: HUGO II 1145, pr. 705/07 — WAEFELGHEM 303 — COTTINEAU 2160 — DUBARRAT, *Le Missel de Bayonne ccxc — Gall. Chr. vetus* IV 959, N I 1326, ed. PALME, *animadversiones* col. XLIV — GOOVAERTS I 14, 239 — *Lettr. com. Ben.* XII 551, 823 — MADOZ XV 222 — *Reg. Urbain* IV 81, 85 — VEILLET II 10, 68, cf. III lvij — ZAK 12 — J. BALASQUE, *Etudes historiques sur la ville de Bayonne*, Bay. 1862, II 87, 89 — fr. CALASANZ OFMCap *Articulos historicos (La Avalanche)*, Pamplona 1905 pp. 236, 250; 1906 pp. 68, 89, 116 — CARRERAS Y CANDI, *Geografia general del país de Vasco Navarra, prov. de Navarra*, auct. J. ALTADILL, Barcelona s. d. II 292/93 — J. CENAC / MONCAUT, *Voyage archéologique et historique dans l'ancien pays basque de Labourd et le Guipuzcoa*, Tarbes/Paris 1857, pp. 53/54 — M. ELSO, *Le royal monastère de S. Salvador de Urdax* (*Gernika Eusko Jakintza* I, 1947, pp. 421/36. Cf. *Anal. Praem.* XXVI 183) — H. L. FABRE, *Lettres labourdinnes*, Bayonne 1869, pp. 189/92 — J. de JAURGAIN, *La Vasconie*, Pau 1902, II 584 — P. MADRAZO, *España. Sus monumentos y artes. Navarra y Logroño*, Barcelona 1886, I 569/73 — A. OIHENART, *Notitia utriusque Vasconiae, tum ibericae tum aquitanicae*, Paris 1638, 102/03 — A. PEREZ GOYENA, *Contribución de Navarra y de sus hijos a la historia de la Sagrada Escritura*, Pamplona 1944, pp. 14/15 — L. de URANZU, *Lo que el rio vió*, S. Sebastian 1955, pp. 363/65 — E. ZUDAIRE, *En torno a la revolución catalana de 1640 (Hispania* XLII pp. 66/67) — *Archives Municipales de Bayonne. Délibérations du Corps de Ville. Registres Gascons*, Bayonne 1898, II 214 —

S e r i e s a b b a t u m (nisi aliter notetur, sec Arch. Gen. de Pamplona)

Sandho, prior	1211	Norbertus Echenique	1673
Arnaldus Bernardus	1230/35 ¹⁴⁵⁾	Joseph Gaston	1679/81
Petrus	1288/98	Bartholomaeus Echenique	1685
Petrus de Ainhoa	1360/86	Joannes B. Aleman	1701/03
Dominicus d'Ustaritz	1386— ¹⁴⁶⁾	Franciscus Borda	1º 1705
Joannes de Echandi	1437	Hieronymus Aguirre	1º 1708/11
Petrus de San Martin	1474/82 ¹⁴⁷⁾	Franciscus de Borda	2º 1711/14
Petrus de Salles-Jussan	† 1505	Hieronymus Aguirre	2º 1714/17
Joannes de San Martin	1513	Joannes Thom. Elorga	1º 1717/20
Joannes de Orbara	1522	Hieronymus Aguirre	3º 1720/23
Joannes de Elizondo	1550/53	Joannes Th. Elorga	2º 1723/26
Petrus de Orbara	1560	Hieronymus Aguirre	4º 1726/28
Dominicus de Landibar	1561	Mathias de Ustaritz	1728/29
Joannes de Echaide (sive de Garbalda)	1º 1562	Joannes Th. Elorga	3º 1729/32
Michael de Goñi	1565	Hieronymus Aguirre	5º 1732/34
Joannes de Echaide	2º 1567/69	Michael de Aldecoa	1734/35
Joannes de Abaurra	1570	Bernardus Aguirre	1735/38
Joannes de Echaide	3º 1580/84	Joannes Th. Elorga	4º 1738/39
Joannes de Elizondo	1584—	Joseph Barrenechea	1º 1739/41
Joannes de la Vega	1600	Joseph Alzuguren	1º 1741/44
Franciscus Victores	1603	Joseph Barrenechea	2º 1744/47
Leo de Aranibar	1607/13	Joseph Alzuguren	2º 1747/50
Joseph de Elizondo	1615/18	Joseph Barrenechea	3º 1750/53
Martinus de Mayora	1639	Norbertus Garacoa	1753/56
Laurentius Urrutia	1640/47	Bartholomaeus Barrenechea	
Marcus Herbias	1652	1756/60	
Bernardus Aguirre	1657	Joannes B. Bengoechea	1º 1760/65
Joannes de Maya	1670	Ludovicus de Arbeloa	1º 1765/68
		Franciscus de Ytcea	1768/71

¹⁴⁵⁾ DUBARRAT l. c. habet an. 1275, quod potest esse error. (Necr. St. Jean de la Castelle 16. III).

¹⁴⁶⁾ Arch. dép. Gers H 5, 53 — DUBARRAT, *Missel* habet Petrum de Elizondo an. 1385, et Martinum de Elizondo 1386, qui videntur nobis esse dubii.

¹⁴⁷⁾ Commendatarius, qui recepit habitum Ordinis (Arch. dép. Gers H 5, 55). Definiri nequit, qui inter sequentes fuerit commendatarius, et qui regularis.

Ludovicus de Arbeloa	2º	1771/74	Joachim Arbeloa	2º	1807/15
Joannes Bengoechea	2º	1774/77	Augustinus Sanzberro	2º	1815/18
Gilbertus Tornaria	1º	1777/80	Joannes Ant. de Echeverz		1818/25
Augustinus Thom.	Jubil	1780/83	Joseph Mathias de Elizalde		1825/39
Gilbertus Tornaria	2º	1783/86	Inseri nequeunt:		
Joseph de Enseña	1º	1786/89	Donatus 25. IX (Ob. Praem.)		
Ludov. de Arbeloa	3º	1789/92	Garcias Arnaldi 22. I (Necr. Casedieu)		
Franciscus Miranda		1792/95	Joannes Sanctius 10. VIII (Necr. La Castelle)		
Bartholomaeus de Jusue		1795/98 ¹⁴⁸⁾	Petrus 20. III (Necr. Arthous) ¹⁴⁹		
Joseph de Enseña	2º	1798/1801			
Joachim Arbeloa	1º	1801/04			
Augustinus Sanzberro	1º	1804/07			

V A L L C L A R A

Vallis Clara¹⁵⁰⁾

In oppido Cabacés, part. jud. de Falset, prov. de Tarragona, dioc. Tortosa, in Hispania. — Vitetur confusio cum vicis Vallclara, altero in prov. de Lérida, altero in prov. et dioec. de Tarragona, ubi numquam fuerunt monasteria.

Fundatio abortiva, quae tamen certe per decennium circiter exstitit. Eugenius PP. III, circa annum 1147, proclamavit, milites cruce signatos, qui contra Mauros in Hispania proeliarentur, easdem posse lucrari indulgentias, quas qui in terram sanctam fuerant profecti. Inde et multi religiosi crucem assumpserunt contra Saracenos in Hispania: ex nostro quidem Ordo abbates Gualterus, Sti. Martini Laudunensis, et Stephanus Flabonismontis, unusquisque cum turba fratrum. Ad victoriam celebrandam, Deoque gratias agendas, principes christiani ambobus abbatibus dederunt loca in terra expugnata, ad monasteria ibi fundanda. Gualterus recepit Stum. Vincentium Ulissiponensem¹⁵¹⁾, Stephanus locum Amicabescir, sive melius: Avincabacer in ditione Tarragonensi. Stephanus mox recessit in abbatiam suam¹⁵²⁾, Fridericum priorem relinquens cum fratribus in Avincabacer,

¹⁴⁸⁾ Abbates ab an. 1793 Solebant signare tamquam „abbates de Loyola“, donec post visitationem et reformationem, iussu regis an. 1803 per abbatem de Retüerta peractas, conventus revertit in Urdax, sub primo triennio abbatis Augustini Sanzberro.

¹⁴⁹⁾ Seriem abbatum, saec. XVII/XIX, et multam aliam materiam hac de canonica nobis procuravit R. P. Germanus de Pamplona OFMCap. Lecaroz.

¹⁵⁰⁾ Designatio „Claravalls“, sive „Clara Vallis“, quam tribuimus huic domui supra I 23 et III 71, non est accurata.

¹⁵¹⁾ Lisboa S. Vicente de Fora (Portugal), de quo vide infra apud Circ. Hispaniae.

¹⁵²⁾ Flabémont, v. supra p. 71

anno 1148, quod Raimundus comes Barcinonensis, fundator et donator, voluit deinceps appellari „Vallis Clara“. Fundatio perficitur, ecclesia et monasterium construuntur. Tamen decennio post, Praemonstratenses locum iam dereliquerant, quem Raimundus comes „amonitione et rogatu ipsorum inde prorsus abeuntium“ donat episcopo Dertusiensi (Tortosa). Instrumentum cessionis, anno 1158, signatum est a Friderico priore et octo canonicis, qui videntur constituisse totam communitatem Vallisclarae. Annis 1163 et 1167 legimus adhuc de „clericis ibi Deo servientibus“, sed postea non amplius fit verbum de vita communi.

Caresmar, ad augendam dignitatem et antiquitatem monasterii sui Bellipodiensis, autumat fundatorem illius, Joannem de Orgaña, emisisse professionem in Valleclara, et ea suppressa, una cum tota communitate emigrasse in specum Bellipodiensem, qui aliud nihil esset nisi continuatio illius. Quod vero nullo modo potest probari, immo hypothesis ista valde improbabilis est dicenda. Vix credere valemus, Joannem et reliquos fratres, vitam coenobiticam et ordinatam, in Valleclara incoptam, liquisse pro eremitica in specu. Joannes probabilius eremita fuit ab initio, vitam coenobiticam numquam accipere volens pro se ipso, et aegre pro discipulis. Si Bellipodium fuisse mera continuatio Vallisclarae, utique retinuisse paternitatem abbatis Flabonismontis, neque acceptasset novam Casaedei tutelam.

Verae causae interitus Vallisclarae nobis videntur fuisse sequentes: Saraceni in ditione Tarragonensi, vix subjugati, nonnisi exterius se converterant ad fidem Christi, et manserunt infensi religiosis, qui insuper continuis aggressionibus a parte infidelium vicinorum erant expositi. Praeterea dioecesis de Tortosa vix denuo erecta, opus habuit augmento dotacionis, et concupivit bona a comite data Ordini. Videtur, non secus atque in Sto. Vincenzo Ulissiponensi quod fundator, et etiam episcopus, noluerunt admittere paternitatem cuiusvis abbatis extranei¹⁵³⁾; ideo Lotharingi sub istis infastis adjunctis, praetulerunt reverti in patriam suam. Indigenae manserunt probabiliter in patria. Forte emigravit pars eorum in Bellipodium. Tamen et alia hypothesis est possibilis. Praemonstratenses constituisse una cum fundatione Vallisclarae, vel paulo post, asceterium in vicinitate, fieri omnino potuit. Talis enim mos erat in Ordine usque ad annum circiter 1150, praesertim in Lotharingia. Atqui non longe a Vallclara, in Bonrepos (de quo vide infra sub dubiis), invenitur versus finem saeculi XII monasterium duplex ignoti originis, nulli ordini adhaerens. Forte ibi sedem fixit pars communitatis, una cum sororibus, ab Ordine dericta. Tale quid plus semel evenit in historia Ordinis.

¹⁵³⁾ Vide infra apud hanc abbatiam. Confer Bellpuig de las Avellanas, in cuius fundatione comes de Urgel eandem conditionem fecit.

Anno 1608 exstitit ecclesia abbatialis adhuc integra, sicut et pars monasterii. Hodie subsistunt ruinae aedificii cuiusdam, quod supponitur fuisse quondam abbatia.

Archivalia non subsistunt. MS PASQUAL VIII 760 (cf. *Butlletí* 1918/19 p. 204); copiae 7 chartarum 1149/67. — Cf. CARESMAR *Anales*, et *De Rebus*.

Litteratura: HUGO II 1015, pr. 633 — WAEFELGHEM 807 — COTTINEAU 3283 — VILLANUEVA *Viage* (v. Bellpuig) V 69, XII 77/79 — ZAK 13 — *Geografia de Catalunya, Prov. de Tarragona*, ed. E. MORERA, p. 389 —

V I C - F E Z E N S A C B. M. V.

Vicus Fesentiaci, Sta. Maria extra muros.

Oppidum inter Auch et Eauze, dép. Gers, dioc. Auch, Gallia.

Praepositura, orta e xenodochio pro peregrinis Stum. Jacobum petentiibus, dato abbatiae Casaedei inter annos 1148 et 54. De historia primaeva nihil scimus¹⁵⁴⁾. Mox ecclesia fit parochialis. Anno 1465 evehitur in praeposituram ad nutum abbatis Casaedei, pro 12 canonicis, quod confirmatur a Capitulo Generali. Archiepiscopus Auxitanus (Auch) dotat novam canoniā parochiis sequentibus: Sarambat, Caillavet, St. Jean-Poutge cum annexis: Leviac, Tabaux, Pléhaut et Lugagnan. Comes de Armagnac donat 4 capellianas in castris suis de Auch, Vic et Lavardens. Abbas Casaedei addit parochias sive grangias de Vic-Fezensac, Martéret, Bourgos et Mourède. Anno 1559 ab haereticis combusta est. Annis 1569 usque ad an. 1633, ne grangarius quidem resedit in loco. Tamen mansit parva communitas, quae anno 1572 restringitur ad sex canonicos, quorum unus alterve excurrit in Leviac et in Tabaux. Anno 1625, conventus deputatum misit ad Capitulum Generale, petens restorationem canoniae tamquam praepositurae sui juris. Capitulum annuit, tamen res suspensa remansit usque ad annum 1630, propter oppositionem abbatis Casaedei. An. 1669, dictus abbas expostulavit jus nominationis grangarii, de cuius amovibilitate diu litigatum est. Ab an. 1711 unus tantum canonicus degebait in domo, sed reclamante populo, conventus mox denuo est auctus. Etsi in actu suppressionis denuo grangarius solus eam habitaret, tamen usque in finem habebatur ut prioratus conventionalis. Supersunt capella et rudera monasterii.

¹⁵⁴⁾ BACQUE p. 45 dicit, xenodochium initio a magistro solo fuisse administratum. Quod vix possumus admittere. Hoc enim nimis infregisset morem Ordinis medio saeculo XII. Generatim magistris assistebat parva communitas conversorum, immo saepe aliqui canonici eis erant adlati.

A r c h i v a l i a : Arch. Dép. Gers H 5 64/66, 75, 367/69 — ACG Laon 674 — BMun Tarbes, Glanages LARCHER II 305, IV 388, V 191, 385, 401, VI 283, 365, 385, 405, 465, 642.

L i t t e r a t u r a : HUGO I 486 — WAEFELGHEM 50 — COTTINEAU 3359 — Z. BACQUE, *Le monastère de N. D. de Vic-Fézensac* (BSArGers XV, 1914, 55/65. (Adducit seriem grangariorum.)

D U B I A A G U I L A R B. M. V.

Capella solitaria inter Bellpuig de las Avellanas et Balaguer. Dioc. Urgel, prov. Lérida, Hispania. — Vitetur confusio cum potenti abbatia huius nominis (Circ. Hispaniae).

Secundum traditionem, juxta hanc capellam quondam erat asceterium. Caresmar refert, in reconstructione eius, an. 1740, fuisse inventa rudera vetustorum aedium, ossa et tumuli, quae vero omnia — ut censem ipse Caresmar — videbantur esse antiquiora saeculo XI. Atvero nos suspicamus, Caresmar in judicio suo de antiquitate ruderum et ossium errasse. Monasterium tempore Visigothorum extitisse in hac regione vix habitata, arida et inaquosa, est parum probabile. Abbatiam Bellipodiensem fuisse initio monasterium duplex, et habuisse adhuc sorores anno 1204, authenticè constat. Quas sorores collocare in loco quodam vicino, erat de more Ordinis. Traditionem popularem referri ad has sorores Praemonstratenses potius quam ad asceterium quoddam visigothicum, est verisimile. Quidquid est, certitudinem hac de re non habemus.

F o n t e s : CARESMAR *Anales* 203 (in caeteris operibus eius: passim).

A R R O S St. Anna

Sta. Ana de Arros. Gallice: Ste. Anne d'Arres.

In Pyrenaeis hispanicis, Val d'Aran, juxta limites Galliae. Dioec. Comminges.

Prioratus. Petrus de Malavicina an. 1240 dat abbati Casaedei locum Arros, ut „in dicto loco monasterium praefati ordinis instituatur... volo quod si ibi divinum officium non fieret competenter, revertatur ad me vel ad posteritatem meam¹⁵⁵⁾. Stipulatur instrumentum, quod „abbas Casaedei erit in perpetuum patronus, praesentator et institutor dicti monasterii de Arros“. Etsi opportunum fuisse, secundum mentem illius temporis, divinum officium non posse fieri competenter in monasterio quodam nisi per

¹⁵⁵⁾ LARCHER V 166

communitatem saltem exiguum, fundator videtur supponere, ibi unum tantum religiosum exponi. In Hispania etiam beneficia simplicia religiosis commissa, interdum vocabantur „monasteria“.

Archivalia et Litteratura: v. Casedieu. Specialia: Arch. dép. Gers, Auch H 5, 89 — LARCHER *Glanages* V 165/69.

I. B O N R E P O S B. M. V.

Sta. Maria de Bono Repauso, -del Buen Reposo; Domus Boni Repausi.

In culmine montium de Monsech, com. de Salvador de Toló, distr. judic. de Tremp. Prov. de Lérida, dioec. Urgel, Hispania.

Prioratus cum sanctuario B. M. V., quod dederunt comites Urgellenses abbatiae Bellipodiensi ante annum 1205. Aserente Caresmar, hoc anno ibi degerunt tres canonici, et sorores, hospitali adnexo inservientes. Varii auctores, immo Caresmar et alii historiographi Bellipodienses, nefastam committunt confusionem cum asceterio ut infra¹⁵⁶⁾, eiusdem nominis, ideoque assertio supra dicta videtur nobis esse incerta. De hospitali apud sanctuarium BMV ceteroquin nihil scitur, neque de sororibus fit verbum in posterum. Putamus, sorores Bellipodienses, quas extitisse videtur esse certum, vel ad minus valde probabile, potius fuisse in Aguilar, de quo supra. Sed non est impossibile, Bellipodium partem sororum collocasse etiam alibi. Anno 1224, prioratus de Bonrepos, qui forte initio fuerat domus formata, datur monasterio Sti. Nicolai de Fondarella in dotationem¹⁵⁷⁾. Illo tamen collapso, revertitur ad abbatiam matrem. Saeculo XVIII, unus tantum canonicus, prioris titulo auctus, ibi fuit expositus, parochiam vicinam administrans. Annis 1809/13 pars communitatis abbatiae invenit refugium in Bonrepos. Subsistit capella sanctuarii, cuius Imago anno 1936 est combusta.

Archivalia et Litteratura: vide Bellpuig. — N. CAMOS, *El Jardin de Maria*, 2a ed. Gerona 1772, VI 235 — PUJADAS 504 — VILLANUEVA, *Viage lit.* XII 82.

II. B O N R E P O S B. M. V.

Monasterium Bonaquietis, -de Bono Repauso, -de Bona Requie.

Prope La Morera, Sierra de Montsant, non longe a Falset versus aquilonem. Hodie vocatur Sant Blay. — Prov. et dioec. de Tarragona, Hispania.

¹⁵⁶⁾ Confusio est talis, ut apud omnia quae referunt dicti auctores de hoc monasterio, vix possit discerni, de quoniam revera agitur.

¹⁵⁷⁾ CARESMAR *Anales* 248. — De abbatia Sti. Nicolai vide supra.

Asceterium cisterciense, ortum tamquam monasterium duplex ignoti ordinis et originis ante annum 1203. Cum non longe distet ab antiqua abbatia Vallisclarae, de qua supra, fieri potuit, ipsum esse ortum ex asceterio quodam illi primitus adiuncto. Praemonstratenses enim Lotharingi, fundatores Vallisclarae, ante annum 1150 domibus suis parthenones in vicinitate sitos solebant adnecti. Valleclara ignotis ex causis decennio post extincta, fratres Lotharingi probabiliter in patriam sunt reversi. Aliter de indigenis, interea absque dubio ingressis. Forte aliqui se aggregaverunt communitati nascenti circa specum Montis Malet vel Bellipodii, ut vult CARESMAR. Forte vero saltem partim, manserunt in loco vel juxta, ubi ab Ordine neglecti aut separati, fundaverunt monasterium duplex de Bonrepos. Propter proximitatem potentis abbatiae de Poblet O. Cist, ordini illius se adiunxerunt ante annum 1215. Coniectura est haec, quae aliquatenus debilitatur facto, quod coenobium nostrum ante annum 1203 non occurrit. An. 1253, abbas Bellipodiensis delegatur ad visitationem monasterii de Bonrepos¹⁵⁸⁾. An. 1279 iam regitur ab abbatissis, antea fuerat prioratus. An. 1327 adhuc ibi inveniuntur „fratres et sorores“¹⁵⁹⁾. Anno 1462 suppressum est. Subsistunt aedes et rudera.

Archivalia: Arch. de la Corona de Aragón, Barcelona, Reg. de la Cancillería, cf. indices et schedaria. — CARESMAR opera omnia, passim (semper identificat cum Bonrepos prope Tremp) — PASQUAL IX 335, expresse historiam asceterii O. Cist. tractat ibid. 533/39.

Litteratura: *Geografía General de Catalunya, Prov. de Tarragona*, ed. E. MORERA, pp. 418/20.

D U R A N C E

Cant. Houeillés, arrond. Nérac, dép. Lot-et-Garonne, dioec. Agen, Gallia.

Prioratus, sive grangia abbatiae Sti. Joannis de Castella. Fundata est probabiliter saec. XII. Extensio aedium, et valor reddituum (saec. XVII: 1500 Libr.) innuunt, hanc domum fuisse quandam formatam, quemadmodum Lannes vicina, et Vic-Fezensac. Subsistunt ecclesia et monasterium.

Archivalia et Litteratura: vide St. Jean-de-la-Castelle. Specialia: L.DARDY, *Le prieuré de la grange de Durance*, Bordeaux 1860 — IDEM, *Le prieuré de la grange, ou le toit d'adoption*, Paris 1888 — MARBOUTIN, *La grange*.

¹⁵⁸⁾ PASQUAL IX 335

¹⁵⁹⁾ Arch. Corona de Aragon, Reg. de Cancilleria t. 474, f. 172. Factum, quod monasteria duplia in Ordine Cisterciensi a cunabulis fuerunt aliquid inauditum et aegre toleratum, in Praemonstratensi vero norma initio, et alia sub forma, toleratum quid in posterum, favet nostrae hypothesi de origine Praemonstratensi nostri asceterii.

de Durance, Agen s. d. — J. VILLIET, *Le prieuré de la grange de Durance (Actes académ. Bordeaux, 3e sér. XXII, 1860, p. 243)* — SORBIETS (*Rev. de Gascogne* XIX, 1878, 516).

S U B E R N O A St. Jacobus Maior

Suber-, Zubernoia, -noy — Santiago de Subernoia, Prieuré de Hendaye.

Prope Urrugne (Hendaye), in vico hodie „Santiago“ nuncupato, juxta limites Hispaniae, dép. Basses-Pyrénées, dioc. Bayonne, Gallia.

Perantiquum xenodochium peregrinorum Stum. Jacobum in Compostella potentium, et quidem ultimum in Gallia. Fundatum, vel potius ampliatum et Ordini Praemonstratensi traditum saec. XII a Geraldo de Zubernoia. Abbatiae de Arthous, cui erat incorporatum, et Lahonce hanc domum reli-giosis suis administrabant. Parochia Biriatau ei erat adnexa. Primitus probabilitate domus formata, saec. XVI fit beneficium simplex. Saec. XVIII ibi residebant 2 canonici. Priores interdum erant de clero saeculari. Subsistunt domus dicta „priorenia“, et „Insula Hospitalis“, quae revocant hunc prioratum.

Archivalia et Litteratura: vide Arthous et Lahonce. Speciatim: J. NOGARET, *L'abbaye d'Artous et le prieuré de Subernoia* (BSE Bayonne 1930, pp.218/46).

P R A E T E R M I S S A

S T. B E R N A R D

Montory-St. Esprit, Beauvoir.

In suburbio civitatis Baionensis, sede episcopali, dép. Basses-Pyrénées.

Parthenon cisterciense. Fundatus ante annum 1168 tamquam prioratus abbatiae de la Cagnotte OSB juxta flumen Adour. Postea moniales ignoti ordinis, ad aliam ripam fluminis mox translatae. Quas fuisse primitus Praemonstratenses sub tutela canoniae Lahonce, haud est impossibile, sed nullo modo probari potest. Confer ad hoc Goujon et Bonrepos. Saec. XIII certe est asceterium O. Cist sub invocatione Sti. Bernardi. Anno 1353 citatur „abadesse de St. Bernard de l'Ordre de Prémontré“. Quod absque dubio est error, ut iam cognovit Dubarrat. Origo huius assertionis, Compaigne, omni suspicio est obnoxius¹⁶⁰). Monasterium floruit usque ad revolutionem, supersunt residua in suburbio St. Esprit.

¹⁶⁰) *Hist. de Bayonne* (MS Copia BMun Bayonne) p. 91. — V. etiam supra apud Divielle.

F o n t e s : COTTINEAU 2614 (vide ibi bibliographiam) — V. DUBARRAT,
Le Missel cccxcij.

B E A U P U Y S

Dioec. Uzès, dép. du Gard, Gallia.

Prioratus Ord. Praem. secundum COTTINEAU 311. Plane ignotus est, ne quidem locus huius nominis existit in hac regione. Absque dubio est confusio vel error¹⁶¹⁾.

¹⁶¹⁾ Ut mihi benigne communicavit Archivarius Provincialis Nemausi, M. J. Sablou.

CIRCARIA HISPANIAE

Hispania saeculo XII, quoad omnia alium omnino aspectum praebuit quam ultimis peractis saeculis. Pars meridionalis adhuc ingemuit sub tyranide Arabum, immanni sectae Mahumeticae adhaerentium. Pars septentrionalis divisa erat in varia regna christiana: Leon, Castella, Aragonia; comitatus Urgellensem, Barcinonensem, et cetera. Christiani principes continue Arabes debellabant, in diem provincias quondam christianas illis arripientes, propriumque territorium augentes. In media ista bella advenit Ordo noster, in Regnum scilicet Castellae, non quidem ab extra-
neis illatus, sed ut videtur. per indigenas. Traditio saec. XVII prima vice occursens, et nullo alio documento probata¹⁾, refert duos nobiles juvenes in archicoenobium tetendisse eo tempore, quo sanctus Fundator adhuc ibi degebat. Post multos denique annos formationis, anno enim 1143, reduces in patriam, ibi fundaverunt duas abbatias, Retortam videlicet et Vitem. Retorta erat canonia in circaria semper primaria, sub paternitate abbatum Casaedei, unde putamus primos venisse Praemonstratenses in Hispaniam. Reges Alphonsus VII et VIII, Castellam gubernantes secundo dimidio saeculi XII, nihil exinde omiserunt, ut novum Ordinem in suo regno propagarent. Quod factum est brevi tempore, miro quoque modo. Miramur tamen, has fundationes limites Castellae Veteris vix excessisse. In illa

¹⁾ Licet sit possibile, hanc narrationem habere aliquod fundamentum in re, tamen huiusmodi „traditiones antiquissimae“ valde sunt incertae. Pernotum est, scriptores religiosos in peninsula saec. XVI/XVII, historiam temporis anteaacti, non semper gloriosam, absque scrupulo „correxisse“, fingendo fabulas in maiorem gloriam ordinis, et comburendo documenta onerosa et scandalosa. In circaria nostra, fr. Bernardus de Leon circa annum 1600 contextuit suam „*Chronicam Ordinis*“, piis „reflexionibus“ turbidam, de qua vide infra inter „*Fontes*“. Nullas adducit fontes, atque multiplicat hypotheses audaces, immo fabulas nullo documento fundatas, ad resarcendam malam famam, qua laborabat Ordo in Hispania ante reformationem. Ordini suo arrogat non solum Stum. Dominicum, sed etiam Stum. Antonium de Padua. et originem duorum ordinum militarium; facit Stum. Norbertum apostolum Immaculatae Conceptionis BMV, et alia huiusmodi. E. de Noriega, abbas Vitensis († 1739), historiographus alioquin eximius, paululum magis adhibuit criticae, sed zelo fervens pro Ordine suo, materiam fratris Bernardi ex integro transsumpsit, tentans ei subministrare probationes ex „antiquissima traditione“, vel ex „codice vetustissimo“, de quibus vero numquam inventum est vestigium. In fide abbatis de Noriega, Hugo adinventiones fr. Bernardi quoad maiorem partem suis Annalibus inseruit. Patet ex dictis, historiam circariae circa multa esse revidendam, et denuo inquirendam.

enim omnia fere coenobia Ordinis fuerunt sita. Alioquin, in regno contiguo Legionensi (Leon), Ordo paucas tantummodo fecit fundationes: Alba de Tormes, Ciudad Rodrigo, S. Miguel de Groz cum parthenone Stae Sophiae, et Villoria. In Oriente Hispaniae extiterunt aliquot monasteria, nullum usque ad saeculum XVI nexus habentia cum circaria nostra, de quibus vide supra apud Circ. Gasconiae. Secundum Hugo, Ordo in Lusitania habuit monasteria quatuor, scilicet Stus. Vincentius Ulissiponensis, Ermida do Paiva, Vandoma et Pereiro. Quorum ultimum est praetermittendum sicut Stus Lodiis in Galicia, reliquae vero domus historicis praebent problemata intricatissima. Stus. Vincentius erat fundatio abortiva. Ermida, forte etiam Vandoma, nonnisi saeculis XIV/XV ad tempus ad Ordinem potuerunt pertinere. Quae thesis, debili licet arguento nitens, habet tamen suam probabilitatem. Nihil enim scitur certi, praeter factum, quod Ermida, an. 1499 ab Ordine vindicata tamquam sua, abhinc per integrum saeculum XVI revera ad circariam nostram pertinuerit.

Meridies peninsulae expugnata est saeculis XIII/XV. Ordines mendicantes ab hoc tempore ubique, sed praesertim in Hispania, tantopere praevaluerunt antiquioribus, ut pro his vix amplius factae sint fundationes. Inde ne unam igitur domum Ordo in illis partibus obtinuit, neque a saeculo XVI in coloniis Hispaniae ultra mare. De fundationibus saec. XVI/XVII loquemur infra ubi de Congregatione Hispaniae. Ordini tradita sunt saec. XII aliqua monasteria vetusta, quae antea fuerant OSB, OSA vel collegiata. Duo per longum tempus manserunt prioratus: Groz atque Segovia. Sequentes fundationes erant abortivae: scilicet abbatiae de Tejo, de S. Juan de la Peña, de Toledo?, prioratus de Tortoles et de Fuenta la Encina. Duae abbatiae potentes suppressae sunt saeculo XV: S. Miguel de Groz, et S. Leonardo de Alba. Altera in bello devastata, altera Ordini vi avulsa est. Nomen Ordinis Hispanis semper videtur fuisse durum ad proferendum, ideo mutabatur in „Orden de Premosten, -Permoste, -Premostre, -monstre, Pero-, Pedromostenses, -mostatenses; Mostratenses“. A saeculo XVII praevaluit designatio „Mostenses“. Propter distantiam, iam a saec. XII alternatim bini abbates tantum ex hac circaria tenebantur adire quotannis Capitulum Generale. Anno 1514, abbatibus Hispaniae permissum est omnino abesse a Capitulo, et per 12 annos omni triennio habere Capitula Provincialia, dummodo solverent tallia Ordini²⁾. Monasteria ante annos 1160/70 fundata omnia videntur fuisse duplia, teste necrologio Vitensi. Anno 1164, in translatione communitatis a Sacro Monte in Vitem, Dominicus abbas moniales suas eiecit et absque victu dereliquit. Supponimus, simile quid

²⁾ *Anal. Praem. XIV* 160

actum esse et aliis in locis. Moniales de Retuerta, de Aguilar³⁾, de Caritate, de Ibeas, de Avila, de Arenillas, de Villamediana, de Segovia, de Alba de Tormes adhuc saec. XII videntur fuisse electae aut suppressae ab abbatibus, nihil scimus de earum sorte. Sorores autem de Villamayor, de Bujedo, de Medina del Campo, et de San Pelayo de Cerrato, aut invenerunt abbates benigniores, aut benefactores ut Vitenses; translatae enim sunt in alium locum, ubi saec. XIV videntur interiisse praeter Sta. Maria de los Huertos, quod an. 1418 transiit ad alium ordinem. Eodem tempore interierunt Brazacorta et Freznillo. Sola S. Miguel de Groz videtur mansisse monasterium duplex usque ad annum 1305, quando translatae sunt ultimae 5 moniales. Generaliter potest dici, Circariam Hispaniae monialibus fuisse infensam. Sta. Sophia de Toro, asceterium solum superstes, durante saec. XIV se ab ordine alienavit et ita salvatum est. Quae domus, sicut proles ab ea creata saec. XVI, scilicet Villoria, sunt unica residua Ordinis hodie dum in Hispania. Abbatiae huius circariae adhuc saec. XVI non tantum viros tamquam donatos accipere solebant, sed etiam mulieres⁴⁾.

Ecclesiae, quibus in actu foundationis abbatiae interdum solebant ditari, in Hispania multoties „monasteria“ erant vocatae⁵⁾, et raro gaudebant jure parochiali. Aguilar saeculo XIII, possedit plus quam 40 ecclesias, aliae vero canoniae licet grandes, ut Vitis et Retuerta, vix unam. Praeter Aguilar, et Ibeas et Bujedo varias habebant ecclesias, de aliis autem abbatii fere nihil est notum hac de re. Monasteria ecclesiis ditata, paucas tantum ex illis propriis canonicis solebant administrare. Circaria Hispaniae ministerium parochiale parum curabat, maior pars canoniarum vix umquam videatur exposuisse fratres. Saec. XVI iam omnes abbatiae videntur habuisse jus pontificalium, immo haud paucae gavisae sunt jure quasi-episcopali in suis territoriis⁶⁾. Anno 1347, Clemens VI Circariae Hispaniae iam concedit plenam exemptionem ab episcopis. Magnitudinem monasteriorum possumus concludere ex taxis, ad quas solvendas tenebant singula secundum decretum Capituli Provincialis anni 1525 (34 maravedis = 1 Real = 25 centimos de oro): Retuerta 800 maravedis, Vid 4000, Aguilar 1500, Ibeas 1000, Cerrato 850, Villamediana 250, Monzon 1500, Villamayor 750, Bujedo 850, Medina 600, Arenillas 300, Caridad 2250, Segovia 800, Avila 400, Villoria 200. Prioratum unusquisque 200 (Almazan, Toro S. Tomas,

³⁾ In Necrologio Vitensi invenimus „conversam“ quandam in Aguilar saec. XV vel XVI. Cum sit hic casus satis solitarius, agitur forsitan de donata.

⁴⁾ AHN Bujedo (an. 1556)

⁵⁾ Vide supra p. 204 (Arros). Similiter, saec. XII/XIII, sacerdotes omnis generis vocari solebant „abbates“, inde magna confusio.

⁶⁾ Quod ius in Hispania facile concedebar, neque implicat ex toto statum „abbatiarum nullius“ ad mentem moderni C. J. C.

Tobar, Villapedro) Freznillo 300, Brazacorta 550, Medianedo 150. Anno 1657 contribuerunt quotannis: Medina 4 ducatos, Caridad 16, Avila 4, Segovia 6, Vid 16, Urdax 30, Buggedo 10, Ibeas 4, Valladolid 5, Villa-mayor 3, Aguilar 12, Cerrato 2, Madrid S. Norberto 10, S. Joaquin 4.

De activitate intellectuali et de studiis pauca scimus. Scriptores ante saeculum XVI noscuntur nulli, noti tamen sunt duo architecti, constructores ecclesiarum de Aguilar et de Sta. Cruz, Sancti et Beati extabant nonnulli, licet nullius ex eis cultus erat admissus. In recuperatione territorii a Saracenis occupati, et in Inquisitione, etiam Praemonstratenses Hispani habuerunt suam partem. Disciplina autem regularis in hac circaria citius aliis coepit dilabi. Iam anno 1202, canonici in Aguilar disponunt de propriis bonis⁷⁾), tamen videtur hoc saeculum adhuc fuisse tempus relative bonum, fit enim an. 1243 fundatio in Villoria. Sed circa annum 1300, et quidem satis abrupte, res vertunt in peius. Abbates a religiosis vi expelluntur, auxiliante brachio saeculari⁸⁾), religiosi se vocant „capitulares“. Anno 1282, pacta fuerat confraternitas inter Ordines Cisterciensem, Praemonstratensem et Sti. Benedicti contra commendam et nobiles invasores bonorum cleri⁹⁾), quae perniciem per integrum saeculum potuit detinere. A saeculo, tamen XV, commenda evasit communis, a Curia Romana sola introducta, mediantibus eius nuntiis. Principes in Hispania in has res vix se immiscebant. Quod diximus supra de commenda apud Galliam et Italiā¹⁰⁾), eo magis valet de Hispania. Saec. XIV/XV multi clerici, ab Ordine alieni, adipiscerant abbatias in commendam ea sub conditione, „ut emitterent professionem“; ideo difficile est dictu, quinam habendi sint ut regulares. Abbates isti, regulares facti per commendam, generatim non erant meliores meritis commendatariis, et resignare solebant in manus cuiusdam nepotis aut amici. Abbates autem regulares „ab ovo“ in diem hos abusus imitabantur. Impune et absque scrupulo bona substantialia monasterii vendiderunt in proprium emolumenatum, curias et beneficia dederunt propinquis et amicis „emphyteutice“, id est in perpetuum et irrevocabiliter. Ali-

⁷⁾ MENENDEZ PIDAL nr. 2

⁸⁾ Ita in Aguilar an. 1323 (AHN Perg. Aguilar 1675,11), et alibi *Lettr. Jean XXII* 30123.

⁹⁾ FEROTIN 273, Ant. Esp. II 174. Textum completum, cum nominibus abbatum, invenitur apud *Coleccion de escritores y privilegios de las Iglesias de España*, VIII 107.

¹⁰⁾ Vide supra I 331, 375; II 96, 126, 245, 445/46; III 53, 156.

qua monasteria circariae hisce scandalis adeo sunt dilapsa et depauperata, ut saeculo XVI debuerint supprimi.

Unicum remedium ad resarcienda scandala haec, erat tunc temporis introductio abbatum triennalium¹¹⁾, a celebri Congregatione Vallisoleitana Ord. Sti. Benedicti iam saeculo XV peracta, ad instar ordinum mendicantium, qui etiam quoad cetera habebantur ut forma reformationis, ordinibus antiquioribus imponenda. Mendicantium ordo ferventissimus, et clarissimus in Hispania tunc erant Hieronymitae, cui egregie favebant principes et episcopi. Joannes de Rosales, abbas Retortae, iam an. 1525 operam dedit ad obtinendam triennalitatem — innovationem salutarem, licet traditioni Ordinis alienam. Sed in vanum. Retorta, quae semper habuit abbates „plus minusve“ regulares, ab anno 1547 demum habuit triennales. Cardinalis Iñigo Lopez de Mendoza, commendarius Vitensis optimus, vere benefactor Ordinis, obtinuit anno 1532 triennalitatem pro abbatia sua, quam voluit esse caput Congregationis cuiusdam reformatae, exemptae a Praemonstrato et a Retorta, soli Sedi Apostolicae subiectae¹²⁾. Ideo abbates Vitenses ab anno 1535 erant triennales. Aguilar coacte tantum novae Congregationi se adiunxit¹³⁾, sed mox recidit in commendam. Machinationes variae ad irritum redegerunt veram reformationem et propagacionem „Congregationis Vitensis“. Anno 1545, Paulus III revocat constitutionem, in favorem illius a Clemente VII datam.

Ita se habuerunt res, cum Philippus II rex post medium saeculum XVI, magno cum zelo reformationem ordinum antiquorum sui regni adiit. Nullum monasterium existere aestimans in nostra circaria, quod revera esset fervens ac regulam observans, voluit reformationem illius committere per dilecto suo ordini Sti. Hieronymi, eo quidem sub praetextu, quod ille eandem regulam Sti. Augustini profiteretur¹⁴⁾. Mense octobris an. 1567, rex

¹¹⁾ Fratres Hispani persuasum habuerunt, Curiam Romanam et post decreta Concilii Tridentini esse prosecutaram, abbatias eorum dare in commendam sicut fecerat semper, non obstantibus quibuslibet bullis, privilegiis, et missionibus sollemnibus. Atqui Curia aegre potuit abbatias in commendam dare „ad triennium“, et revera numquam fecit. Inde etiam diffidentia Hispanorum erga Gallos et erga Praemonstratum, hanc innovationem introducere recusantes, et ideo damno commendae in perpetuum obnoxios.

¹²⁾ AHN Perg. La Vid. Carp. 387, 9 et 10

¹³⁾ Ibid. 387, 15. De fraude abbatis Miño vide infra apud Aguilar. In Charitate introductio triennalitatis successit (an. 1552), non vero in Ibeas et Avila, quidquid dicat HUGO.

¹⁴⁾ Vide totam materiam de hac re in Arch. de Simancas PR 23, SENR 906/07, 910 et in Arch. Vat. (cf. SERRANO CDiplSS, indices)

obtinuit breve a Pio PP. V, statuens, ut „fratres Praemonstratenses ad observantiam fratrum Sti. Hieronymi cum effectu educantur“. Atqui Matriti nescierunt, quomodo hoc mandatum esset interpretandum. Missi sunt statim bini fratres Hieronymitae in unamquamque abbatiam circariae, tamquam reformatores. Hieronymitae, ex concupiscentia incorporandi bona et monasteria circariae ordini suo ex integro, sinistre calumniantes exageraverunt apud regem et apud Curiam Romanam gravamina contra Praemonstratenses¹⁵⁾, declarantes, illos esse tam funditus corruptos, ut reformatio peragi non posset nisi per suppressionem. Ideo rex mense februarii an. 1568 Nuntio, posteaque ipsi Summo Pontifici patefecit, suppressionem Ordinis Praemonstratensis in suo regno, et integrationem domuum illius in Ordinem Sti. Hieronymi esse suam voluntatem. Ad Praemonstratenses scripsit, paterna cum unctione, epistolam benignam, eos commonens ut reformationi se submitterent; Hieronymitis autem commendavit, ut Praemonstratensibus tenorem sui mandati, scilicet completam illorum suppressionem, celarent, ne nimis offenderentur, neque machinationibus vel oppositione obstacula possent ponere¹⁶⁾). Officialibus suis, qui Praemonstratensibus fere ubique faverunt, Hieronymitisque omni modo se opposuerunt, severe imposuit, ut mandatis regiis obedirent. Interea „reformatores“ Hie-

¹⁵⁾ Dixerunt. Praemonstratenses non habere nisi sex vel septem monasteria a paucis religiosis habitata, quod veritati non concordabat. Prior Generalis Hieronymitarum in epistola ad regem enumerat ea, quae criminis dabat illis (Arch. Simancas PR 23, f. 33): „unusquisque abbas habet famulos, et quatuor equos, aliqui usque ad octo. Post resignationem habent pensiones. Religiosi habent peculium, et dispensatione possunt obtinere usum linteaminum lineorum, byretorum, calceamentorum, chirotecaram, crepidarum (= Pantoffeln, quae omnes visitatores saec. XIV/XVI replebant horrore), tunicarum pellicearum, et insuper excent ad venationem. Quinque per annum minuuntur omnes, recreaciones multiplicando postea“. In Retuerta, reformatores Hieronymitae nil aliud potuerunt vituperare, nisi quod aliqui religiosi venabantur cuniculos, quod a Nativitate usque ad Epiphaniam in recreatione vespertina indulgebant ludo cartarum, et quod vetula quaedam lavabat habitus illorum in horto conventuali.

¹⁶⁾ Arch. Simancas 23, 46. — Revera res mansit omnino secreta. Diego de Vergara enarrat, quo modo insolito abbatibus Ordinis innotuit: „... cum tribus coabbatis in itinere eram constitutus, in regione invia et inhabitata, cum occurrit nobis vir plane ignotus, veste humili indutus, et sub silentio mihi tradidit epistolam. Quam dein cognovi esse copiam Brevis Apostolici. Statim notum feci periculum reliquis abbatibus, et misimus abbatem Sti. Saturnini Romam ...“ (MS Vergara Vallad. 166 b)

ronymitae in monasteriis regnaverunt in virga ferrea¹⁷), deponentes et incarcerantes superiores, et excommunicando communitates integras. Tam inhumane se gesserunt, ut Retortae et in Caritate aliqui religiosi in carcere occubuerint. Atqui Praemonstratenses, vehementer offensi, obedientiam illis reformatoribus negaverunt, et suppressioni omni modo se opposuerunt. Jure merito declaraverunt, Ordinem tam antiquum, et quondam tam gloriosum, nequaquam esse tam corruptum, ut mereretur sortem tam turpem¹⁸). Reformationi libenter se fore submissuros, sed tantum in proprio habitu, et secundum propriam traditionem. Perpauci religiosi, induentes habitum Hieronymitarum, se subiecerunt.

In angustia sua, Gonzalo de Salas, abbatem Sti. Saturnini. miserunt Romanum, quia ille ibi potentes habebat amicos. Revera tres cardinales, inter quos Card. de Ferrara, commendarius archicoenobii, varii officiales Curiae et episcopus de Palencia intervenierunt apud Summum Pontificem in favorem Praemonstratensium. Die 18a martii an. 1568 fatale breve apostolicum, de quo supra, revocatum est, novumque ei substitutum, statuens Praemonstratenses in suo statu esse conservandos, et secundum propriam traditionem esse reformandos. Inde jubilus in circaria. Mense tandem julii eiusdem anni, Hieronymitae reformatores secesserunt ad sua, et Patres circariae convocaverunt Capitulum Provinciale Retortam, ad disserendum de remediis ad reformationem. Decreta est fundatio Collegii studiorum in Salamanca, et gymnasii in San Pelayo de Cerrato, inculcata est stricta observatio Statutorum an. 1505. Introductio triennalitatis petitur quidem sed nondum peragitur, quia Capitulum iussu regis interrupitur; aliis innovationibus ad mentem Hieronymitarum tamen se opposuerunt. Atvero Nuntius Castagna, et ipse Philippus rex perrexerunt urgere in reformationem radicalem, omni traditioni alienam: voluerunt facere ex Praemonstratensibus Hieronymitas albis indutos. Anno demum 1570, Summus Pontifex emisit breve novum, quod dabat dicto Nuntio, ad quadriennium, omnem potestatem in causa reformationis. Iam praevisa erant puncta sequentia: abbates triennales, separatio a Praemonstrato, introductio ritus et breviarii romani, suppressio canoniarum pauperum, submis-

¹⁷⁾ Tales reformatores etiam missi sunt in duas canonias ad Circariam Gasconiae spectantes, scil. Urdax et Bellpuig, et ad duo asceteria Toro et Villoria.

¹⁸⁾ Humiliatio pro Ordine Praemonstratensi erat eo profundior, quod supprimendus esse censebatur a rege una cum duobus ordinibus parvis et vilibus, recentis satis foundationis: videlicet cum „Eremitis Sti. Hieronymi“ vulgo „Isidros“, qui habuerant septem coenobia minuscula, et cum „Fratribus Tertiis Ordinis Regularis Sti. Francisci“, qui erant dissoluti omnino.

sio parthenonum jurisdictioni episcoporum. Attamen Nuntius parum potuit perficere. Abbates, et praesertim procurator eorum Romae, fr. Juan Martinez, qui electionem regularem obtinuit pro archicoenobio Praemonstratensi¹⁹), noluerunt reformationem nisi in sensu traditionis, et ita res dilatae sunt.

Defuncto autem Papa, sub successore eius res mutatae sunt. Commissa est causa novo Nuntio Nicolao Ormaneto, episcopo Patavino, qui summo cum zelo, nullam tolerans resistantiam, opus adiit. Die 29a septembbris an. 1573 convocatum est Capitulum Provinciale in abbatia Hortorum Segoviae, abhinc omni triennio repetendum, et hac vice ipso Nuntio praesidente. Quod Capitulum decisivum aliquatenus erat mors antiquae Circariae Hispaniae, simulque fundamentum posuit reformationis efficacis quidem, sed conducentis ad separationem plenam a Capite Ordinis. Erat omnino novum quid. Ideo, quamquam separatio paulo post ad breve tempus fuerit revocata, incipimus novum caput:

Congregatio Hispanica Ord. Praem.

In dicto Capitulo. Nuntius omnes abbatias declaravit vacantes, et definitores nominaverunt abbates „ad triennium“. Tunc apparuit circariam nequaquam fuisse tantopere corruptam quam proclamaverant Patres Hieronymitae: inventi sunt enim haud pauci abbates strenui, zelo religionis ferventes, qui iterum iterumque eligi potuerunt in officia magnae responsabilitatis, usque ad mortem suam²⁰), paulatim reformati monasteriis imponendo sanam et constantem. Cui Capitulo abfuerunt tantum duo abbates: scilicet Sti. Christophori de Ibeas, qui Romae comorans, agendo contra reformationem, propterea a Capitulo depositus est; et Bellipodiensis, qui sub praetextu, se ad aliam pertinere circariam, ab

¹⁹⁾ VALVEKENS scribit *Anal. Praem.* VIII 11: „Juan Martinez, qui joua, paraît-il, un rôle dans la nomination de Jean Despruets comme Général de Prémontré“. Atqui ubera documentatio tradita in MS Vergara Vallad. f. 119/24 abunde probat, illi soli deberi hoc meritum. Summopere enim et solus laborabat ad superandas machinationes personarum potentium, commendae archicoenobii avidarum.

²⁰⁾ Emicuerunt inter illos Juan del Puerto, primus provincialis an. 1573, Gerónimo de Calderon, collaborator abbatis Despruets, Diego de Vergara chronista et reformator, Diego de Mendieta et Francisco Garrido in odore sanctitatis defuncti, Juan Martinez iam supra laudatus, et varii alii, quorum invenies nomina in elenchis abbatum infra.

omni reformatione abhorruit²¹). Capitulum suppressit parthenones Freznillo et Brazacorta, iam diu de facto extintos, et abbatias Villamediana et Arenillas de San Pelayo adeo depauperatas, ut duodecim religiosos non iam potuerint alere. Primae tres domus unitae sunt novo Collegio Salmanticensi in dotationem, Arenillas incorporatur Retortae²²). Quae omnes, sicuti iam dudum parochiae administratae, abhinc vocabantur „prioratus“, et ab uno solo canonico serviebantur. Ritui et breviario Ordinis statim Romanum substituitur, habitus niger praefertur albo. Praecipuum opus Capituli erat redactio novorum Statutorum, ab ipso Nuntio Ormaneto peracta, assistentibus nonnullis religiosis Ordinis, et probabiliter etiam Hieronymitis²³). Primo triennio peracto, et secundo capitulo anni 1576 praesedit Ormaneto, qui practice erat „superior generalis“. Joannes Despuerts, Abbas Generalis Ordinis ab anno 1572, zelo reformationis secundum traditionem ardens, sollicitus de schismate Hispanorum, post mortem Nuntii an. 1577 nihil omisit, ut eos ad unionem Ordinis et ad suam obedientiam reduceret. An 1578, Romae obtinuit bullam, qua munitus est facultate extraordinaria: visitandi scilicet et reformandi omnes domus Ordinis, non obstantibus privilegiis vel exemptionibus quibuscumque. Praemonstratenses Hispani, indignati de praecipitatione ac de elatione Nuntii Ormaneto, nunc parati erant ad tollendum schisma. In Capitulo an. 1581 Retortam convocato, de hac re conferebatur. Secretarium Capituli miserunt Praemonstratum, nuntiantem Abbatii Generali, libenter se esse submissuros, subsequentibus tamen conditionibus: 1. abbates et abbatissae maneant triennales, sed elegantur a conventu, 2. eligatur Provincialis, qui non sit abbas, et qui salva auctoritate Abbatis Generalis, gerat res circariae; 3. novitiatus sit communis, et 4. moniales a Nuntio Ordinariis submissae, denuo aggregentur circariae. Quibus conditionibus Despuerts annuens invite, alias statuit Hispanis: 1. ut resumant statuta, ritum, breviarium et habitum Ordinis, 2. ut omni triennio mittent delegationem Praemonstratum ad Capitulum Generale, 3. ut solverent tallias. Non celavit denique, se Romae esse molitorum omnia, ut particularitates illae supprimantur. Observantiam statutorum Nuntii Ormaneto sub poena excommunicationis interdixit. Anno 1582, Gregorius XIII PP. emisit breve confirmans omnes propositiones abbatis Despuerts, sed etiam triennialitatem abbatum, „donec S. Sedi alia solutio vi-

²¹) De qua canonica v. supra pp. 162/68. Antonius Gesé abbas non tantum Hieronymitas, sed etiam reformatores ex proprio Ordine vi expulsit advocato brachio saeculari. De litigiis istis, interdum scandalosis, v. Arch. Simancas PR 23, 44; et MS Vergara Vallad. ff. 92/94, 141/64.

²²) Quae omnia tantum an. 1576 in praxim sunt deducta.

²³) De editionibus impressis horum statutorum v. infra inter Fontes.

deatur esse opportunior". Ordo noster cum in Italia non iam exstitisset, procuratores, quos Congregatio Hispanica ab initio misit ad Curiam, maxime profuerunt non tantum illi, sed universo Ordini. Praemonstratum enim ab anno 1630 tantum habuit Procuratores in Urbe. Villaluenga, procurator Hispanus, anno 1582, de mandato abbatis Despruets, a Summo Pontifice obtinuit canonizationem Sti. Norberti.

Hispani cum vidissent, abbatem Praemonstratensem innovationibus, quas ipsi censebant indispensabiles ad veram reformationem, permanere infensum, et eum invehi praesertim contra triennalitatem abbatum, unicum remedium ad avertendam perniciem commendae, denuo aures suas praebuerunt regi et illis, qui pergebant approbare reformationem radicalem ad mentem Hieronymitarum. Refixerunt relationes inter Retortam et Praemonstratum, ad Capitulum Generale anni 1584 nullus venit Hispanus. Despruets propterea declaravit Hispanos contumaces, et perrexit negare confirmationem provincialibus ab illis electis, quibus suffecit alios²⁴⁾. Abbates quidem an. 1585 se submiserunt, pro hac vice tantum. Notandum est, hisce annis 1582—94 provincialem non fuisse abbatem, et resedisse in qualibet abbatia. Anno 1592, fautores schismatis denuo impetraverunt a rege, ut instantius insisteret apud Curiam Romanam. An. 1593, Clemens VIII designat abbatias Sti. Saturnini et S. Mariae Hortorum tamquam sedes „rigoris primaevi“, quod vero non in praxim deducitur. Anno sequenti, rex impetrat, ut in Capitulo Provinciali, praeside quodam legato eius, de consensu Summi Pontificis, omnes abbatiae iterum declarentur vacantes, et ut Constitutio Nuntii Ormaneto anni 1573 restituatur. Provisio abbatiarum pro hac vice committitur Nuntio, reunitur munus provincialis abbatiae de Retuerta, et statuitur, abbates abhinc esse eligendos per Capitulum Provinciale. Annis autem 1600/01, schisma definitive consummatur et perennatur, movente praesertim abbate Francisco Garrido²⁵⁾. Hispani petunt et obtinent a Summo Pontifice elevationem sui provincialis ad potestatem „Reformatoris Generalis“, ad instar Cisterciensium et Benedictinorum, in eodem regno existentium. Congregatio Hispaniae — sic enim fuit titulus Circariae inde a schismate — tunc intravit in communicationem privilegiorum cum Cisterciensibus. Abbas Generalis Gosset an. 1616 in vanum Hispanos invitat ad suum Capitulum. An. 1633, facultatibus fretus extraordinariis, abbas Par-

²⁴⁾ LEPAIGE 971. Iam an. 1579, Despruets noluit confirmare provincialem a Hispanis electum nisi tamquam Vicarium Generalem Circariae tantum. Cum obedientiam non invenisset, an. 1582 illi substituit Joannem de Echaide abbatem Urdacensem (AHN Perg. Retuerta 2269).

²⁵⁾ Professus Retortae, pluries abbas, an. 1605 obiit in S. Pelayo de Cerrato.

censis visitat Congregationem, imponit gestionem habitus candidi, sed inhibente Nuntio, omnia denuo fiunt ad irritum an. 1639.

Numquam obmutuit discussio inter Hispanos de indole Ordinis. Duce Philippo Bernal, procuratore Romae, magna pars defendit thesim, Praemonstratenses esse monachos, qui illo insistente, annis 1601—55 a Curia Romana ita erant appellati. Congregatio introduxit habitum nigrum, quia iste habebatur ut „monachalis“. Infensi erant ex hoc curae animarum extra claustra²⁸⁾.

Sed erant etiam qui favebant thesi „canonicali“. Conamina nova abbatis Praemonstratensis ab anno 1680²⁹⁾), Congregationem reducendi ad unionem, fere habuerunt successum: Capitulum Hispanorum an. 1687 enim statuit: „eligatur unus abbas qui eat ad Capitulum Generale quod in Gallia celebratur, si illic tutus patebit accessus, saltem semel in triennio, nomine totius provinciae, eiusque expensis, et cum mandato Capituli Provincialis³⁰⁾). Anno 1698, breve quoddam apostolicum Congregationi imposuit reassertionem habitus et breviarii Ordinis. Tamen abbates hispani, speciale Capitulum convocantes an. 1703, summopere machinati sunt Romae, et post multa litigia revocationem brevis apostolici obtinuerunt. An. 1699 Abbas Generalis per legatum gallicum iteratum fecerat tentamen, sed frustra³¹⁾, et anno 1715 Philippus V rex definitive privilegia Congregationis, et libertatem illius ab omni auctoritate extranea confirmavit.

De adhaesione Bellipodiensis canoniae, Congregatio et rex omni modo luctati sunt, sed diu in vanum. In fine saeculi XVII recalcitranter se adiunxit³²⁾, sed nullos voluit agnoscere abbates a Capitulo Congregationis

²⁸⁾ Cum an. 1612, parochus Sti. Martini Matritensis vehementer se opposuit fundationi abbatiae Sti. Norberti, placatus est hisce verbis: „. . . porque la religion (scil. O. Praem.) en España es monacal, y de las mas antiguas de la yglesia católica, y no se impide a la dicha parroquia en cossa alguna . . .“ (AHN Pap. Madrid S. Joaquín 4154). Eodem anno capitulum Generale prohibet religiosis B. M. V. de Hortis: „para ser observantes, de no salir de la casa para decir misas fuera.“ (Vide etiam hic infra p. 228.)

²⁹⁾ AEE I 251.

³⁰⁾ AHN Pap. Retuerta 16564 nr. 67. Quod si numquam in praxim potuit deduci, haud erat culpa Hispanorum, cessaverunt enim Capitula in Praemonstrato ab an. 1686 per longum tempus.

³¹⁾ Arch. Simancas SE K 1662, D 21

³²⁾ Annis 1655/64 considerata est extinctio eius (AEE I 251, 265), anno 1666 denuo se subiecit Praemonstrato, sed absque fructu. Anno demum 1685 ob admonitionem „Reformatoris Generalis“ Congregationi se adiunxit (MS Vid 1 bis 139/41).

nominatos, quam dereliquit definitive saeculo sequenti. Urdax vero Congregationi fideliter adhaesit. Ineunte saeculo XVII, variae communitates conatae sunt se transferre intra moenia urbium, quod factum est in Monzón, et in Sta. Maria de los Huertos. Fundatae sunt tunc tres abbatiae novae, scilicet Sti. Norberti et Sti. Joachim Matritenses, et Collegium Salmanticense iam existens ad dignitatem abbatialem est evectum.

Anno 1751, habitus albus iterum est introductus. Ceteroquin ab anno 1715 nulla facta sunt conamina ex parte Praemonstrati, ad reducendos Hispanos rebelles. Saec. XVII, Congregatio Hispanica erat observantia et studiis florens, ita ut gavisa sit optima ubique fama. Effloruit spiritus literarius, modicus quidem, si eum aliis Ordinibus comparamus³²⁾. Fundantur scholae, curriculum studiorum pro fratribus organizatur longe melius quam in aliis circariis Ordinis. Congregationi Hispanicae praesertim studia circa mysterium Immaculatae Conceptionis B. M. V., et propagatio cultus illius erant cordi³³⁾. Alii fratres erant membra, immo praesides Inquisitionis, commissionum theologicarum Nuntiaturae Apostolicae, vel Aulae Regiae, aut archidioecesos Toletanae, alii facti sunt episcopi in America, ubi etiam inveniuntur simplices religiosi tamquam missionarii³⁴⁾. Separatione non obstante, Hispani plus aliis zelati sunt pro gloria Ordinis. Citius caeteris obtinuerunt cultum liturgicum sanctorum illius, quorum statuae iam saec. XVI ornant ecclesiam Vitensem, et quorum festa iam celebrantur an. 1620, integro igitur saeculo ante reliquam partem Ordinis. Procuratores eorum obtinent Romae an. 1620 extensionem festi Sti. Norberti ad Ecclesiam universam, et an. 1666 conantur adipisci elevacionem eius ad ritum duplarem. Cum circariis vitalibus Germaniae et Brabantiae amicales nectuntur relationes, et Servatius de Lairuelz, reformato Lotharingus, laudes exaltat zeli Hispanorum³⁵⁾.

Anno 1803, rex Hispaniae animadvertisens omnia fere gubernia Europeae suppressore monasteria, religiosis sui regni confirmavit, se numquam esse facturum hoc sacrilegium, simul vero eos admonens, ut disciplinam ubique fere relaxatam reformarent, et in primis vitae aliquatenus otiosae

³²⁾ BHN, quae est Lexicon scriptorum omnium Ordinum in Hispania, an. 1788 septem tantum enumerat Praemonstratenses. Putamus, abbatem de NORIEGA, ex quo hauserunt HUGO, LIENHARDT et GOOVAERTS, laudem Congregationis exaltasse supra modum in hac re. Respiciendum est tamen. Praemonstratenses numerice fusse unum ex minoribus inter Ordines: an. 1623: 350, 1774: 356 religiosos enim habuit.

³³⁾ Cf. HUBER pp. 370/74, nitide referentem de vita spirituali Congregationis.

³⁴⁾ An. 1606 obiit Juan Dominguez, professus Charitatis, tamquam parochus in Villa de los Santos prope Panama (AHN Pap. Caridad 5767)

³⁵⁾ In praefatione sui „Catechismi Novitiorum“, Mussiponti 1623.

substituerent activiorem, populumque scholis instruerent, etcetera. Tunc et Praemonstratenses visitationem generalem instituerunt. Anno 1809, rex intrusus Joseph Bonaparte omnia monasteria virorum dissolvit. Abbatiae nostrae in civitatibus sitae, praeter Vallisoletanam, tunc destructae sunt vel ruinatae. Gallis expulsis, Ferdinandus VII rex omnia restituit ordinibus, an. 1814. Anno 1820, factio Liberalium regi imposuit Constitutionem, quae statim denuo suppressit coenobia virorum. Sed bona non sunt vendita, et ecclesiae conservatae sunt. An. 1823, rex Constitutionem odiosam iterum suppressit, et secunda vice omnia monasteria restauravit. Tamen ambabus restorationibus, haud pauca bona, libri, archivalia, thesauri furati non fuerunt restituta. Congregatio postea laboriose partim restauravit aedificia deleta per Gallos, sed decrescentibus vocationibus, nonnulla coenobia nonnisi a 2-3 religiosis erant occupata. Quae aerumnæ partim habuerunt influxum purgantem: testibus Actibus Capitulorum Generalium, et Visitationum, spiritus Congregationis, ultimo tempore erat bonus. Rege mortuo an. 1831, Liberales mox preevaluuerunt definitive, et mense octobri anni 1835, minister Mendizabal tertia vice suppressit monasteria virorum²⁶⁾.

Quae saecularizatio in Hispania peracta est modo vere inhumano, et emni prudentia carente. Aedes desolatas, praesertim ruri, nemo voluit emere, et ideo manserunt proprietas gubernii, et declaratae sunt lapidinae publicae. Altaria et res pretiosae, stalla et alia mobilia generatim pessumdata aut deleta sunt, et nonnisi raro in alias ecclesias translata. Aedes interdum speciosae, quae circa annum 1870, vel immo 1900 adhuc fuerant in bono statu, nunc ruinae sunt lamentabiles. Multa monasteria solo sunt aquata. Hodiecum, praeter parthenones florentes de Toro et de Villoria, quorum aedes tamen sunt exigui valoris, ex integro conservata sunt per pulchra et praeclara abbatia Vitensis, vera gemma artis saec. XVI; archicoenobium Retortense cum ecclesia romanica, capitulo, claustro et refectorio in stylo transitionis; et abbatia exigua de Arenillas, cuius ecclesia romanica praeclaram habet portam. Ecclesiae et aedes mediaevales abbatiarum de Aguilar, de Alba et de S. Pelayo de Cerrato extant ruinosa, inter quas praeclara Aguilar est maximi momenti. Praeterea supersunt ecclesiae romanicae in Bujedo, Brazacorta, et Ermida do Paiva. Ecclesiae de Freznillo, de Sordillos et de Tejo saltem partim sunt mediaevales, Sta. Cruz de Monzon est pulchrum exemplum styli transitionis. Ecclesiae medii aevi huius circariae generatim sunt exiguae.

²⁶⁾ Monialium conservationem in Hispania esse necessitatem socialem, intellexerunt immo Liberales. Omnis enim virgo quae non nubet, usque fere ad nostra tempora, ibi solet assumere velum.

Abbatia pulchra saec. XVIII extat integra, sed satis collapsa, in Ciudad Rodrigo. Salmanticae vero superest solum monasterium eiusdem epochae. Pauca residua tantum inveniuntur in Segovia, Avila, Madrid S. Norberto et Villamayor. Aula „stationis“ ante refectorium, quae est aliquid proprium Ordini, in Hispania vocabatur „desiderio“.³⁷⁾

Religiosi post suppressionem dispersi, diu speraverunt mox omnia ter tertia vice restauraturum iri. Sed postquam gubernium an. 1842 vendiderat omnia bona — etiam monialium — amiserunt spem, et nulla facta sunt tentamina ad restaurandum Ordinem, quod tamen post annum 1875 fuisse set possibile. Ultimus religiosus Congregationis erat P. José Llamas Matenx, canonicus Vitensis, qui occubuit an. 1901³⁸⁾.

Constitutiones et consuetudines Congregationis Hispaniae

Ut iam diximus, Constitutiones Congregationis Hispaniae an. 1573/80 in codicem redactae, annis demum 1687, 1723 et postremo 1763 revisae sunt.³⁹⁾ Quae constitutio, pro Ordine nostro adeo est singularis, et propter magnum suum vigorem tanti momenti pro historia illius, ut eam succincte exponere velimus, eo vel magis, quod eatenus nemo hoc fecerit.⁴⁰⁾

Congregationis gubernium erat rigide centralizatum, ad modum ordinum mendicantium. Summa potestas erat penes Capitulum Generale, omni triennio Retortae, Dominica quarta post Pascha vel circa celebratum.⁴¹⁾ Capitula vel coadunationes intra triennium celebratae vocabantur Capitula privata, si superiores maiores tantum intererant („Junta del Reformador General“), vel Capitula Intermedia sive privata sollemnia, quae eodem modo celebrabantur ac generalia. Tale intermedium praecessit anno ante omne Capitulum Generale. In quo Abbas Generalis rationem reddere solebat de statu Congregationis, et statuebantur Sermones et actus theologici in ipso Capitulo Generali habendi. In omni Capitulo Generali mutabantur officia et munera. Triennia erant fixa,

³⁷⁾ Propter verba Christi: „Desiderio desideravi manducare vobiscum“ (Luc. 22, 15)

³⁸⁾ Necrol. Toro 26. VII. - Iam quinquennio post, primus Hispanus post extinc tionem Congregationis vestitus est Averbodii, quae abbatia habet hodie duos Hispanos, unicos in Ordine.

³⁹⁾ AHN Aguilar Libr. 9466/67.

⁴⁰⁾ Auctores Ordinis nonnisi per transennam de hac quaestione tractant: GRASSL 70/72, PETIT 102/03

⁴¹⁾ Ab anno 1687 etiam in alio conventu potuit celebrari, quod vero raro accidit. Solebat fieri intra menses Aprilis et Junii.

ergo an. 1573, 1576, 1579 et ita porro usque ad an. 1807, quando ordo eorum perturbatus est per suppressiones an. 1809 et 1820. Ultimum triennium coepit an. 1833. Si officialis quidam interim obierat, alius triennium pro eo debebat completere. Officia iam exponemus secundum ordinem praecedentiae:

Abbas Generalis etiam vocabatur „Pater Provincialis“ (— 1594), „Reformator Generalis“ (ab an. 1600) vel „Pater Religionis“. Praeter annos 1642—48 erat idem ac abbas de Retuerta. A Capitulo Generali electus, potestas eius erat nihilominus restricta: praefiniebat tempus et locum Capitulorum, poterat punire definitores delinquentes, visitare abbacias, alternatim cum Visitatoribus Generalibus, et nominare praedicatorum maiores et lectores theologiae moralis in singulis domibus. Abbas Generalis haud poterat esse filius⁴²⁾ ipsius domus, ad quam pertinuerat praedecessor, reeligiri non poterat nisi post duo triennia, nec fieri Vicarius Generalis, aut Definitor, ante triennium unum peractum. Abbates quondam Generales poterant eligere domicilium suum ad libitum, obtinebant titulum „Magistri Generalis“ et debebant interesse Capitulis ad vitam.

„Reverendissimum Definitorium“ consistebat in ipso Capitulo Generali octo membris: scilicet quatuor definitoribus triennii elapsi, et quatuor neoelectis. Definitorium erat summa auctoritas iuridica in Congregatione, cui erat etiam submissus Abbas Generalis. Nominabat abbates, Secretarium Ordinis et „judices in causa expulsionis“⁴³⁾, illis immediate subditos. Post Capitulum Generale vero quatuor Definitores tantum fungebantur. Triennio elapso, ad quodcumque aliud munus erant eligibles. Definitor aetate dignissimus tenebatur convocare reliquos, quod omni tempore poterat.

Vicarius Generalis (ante an. 1600: Vicarius Provincialis). Defuncto Abbe Generali, ipso facto triennium eius complebat. Usque ad an. 1621 debuit esse abbas, abhinc sufficit eum fuisse abbatem. Non poterat esse filius eiusdem domus ac Abbas Generalis praecedens. Post eum tantum veniunt in dignitate:

⁴²⁾ Loco „professi“ alicuius domus, Hispani vocabantur „filii“. Officialis qui cumque de mandato Capituli saepe in alias domus solebant mitti, sed reliqui de jure manebant in domo professionis suae, nisi forte translationem in aliam postulaverint.

⁴³⁾ Tractabant de delictis gravibus, qui demissionem ex Ordine potuerunt justificare.

A b b a t e s singularum domuum. Neque erant benedicti neque consecrati, sed durante triennio suo gaudebant jure pontificalium⁴⁴⁾). Debebant iam sexdecim esse annos in Ordine. Ex filiis uniuscuiusque conventus duo tantum abbates poterant eligi. In eadem domo reeligiri poterat abbas, triennio uno elapso. Si aliquis, de dispensatione S. Sedis, functus erat duabus trienniis successive, debebat intercalare aliquot menses ut praeses, quod accidit raro. Abbas pro suo triennio reddebat rationem Capitulo Generali per libros computus⁴⁵⁾). Nec poterat vendere bona quaecumque, neque concedere capellanias vel patronatus absque licentia definitiorii. Neque habitabat sumptuosam praelaturam, ut alibi solebat, sed simplicem „cellam abbatiale“ intra clausuram. Singulare munus habuit

A b b a s d e „B e l p u c h e“. Quae abbatia, ad Circariam Gasconiae spectans, numquam se voluit adiungere Congregationi, non obstante mandato pluries expresso a rege, et admonitione iterata ex parte Congregationis. Annis 1687/1715 Bellipodium recalcitranter quidem erat aggregatum, sed neque tunc voluit accipere abbates a Capitulo Generali nominatos. Ad vindicandam ergo illam canoniam continuo rebellem, et praesertim ad demonstrandum jus nominationis abbatum, Congregatio ab an. 1630 omni triennio constituit abbatem - licet mere titularem - de Bellipodio, qui haberi poterat quodammodo pro „coadjutore generali“ eius. Habuit abbas iste jus pontificalium ab anno 1657. Resedit in qualibet domo ad libitum suum, et erat obedientiae praelati localis subditus.

P r a e s i d e s. Abbate quodam defuncto vel deposito, infra 6 menses eligendus erat praeses, seu „presidente“. Si tempus usque ad proximum Capitulum non erat nimis breve, mox nominari solebat abbas completurus triennium. Praesides, qui quoad omnia vices gerebant abbatum, debebant esse iam 12 annos in Ordine. In parthenonibus vocabantur „presidentas“.

Quatuor Magistri Generales maximo habiti sunt in honore. Generatim erant viri de Congregatione optime meriti, saepe aetate proiecti. Concedebant canonicis Ordinis jurisdictionem ad confessiones audiendas, et instituebant examina. Haud raro iterum iterumque in munere confirmati, titulum, saepe dignitate „Patris religionis“ auctum, retinuerunt ad vitam. Ab anno 1687, Magistri Generalis debuerunt esse ex canoniis diversis. Praeterea, etiam aliis religiosis bene meritis concedebatur titulus Magistri ad vitam, praesertim lectoribus.

⁴⁴⁾ Anno 1604, episcopus Abulensis hoc ius vocavit in controversiam contra abbatiam Sti. Spiritus. Ortus est processus, in quo praevaluuit Ordo, et Nuntius Apostolicus ius confirmavit abbatibus universae Congregationis.

⁴⁵⁾ Tales „Libros de Arco“ et „-de Troxo“ permulti supersunt in AHN, de omni fere canonia, probantes abbates generatim optime administrasse res oeconomicas.

Lectores etiam maximo honori habebantur. Lectores Theologiae in Collegio et in Universitate Salmanticensi, titulo „Magistri“ aucti, erant ex gravissimis personis in Congregatione. Sed etiam in omnibus aliis abbatii, institutum erat studium, et erant Lectores graduati. Si aliquis Lector dederat 12 cursus annuos Theologiae vel „Artium“, quae complec- tebantur et philosophiam, erat „jubilarius“ ad vitam. Lectores, qui stricte adigebant doctrina Sti. Thomae, solebant denuo confirmari in munere suo a Capitulis.

Praedicatorum genus erat numerosum in Congregatione. In omni canonica varii erant religiosi, hoc munere in ecclesia abbatiali fun- gentes. Distinguebatur inter Praedicatores generales perpetuos (duo), et triennales (quatuor), qui tenebantur interesse Capitulis⁴⁶⁾. Si aliquis ex eis per 18 annos praedicaverat, eo ipso erat „Praedicator Jubilarius“ ad vitam, qui titulus et aliis concessus est „ad honorem“. Ita in omni abbatia aderant praedicatores multi, quorum dignissimus nominabatur „Praedi- cator maior“. Sicuti Lectores, et Praedicatores gaudebant magnis privi- legiis et exemptionibus⁴⁷⁾. Ratione praecedentiae, Praedicatores generales perpetui hic sunt inserendi, triennales autem infra post Socium Abbatis Generalis.

Duo Visitatores Generales solebant peragere visitationes canonicas. In hac re, Congregatio habuit zelum exemplarem: quolibet enim triennio duae visitationes fiebant in unoquoque monasterio, altera per Visitatores Generales, altera per Abbatem Generalem⁴⁸⁾. Usque ad annum 1599, visitatores isti erant abbates actu, quod exinde fuit exclusum. Dein munus potuerunt cumulare cum officiis Magistri Generalis aut Lectoris, et debebant fuisse aut abbates, aut Definitores, aut Magistri, aut Lectores.

Secretarius Abbatis et Capituli Generalis (sive „secr. Ordinis“) eligebatur a Definitorio. Sine secretario, Abbas Generalis nullum valide poterat promulgare decretum.

Socius Abbatis Generalis (Padre Compañero). Non erat abbas, et cum Abbe Generali assistebat visitationibus faciendis, nullam

⁴⁶⁾ Praedicatores etiam saepe signabant et sigillabant documenta magni ponde- ris loco abbatis, vel alterius superioris.

⁴⁷⁾ Erant exempti v. g. a. choro nocturno; ad Primam et ad Missam Summam tenebantur nonnisi diebus festivis. Praedicatores per duas hebdomadas ante sermonem eximebantur penitus a choro.

⁴⁸⁾ Pro Urdax suffecit unica visitatio. Idem dic de Bellipodio, quod non recepit visitatores, nisi interdum inter annos 1687 et 1715. Pro Retuerta, Capitulum Generale nominabat omni triennio duos visitatores speciales, ex abbatibus.

tamen habens potestatem, nisi quam Abbas Generalis ei voluerit impetriri.

P r o c u r a t o r e s G e n e r a l e s. Alter residebat Matriti, alter Vallisoleti, ab anno 1639, ad gerenda negotia Congregationis apud gubernium regium⁴⁹). **B u r s a r i u s C a p i t u l i G e n e r a l i s** (Gastador del Capitulo): officium creatum an. 1762, ad administranda expensa Capitulorum.

C h r o n i s t a, saepe vocatus „coronista“. Tenebatur redigere relationem de omni Capitulo, quae expensis Congregationis dein prelo mandabatur⁵⁰). Habebat accessum liberum ad omnia archiva Ordinis.

D u o C o l l e c t o r e s. Colligebant eleemosynas, haud secus ac mendicantes, et accipiebant proventus ex auctionibus post mortem (almoneda), de quibus infra. Quae omnia applicata sunt Congregationi.

P r i o r R e t o r t a e speciali honore circumdabatur, et gerebat titulum „Decanus Religionis“. Speciales obligationes videtur non habuisse. Quibus accesserunt officiales „extraordinarii“: Praedicator Aulae Regiae, qualificatores et consultores „Sacri Officii Inquisitionis“, consultores gremii regii pro dogmatizatione Immaculatae Conceptionis BMV, et varii titulati ad honorem. Qui omnes⁵¹) praeter lectores, praedicatores communes, et titulatos ad honorem, tenebantur adire Capitulum Generale, maior pars eorum, sicut haud pauci religiosi graduati, habuerunt titulum „Paternidad“, et jus sedendi ad mensam transversam, in qua alibi solus praelatus sedere solet. Ab anno 1674 sequentes erant „Reverendissimi“: abbates, definitores, vicarius generalis, visitatores generales, lectores jubilarii, Magistri Generales, et Praedicatores Generales perpetui.

In conventibus, praeter officia in Ordine consueta, plura addeabantur nova, ita ut omnis fere religiosus habuerit quoddam munus. Provisor vocabatur „procurator“, cui assistebant 2 depositarii ad administranda deposita religiosorum, 2 administratores bonorum exteriorum, 1 dispensarius, qui tradebat victualia culinae; 1 refectorarius, 1 „arquero“ et 1 „troyero“⁵²). Inveniebantur bini bibliothecarii, archivarii, sacristae et consiliarii abbatis, distinguebatur inter magistrum hospitum principalem (pro recipiendis nobilibus) et communem. Pro re graviori, Abbates convocare

⁴⁹) De procuratore Romae, qui non videtur fuisse continue in functione, et qui non interfuit Capitulis, vide supra .

⁵⁰) Pauca tantum exemplaria supersunt hinc inde dispersa in AHN.

⁵¹) Elenchus officiorum, quem exposuimus, saepius invenitur in AHN, fuse v. g. in Libros Retuerta 16564.

⁵²) Quodammodo scribae aut secretarii abbatis pro administratione.

solebant conventum integrum in cellam suam, aut in refectorium, ad conferendum de rebus monasterii. Unusquisque habebat ibi vocem ad minus consultativam, in rebus oeconomicis immo donati et conversi. Paupertatem completam, iam a saeculo XIII derogatam, ne reformatores quidem ausi sunt redintegrare. Viguit igitur peculium. De haereditate religiosorum ducenteni ducati applicabantur pro missis, reliqua addicebantur Congregationi. Ea quae reliquerant fratres defuncti in cellis suis, in conventu publica auctione venumdabantur aliis confratribus (almameda), lucrum addicebatur communitati. Statuta interdixerunt possessio nem bonorum mobilium et immobilium⁵³), religiosis tamen licebat, pecuniam aliis locare, sed absque usura.⁵⁴)

Statutum erat, quod religiosi numquam sint pauciores quam 13 canonici professi in singulis monasteriis, qui numerus saec. XIX non iam potuit teneri ubique. Candidati ter debebant petere admissionem in novitiatum, qui admittebantur tantum si erant 18 (conversi: 25) annorum, et si Abbas Generalis, commissio ad hoc convocata et conventus totus toties erant concordes. Nomina religiosa vero non concedebantur nisi raro: hinc inde nomina Sanctorum Ordinis tantum. Titulus religiosorum simplicium erat: „Fray“, canonicorum: „Padre Fray“. Novitiatus erat duorum annorum, sub duobus magistris: altero morum, altero grammaticae. Studium theologicum interrumpebat tertius annus novitiatus, scilicet „tertiatus“, in alia domo peragendus. Anno 1575, abbatia Vitensis designata est in novitiatum communem, quo peracto, clerici professi mittebantur in Retortam. An. 1601 decretum est, quod omnis abbatia denuo habeat novitiatum, ab anno 1756 autem maiores tantum. Anno 1804, sequentes fuerunt assignatae in hunc finem: Aguilar (cuius loco an. 1827: La Caridad); La Vid, Bujedo, et Retuerta (cuius loco an. 1830: Ibeas). Studium erat ordinatum diligentissime. Studium supremum, ad gradus acquirendos, erat Salmanticae. Praeterea omnis abbatia habuit suum studium domesticum, et extabant studia communia, quae saepe ab uno loco in alium sunt translata: studium artium (philosophia) verbi gratia transfertur an. 1830 ex Ibeas in Aguilar, theologia moralis collocatur an. 1726 in Medina, anno 1756 vero in S. Pelayo de Cerrato. Theologia scholastica an. 1660 transfertur ex Avila in Villamayor, an. 1662 in Medina, an. 1756 denuo ex Avila in Vallisoletum, an. 1830 in Retuerta⁵⁵).

De cura parochiali iam sumus locuti. Initio, reformatio statuit omnes „priores parochiales“ revocare ad claustra, et illis substituere vicarios

⁵³) *Constitutiones O. Praem.*, Ed. Valladolid 1679, nr. 127

⁵⁴) *Acta Cap. Gen.* 1666, Libr. Retuerta 16564

⁵⁵) Qui elenches evidenter non est complectus

saeculares. Quod partim tantum potuit exequi, et iam paulo post denuo coepit fratres exponere, cautissime tamen et cum restrictionibus. Per paucos „prioratus“⁵⁶⁾ religiosis suis administrabant singulae abbataiae: Aguilar, Ibeas et Bujedo 3—5, Retuerta 2, reliquae autem unum vel nullum. Anno 1726 decernitur, ut in prioratibus non sint communitates, sed unus vel duo canonici tantum, qui ab anno 1638, bis vel ter in anno debebant se praesentare in monasterio, et qui ab an. 1653 omni triennio erant mutandi. Quod vero non diu est factum. An. 1687 inculcatur, quod prioratus non possint concedi nisi membris Ordinis. - Moniales a Nuntio Ormaneto episcopis subditae, anno 1578 a Congregatione in vanum sunt vindicatae⁵⁷⁾, sed illa mox sua sponte asceteriis renuntiavit, et abhinc nullum habuit commercium cum illis. Anno 1627 decrevit Capitulum, ut fratres nullo modo in parthenonibus assumerent officia. In posterum autem interdum fuit concessum in Toro. Ultimum decretum ultimi Capituli Congregationis, anno 1835, statuit, pro defunctis sororibus asceterii Stae. Sophiae eadem servitia esse praestanda ac pro confratribus. In maioribus abbatiis tantum officium recitabatur media nocte, praeter abbatias Matritenses, et S. M. de Caritate, quae habebat privilegium. Extabant tamen multae exemptiones a choro. - Post suppressionem, Congregatio adhuc elegit sibi praesides⁵⁸⁾.

DE ARCHIVIS

Archiva monastica in Hispania concinnata sunt in „Archivo Historico Nacional“ (AHN) Matriti. Numeratio ibi saepe fuit mutata et reformata, ordo non est aptus, ideo citatio variat et est difficilis. Quae ad nos attinent, inveniuntur in sectione „Clero“, secundum provincias distincta. Nos autem in citatione tantum adducimus nomen monasterii, quod satis est. Archivalia ordinata sunt secundum quatuor categorias:

Pergaminos (Perg.)	= chartae pergamentae omnium saeculorum
Libros (Liber.)	= archivalia quaecumque religata in forma librorum

⁵⁶⁾ Aequiparata sunt omnino, sub hac designatione, monasteria suppressa an. 1576, prioratus antiqui (Almazan), curiae, et parochiae iam antiquitus quibusdam abbatiis incorporatae. Numerus ecclesiarum administratarum, quas praebet HUGO pro singulis abbatiis, se refert ad medium aevum, et insuper implicat parochiunculas minutas, quae potius erant capellae succursales, et quibus excurrendo solebant deserviri.

⁵⁷⁾ Quidam cardinales se opposuerunt (MS Vid 1 bis fol. 187)

⁵⁸⁾ Ultimus abbas de Bujedo, Isidorus Crespo, an. 1855 erat praeses Congregationis (Arch. Paroch. Urdax)

Codices (Cod.) = item MSS pretiosa mediaevalia

Papeles (Pap.) = archivalia papyracea, in fasciculos distincta

Ingens archivum de Simancas, depositum celebre archivorum Gubernii Regii, multa etiam continent dispersa de monasteriis, sed quoad minorem partem hactenus sunt ordinata et catalogizata. Sectores eius, quae ad nos attinent, sunt sequentes⁵⁹⁾:

CR	Consejo Real	RGS	Registro General del Sello
DGR	Dirección General de Rentas	SE	Segretaria del Estado
MP	Mercedes y privilegios	SENR	Segretaria del Estado, Negociaciones de Roma
PR	Patronato Real	SGJ	Secretariado de gracia y justicias

Archiva episcopalia sunt ditissima quidem, sed generatim non ordinata, et vix patet ad ea accessus. Archiva provincialia (Delegación de Hacienda, Arch. Del. Hac.) pariter sunt magni momenti, sed cum ordinata sint non secundum materiam, sed chronologice et secundum notarios qui diplomata scripserunt, vix sunt utilia. In Lusitania, archiva monastica coadunata sunt in „Archivo da Torre do Tombo“ Ulissipone. Intricatissime sunt ordinata, et eatenus nihil fere de materia nostra in eis est inventum.

Maximi momenti est Archivum monasterii Vitensis (Arch. Mon. de La Vid). Consulendae sunt etiam duae Bibliothecae Matritenses, manuscriptorum ditissimae: Biblioteca Nacional (BN), et Bibl. de la (Real) Academia de Historia (BRAH). In Bibl. del Escorial Praemonstratensia inveniuntur fere nulla. Extant pariter multa archivalia in manibus privatorum. — Cartularia vocantur in Hispania „Becerro“.

NOTA

In Hispania, usque ad finem saec. XIV computabatur secundum „aeram Caesaris“, a quo deducendi sunt 38 anni; ita ut „aerae 1300“ correspondeat annus Christi 1262. A saeculo XIII promiscue ambae computationes adhibebantur, in diplomatibus interdum desunt voces „era“ aut „anno Domini“, ideo saepius minime constat, quaenam est intelligenda.

⁵⁹⁾ Generalia de Ordine, plerumque de reformatione an. 1567/72; PR fasc. 23, 33/36, 38/41, 44, 46; SE K 1662 (D 21) anno 1699; SENR 906/07, 910; SGJ 643.

F O N T E S

- AEE *Archivo de la Embajada de España cerca de la Santa Sede:*
 I. *Indice analitico de los documentos del Siglo XVI*, edd.
 L. SERRANO Roma 1915
 II. item, *siglo XVII*, edd. F. POU Y MARTI, Romae 1937
 III. item, *siglo XVIII*, edd. idem, Romae 1921
 IV. item, *siglo XIX*, edd. idem Madrid 1935
 V. *Indice analitico de los Codices de la Biblioteca contigua al Archivo*, edd. idem, Romae 1925 (cf. I/V sub indice)
- CEPIE *Academia de la Historia. Colección de escritores y privilegios de las Iglesias de España.*
Constitutiones Ordinis Praemonstratensis, provinciae hispanicae,
 Ia ed. Medina del Campo 1580, IIa ed. Valladolid 1679, IIIa Segovia 1708
 M. FEROTIN, *Recueil des chartes de l'Abbaye de Silos*, Paris 1897
 E. FLOREZ, *España Sagrada. Teatro geografico historico de la Iglesia de España*, 52 voll. et 2 voll. indices, Madrid 1747/1917
 R. MENENDEZ PIDAL, *Documentos linguisticos de España*, Madrid 1919
- PMH *Portugalliae Monumenta Historica*, Lisboa 1858 sq.
- CArI L. SERRANO, *Cartulario de San Pedro de Arlanza*, Madrid 1925
- CDMoral IDEM, *Fuentes para la Historia de Castilla*, I. *Colección diplomatica de S. Salvador de El Moral*, Puntos de Venta 1906
- CDiplSS IDEM, *Correspondencia diplomatica entre España y la Sta. Sede*, 4. voll. Madrid 1914 (cf. indices)
- CInfC IDEM, *Cartulario del Infantado de Covarrubias*, Silos 1907
- ObBCP IDEM, *El Obispado de Burgos y Castilla primitiva*, Burgos 1935
- Ind. Doc. (VIGNAU), *Indice de los documentos de los monasterios suprimidos, que se conservan en el Archivo de la Real Academia de la Historia, publicado de orden de la misma*. — Madrid 1861 (continet La Vid, nil amplius publicatum est)

F o n t e s n o n d u m p u b l i c a t i :

- BN Paris, MS Espagnol 550: *Testamento de la Ynglaterra por el P. D. José Moronta, Canonigo Premonstratense* (XVIII s.)
- Fr. BERNARDO DE LEON, *Chronica general del Orden blanco, que por otro nombre es llamado de Nra. Señora de Premonstre, fundato per el glorioso patriarca San Norberto. Libro quinto* (cetera non iam inveniuntur) — Arch. del Monasterio de La Vid.
- MSVid 1 bis E. de NORIEGA, *Notitiae historicae, et collectanea, a dicto abbatte collata ad usum abbatis Ch. L. Hugo (Historia canoniarum et refor-*

- mationis, catalogus virorum illustrium Ordinis in Hispania) — Arch. del Monasterio de la Vid. MS 1 bis. Idem, in MS 1775/1000 BMun Nancy.
- MSVallad.** D. de VERGARA, *Historia de la Religion candida de canonigos reglares Premonstratenses, sobre la reforma que de ella hizo, y extincion que de ella quiso hacer la Magestad D. Phelipe II rey de las Espanas* (Bibl. Univ. de Valladolid, MS 336, I vol.)
- MS Madr** IDEM, *Historia de lo sucedido en la Religion candida Premonstratense, en tiempo de la Catolica Magestad de el gran monarca Phelipe IIo*, 2 voll. fol. non paginata, an. 1568/93, Bibl. Real Acad. Historia Madrid 11-1-5. Est alia copia MS praecedentis. Idem invenitur, aliquatenus succinctum, in MS Vid Libros 18 et 20 (Arch. Mon. La Vid); MS Vid 1 bis pp. 112/57 (ibid.); et apud *Memorias del Monasterio de Bellpuig de las Avellanas* (BCentral de Barcelona II 12 sq.)
Bibl. Munic. de Laon, MS 538 I, ff. 441/593
Monumentos historicos del monasterio de S. Maria de Retuerta, ca. 1786. (MS praestantissimum, in manibus proprietarii abbatiae de Retuerta an. 1924, a. F. ANTON partim publicatum in *Rev. Historica de Valladolid* 1924, nunc non iam invenitur)
- LITTERATURA
- M. F. ANTON, *Monasterios medievales de la provincia de Valladolid*, 2a ed. Valladolid 1942
- BHN** (N. ANTONIO), *Bibliotheca Hispana Nova, sive Hispanorum scriptorum notitia*. 1a ed. Madrid 1783; 2a: 2 voll. ibid. 1788. Index II 525, 639.
- A. S. d' AZEVEDO BARBOSA, *Portugal antiguo e moderno*, 12 voll. Lisboa 1873/90
- Ant. Esp. P. BERGANZA, *Antigüedades de España*, 2 voll. Madrid 1719/21, pp. 100, 174
- Cat. Mon. Palencia *Catalogo monumental de la Provincia de Palencia, por la Comisión provincial de monumentos historicos y artisticos*, 4 voll. Palencia 1930
- A. COSTA, *Dicionario corografico de Portugal*, 12 voll. Porto 1949
- G. Gonzalez DAVILA, *Theatrum Ecclesiarum*, Madrid 1547
- ESPASA** *Enciclopedia universal ilustrada europeo-americana*, 72 voll.,edd. J. ESPASA y hijos, Barcelona 1904/34
- PP. de GARMA y SALCEDO, *Theatro Universal de España*, Madrid 1738 (de Congregatione Hispanica II 883/90)
- GEPort *Grande Enciclopedia portuguesa e brasileira*, 36 voll. (nondum finitum) Lisboa/Rio de Janeiro 1949 sq.
- A. HUBER, *Spanien und die Prämonstratenserkultur des Barock* (*Historisches Jahrbuch* LXXII, 1953, pp. 349/78)

- V. LAMPEREZ Y ROMEA, *Historia de la arquitectura cristiana española en la edad media*, 2. voll. Madrid 1908/09
- P. MADOZ, *Diccionario geografico, historico y estadistico*, 16. voll. Madrid 1849
- Mon. Esp. *Centro de Estudios Historicos, Fichero de Arte Antiguo . Monumentos Españoles. Catalogo de los declarados nacionales*. — 2 voll. Madrid 1932
- MUÑOZ, *Biblioteca historica de España*, Madrid 1856
- IDEIM, *Diccionario Geografico de España*, Madrid 1860
- DAMC E. de NORIEGA, *Dissertacio apologetica mariano - candida, in qua de constanti revelatione candidi habitus Praemonstratensis per Deiparam, de Immaculatae Conceptionis B.M.U. antiquo Praemonstratensium cultu. De marienis ecclesiis, et specialibus cultoribus Norbertinis, ad Rmum. Abbatem Lud. Carolum Hugo, ordinis historiographum*. Salamanca 1723.
- IDEIM, *Dissertacio historica de Sto. Dominico de Guzman, Ordinis Praedicatorum Patriarcha, canonico regulari Augustiniano - Praemonstratensi, in observantissimo monasterio Stae. Mariae de La Uid.* — Salamanca 1723.
- J. ORTEGA RUBIO, *Los pueblos de la provincia de Valladolid*, 2. voll. Vallad. 1895
- A. PONZ, *Viage de España, en que se da noticia de las cosas mas apreciables, y dignos de saberse que hay en ella*. 18 voll. Madrid 1747/94
- SAS J. M. QUADRADO, *España, sus monumentos y artes, su naturaleza y historia. Salamanca, Ávila y Segovia*. — Barcelona 1884
- VPZ IDEIM, *Valladolid, Palencia y Zamora* — ibid.
- R. REVILLA VIELVA / A. TORRES MARTIN, *Arte romanico palentino. (Publicaciones de la Institucion Tello Tellez de Meneses nr. 11, 1953)*
- F. C. SAINZ DE ROBLES, *Monasterios de España*, Madrid 1953
- P. José de SIGÜENZA, *Historia de la Orden de San Jeronimo*, Ia ed. 2 voll. Madrid 1600, 2a ed.,edd. J. C. GARCIA, Madrid 1907/09. Vide ibi II 168/70
- D. TAMAYO SALAZAR, *Anamnesis sive commemorationes Sanc-torum Hispanorum*, Lugduni 1655 (III 454/56 continent poemata panegyrica de S. Norberto, et catalogum circariae Hispaniae)
- E. VALVEKENS, *L'Ordre de Prémontré et le Concile de Trente. La Congrégation des Prémontrés d'Espagne* (Anal. Praem. VII 1932, pp. 5/24)
- A. ZAK, *L'Ordre de Prémontré en Espagne, en Portugal et en Hongrie* (ROPM XIV, 1912)

BCPMHA *Boletin de la Comisión provincial de monumentos históricos y artísticos de Burgos*, B. 1921 sq. — Ab an. 1947 augetur titulus: ... y de la Institución Fernán Gonzalez.

BRAH *Boletín de la Real Academia de Historia, Madrid*

Vide etiam de Ordine in Hispania:

Cat. Factums IV 539 (vide supra II 453)

GOOVAERTS I 14, 24, 26, 27, 28, 33/34, 36, 53, 54, 70, 91, 96, 101, 108, 111, 112, 113, 135, 141, 209, 239, 242, 256, 262, 290, 291, 293, 294, 319, 320, 397, 404, 421, 508, 534, 535, 543, 574, 582, 594, 607, 627, 637, 638, 639. — II 7, 10, 28, 64, 74, 76, 86, 115, 132, 134, 189, 239, 250, 272, 332, 334, 343, 424, 438. — III 44, 47, 53, 85, 162, 164, 166, — IV 7, 15, 24, 67/72, 82, 83, 111, 164, 211, 218, 227, 296, 313, 339, 347, 358, 370, 374, 375, 381

LEPAIGE 739/48, 968/71

POTTHAST 6305

PRESSUTTI 2568

VALVEKENS *ADDespr (Anal. Praem. 1955)* pp. 153/58

IDEIM, *Visit. Can.* II 131, 164

DE NOMINIBUS

Nomina baptismalia et religionis solebamus praebere latine. Atqui in Hispania, hoc est difficile. Diplomatibus infima latinitate conscriptis, iam in fine saec. XII substituuntur castellana, et saeculo sequenti latinum cessat omnino. Multa nomina propria, alibi ignota, vix traducta sunt in latinam, vel sub formis tam variis, ut exteri ea vix possint recognoscere. Ideo damus omnia nomina in lingua vernacula. Aliqua nomina typica sunt: Nunnus (= Nuño, Nuñez. Forma sic terminans indicat: filius Nunnii); Didacus = Diego, Gundisalvus = Gonzalo, -ez; Sanctius = Sandro; Ignatius, Enecus, Innicus = Iñigo; Guterius = Gutierrez; Munnus = Muñoz; Rodericus = Rodrigo; Lopus = Lope, -z; Garcia, Alvaro, Vasco, Velasco, Ruy et Gomez latine non existunt. Ante saec. XIX, in Hispania permulti nomini suo praemittere solebant vocem „de“. Quae tum adhibita, tum omissa, nequaquam iam indicat nobilitatem.

VISITATORES CIRCARIAE ANTE REFORMATIONEM

Abbates de Sta. Cruz de Monzon,
de Aguilar et de la Vid 1343⁶⁰)
Petrus abb. de Aguilar 1400/15
Turibius abb. eiusdem 1432

Abbas de Cerrato, una cum rectore
Collegii Parisiensis 1469
Sandho de Aranda, Abb. Vitensis,
ante an. 1483

⁶⁰) AHN Pap. Vid 1349

Tussanus abb. de St. Feuillien † 1490 in Burgos	Abbates de Retuerta et de Chari- tate 1525
Juan Arceniega abb. de Ibeas 1499	Abb. de Retuerta —1568
Juan de Colmenares abb. de Aguilar —1511	Abbas Vitis 1568—73

ITEM CAPITULA PROVINCIALIA

Retuerta 1469	Segovia S. M. de los Huertos 1525 ⁶²⁾
Palencia 1473	Retuerta 1540 ⁶³⁾
Tortoles 1507 ⁶¹⁾	Retuerta 1568 ⁶⁴⁾
Medina del Campo 1525 ⁶²⁾	

Series Abbatum seu „Reformatorum“ Generalium ab anno 1573

1. Provinciales:

Juan del Puerto 1573/76	Diego de Mendieta 2º 1603—06
Diego de Vergara 1576/79	Bernardino Lopez 1º 1606/09
Jeronimo Calderon 1º 1579/82	Juan Terreros 2º 1609/12
Antonio de Tapia 1582/85	Juan de Licea 2º 1612/14
Jeronimo Calderon 2º 1585/88	Leon de Aranibar 1614/15
Diego de Mendieta 1º 1588/91	Felipe Quintanilla 1º 1615/18
Juan Martinez 1591/94	Bernardino Lopez 2º 1618/21
Juan de Licea 1º 1594/97	Geronimo de Oña 1621/24
Juan Terreros 1º 1597/1600	Felipe Quintanilla 2º 1624/27
Juan Franc. Garrido 1600—01	Felipe Bernal 1627/30
	Garcia Alvarez Osorio 1630/33
	José Azevedo 1633/36
	Juan Cornejo 1636/39
	Antonio de la Torre 1639/42

2. Reformatores Generales:

Juan Franc. Garrido 1601/03

⁶¹⁾ Relictum: AHN Perg. Toro S. Sofia 2348

⁶²⁾ Item Pap. Vid 1389

⁶³⁾ Item Pap. Ciudad Rodrigo 5766

⁶⁴⁾ Item MF Vallad. — Capitula Provincialia, et Generalia Congregationis cele-
brata sunt Retortae, praeter sequentia: 1573 Segovia, 1579 San Pelayo de
Cerrato, 1585 Aguilar, 1591 Ibeas, 1582 et 1594 La Vid, 1720 Segovia, 1741
Villamayor, et alia pauca.

- Francisco Real 1642/45⁶⁵⁾
 Juan Carrillo Acuña 1645/48
 Miguel Solis de Miranda 1º
 1648/51
 Miguel Merino 1651/54
 Manuel Herrera de Tordesillas
 1654/57
 Miguel Solis de Miranda 2º 1657/60
 Juan Salces de Quevedo 1º 1660/63
 Francisco Dubal 1663/66
 Antonio Bonifaz 1666/69
 Juan Salces de Quevedo 2º 1669/72
 Juan Sande de Requejo 1672/75
 Juan de Julian I 1675/78
 Francisco Ramirez 1678/81
 José Tellado 1681/84
 Barthol. de Echenique 1684/85
 Manuel Garcias 1685/87
 José de Ocampo 1687/90
 Manuel Mancio 1690/93
 Juan Giron 1693/96
 Juan Perez Carpintero 1696/99
 Alonso Prieto 1699/1702
 Manuel de Torres 1702/05
 Juan Montero 1705/07
 Juan Alemán 1º 1707/08
 Cristobal Oliveros y Camison
 1708/11
 Pedro Ramos 1711/14
 Juan Alemán 1714/17
 Lorenzo del Castillo 1717/20
 Manuel Ximenez 1720/23
 Juan Perez Galavis 1723/26
 Juan de Mayora 1726/29
 Norberto Duran 1729/32
 Manuel Alonso de Hoyos 1729
 José Esteban de Noriega 1732/35
 Domingo Lopez de Armentia
 1735/38
 Francisco Echevarría 1738/40
 Franc. Muela y Castro 1740/41
 Alonso Barbadillo 1741/44
 Mateo Gonzalez 1744/47
 José de la Encina 1747/48
 Miguel Rodriguez Ximenez
 1748/50
 Manuel Diez Soto 1750/53
 Diego Martinez Soto 1753/56
 Alonso Gonzalez de Apodaca 1º
 1756/59
 Juan Gonzalez de Apodaca
 1759/62
 Bernabé Ceballos Campuzano 1º
 1762/65
 Bartolomé de Barrenechea
 1765/68
 Alonso Gonz. de Apodaca 2º
 1768/71
 Geronimo Flores 1771/74
 Bernabé Ceballos Campuzano 2º
 1774/77
 Franc. Martin Baz 1777/80
 Juan Bengoechea 1780
 Lorenzo Lopez Asensio 1780/83
 Juan Manuel de Fravega 1783/86

⁶⁵⁾ Hic et successor eius resederunt Vallisoleti, caeteri omnes ab anno 1600 Retortae.

Manuel Fernandez Figueroa	1786	Leonardo Herrero 2º	1807/11
Leonardo Herrero 1º	1786/89	Juan Miguel Calo	1814/15
Nicolas Garcia	1789/92	Juan Baez Villaroel	1815/18
Blas Linares Saavedra	1792/95	Pedro Dominguez Solis	1818/24
Manuel Echevarría	1795/98	José Soto	1824/27
Antonio Soto	1798/1801	Julian Alonso	1827/30
Rodrigo Orellana	1801/04	Pedro Seisdedos Flores	1830/33
Diego Rodriguez Mendo	1804/06	Juan Baut. Miguelena	1833/35
José Enseña	1806/07		

A b b a t e s t i t u l a r e s B e l l i p o d i e n s e s

Juan Ambr. de Abreu	1664	Inseri nequeunt:	
Barth. Echenique	1675/78	Juan Pacheco y Herrera	ante 1689
Manuel Marquez Calderón	1696/99	Alonso Miranda	16..
Juan Bueno de Arévalo	1702/05	Franc. Alvarez de la Guerra	
Juan Bustillo	1711/14	post 1672	
Gabriel Villamar	1717/20	Pedro de Ribera	17..
Manuel Recio	1720/23	Francisco de Llespex †	14. 9. 16..
José Matabuena	1732/35	José Velez de Guevara	16..
Francisco Perez Vallines	1747/50	Miguel Valdeyta	17..
José de la Cruz	1750/53	Franc. Gonzalez	ante 1751
Pedro Tomil	1783/86	Diego Garcia Soto	ca. 1687/96
Manuel Hornillos	1786/89	Diego del Solar Toraya	inter an. 1666 et 75 ⁶⁶⁾
José Carreño	1792/95	Franc. Velazquez	ca. 1750/60
Juan Baez	1798/1801		
Norberto Diaz	1801/04		
Juan Paniagua	1830/33		

⁶⁶⁾ Qui hic supra p. 167 est omittendus.

A G U I L A R D E C A M P O O Sta. Maria la Real

Aquilare, monasterium Stae. Mariae Regalis Aquilariensis - Santa Maria (de) la Real extramuros de la Villa de Aguilar de Campóo.

Oppidum in aquilone provinciae de Palencia, dioc. Burgos, nunc Palencia. - Vitetur confusio cum ecclesia collegiata Sti. Michaelis in eodem oppido, quae pariter a saec. XVI erat abbatia, et cum multis aliis locis huius nominis in Hispania.

Abbatia praeclara. Fundata est ab Alphonso VII rege Castellae in HERRERA DE PISUERGA St. Augustinus

Paulum distans ab Aguilar, versus austrum. Anno 1152, haec curia a dicto rege datur abbatii Retortae, et paulo post ibi fundatur canonica Ordinis, quae erigitur in abbatiam. Monasterium duplex. Tamen fundatio noluit prosperare. Ideo an. 1169, una cum conventu prioratus Fuente la Encina (de quo vide infra suo loco), translata est ad ecclesiam collegiatam Stae. Mariae de Aguilar. Herrera mansit curia seu prioratus, ab illa dependens, tamen ultimis saltem saeculis, absque conventu. Hodie dum ne lapis quidem de eo superest.

AGUILAR de Campóo B.M.V.

Fundatio huius monasterii perantiqui saeculo VIII vel IX, pro Ordine Sti. Benedicti, videtur esse spuria. Versus annum 950, interveniente abbatie quodam Opila, Osorio Armildez erexit ibi monasterium sub invocatione Sti. Martini, saeculo sequenti occurrit ibi alterum in honorem B.M.V., quod forte est idem, et cui bona Sti. Martini in posterum apparent unita. Initio monasterium duplex O.S.B.¹⁾, sed post annum 1020 Sta. Maria est „abbatia saecularis“, id est collegiata, quae multos habuit proprietarios. Qui omnes, anno 1169, renuntiaverunt jure suo in favorem abbatis de Herrera, et collegiata facta est abbatia Praemonstratensis. Cui addicta sunt monasteria de Herrera et de Fuente la Encina ut prioratus dependentes, et insuper 39 ecclesiae incorporatae²⁾. Abbas et clerici collegiatae

1) Quod innuit existentia „monachorum et monialium“ an. 1020 (Becerro Aguilar f. 3). Canonia O. Praem, teste necrologio Vitenisi, etiam erat duplex. De translatione sororum nihil constat, econtra occurunt ibi „sorores conversae de Aguilar“ adhuc saec. XIV/XV.

2) AHN Perg. Aguilar 1648, et apud HUGO l. c. Maior pars earum fuerunt merae capellae, curiae vel eremitoria, et paulatim sunt amissae vel derelictae. Nonnullae ex eis non iam possunt identificari: Niort, Pozancos, Cerrazo, Vuelna, Camporredondo, Sotronca, Villapadierna, Villuela, Arcos, San Mamés de Gainonal, Conduella, Valderredible, Terradillos, Monnegro, San Roman (2), Salazar, La Nava, Melgarejo, Valbas, Cigales, San Tirso, Grajal, San Cebrián de la Vega, Valdeboniel. Fieri potest, partem earum sec. XIII/XIV canonicis fuisse provisas. Accedunt eis ecclesiae infra adductae.

protestati sunt contra suppressionem sui instituti anno 1173, sed in vanum. Nova abbatia mox adeo cumulata est bonis, beneficiis et privilegiis, ut facta sit splendidissima totius provinciae. Unam genuit filiam: Villoria, usque ad an. 1573 ei jure paternitatis subdita. Ex ecclesiis suis, sequentes saltem inde a saeculo XIV, propriis suis canonicis solebat administrare: Brañosera, Bustasur, Cillamayor, Corco, Cordovilla, Frontada, Corbio, Medianedo, Nestar, Sandobal, Tobar, Valberzoso, Valdeguña³⁾. Anno 1224 abbas Retortensis vindicat curias Sti. Augustini de Herrera, de Fuente la Encina et de Valdeguña tamquam sui monasterii, quod innuit, etiam Valdeguña primitus fuisse domum formatum ut duae priores. Anno 1222 consecratur ecclesia abbatialis adhuc extans, ab architecto ex Ordine constructa⁴⁾. Divitiae mature ansam dederunt relaxationi: iam an. 1202 religiosi habent bona propria⁵⁾, saec. XIV et XV non cessant litigia et processus. Saec. XVI exspoliatur a commendatariis, quorum pessimus, G. de Villaroel, canoniam fere ruinavit. Reformatio et introductio trien- nalitatis per fraudem abbatis A. Miño et per machinationes dicti Villaroel sunt frustratae annis 1531/42. Saeculis XVII/XIV canonia maxime floruit. 1774: 31 religiosi. Saepius ibi erat domus studiorum, ita an. 1824/35 philosophiae. Aedes propterea valde sunt ampliatae. Sors earum post suppressionem an. 1835 erat tristissima. Nemo voluit eas emere, nec ullus ordo ibi se collocare, ideo manserunt proprietas gubernii usque hodie, sed inhabita- tiae, et omni exspoliationi per integrum saeculum obnoxiae. Anno 1913 tecta adhuc erant integra, hodie est ruina desolata. Gubernium nuper in- stauravit tectum ecclesiae. Praeter quam speciosa sunt in primis claustrum et capitulum, omnia saec. XII/XIII. Imago Jesu Xi. sepulti, ad quam a saeculis magna est devotio populi⁶⁾, una cum stallis chori, et variis altari- bus et statuis pretiosis hodie videtur in ecclesia parochiali ad Stum. Mi- chael. Multa capitella romanica, et per pulchra epitaphia saec. XIII/ XIV nunc sunt in Musaeo Archeologico Matriti, et in Museum of Mediaeval Art, Tyron Park New York.

Pro tempore, PP. Cistercienses intendunt restorationem abbatiae.

-
- ³⁾ Quibusdam tantum ex iis provisum adhuc est post reformationem religiosis propriis excurrendo, vel etiam exponendo fratres. Anno 1576 statuitur: Canoni- ci erponuntur in Medianedo, Cillamayor, Frontada, Cordovilla, et Valber- zoso. Clero saeculari vicino committuntur Tobar, Nestar et Brañosera, Corbio administratur excurrendo. Quod vero saeculo sequenti iterum mutatum est.
 - ⁴⁾ Fratres Sebastianus et Dominicus circa annum 1205 construunt ecclesiam, clau- strum et capitulum (RODRIGUEZ MUÑOZ l. c.)
 - ⁵⁾ MENENDEZ PIDAL nr. 2
 - ⁶⁾ „El Santo Cristo de Aguilar“. De furtu eius per religiosos Sti. Norberti Madri- tensis cf. HUGO II 381.

*Archivalia supersunt multa. AHN: 848 chartae pergamenae (Carp. 1648/88), Cod. 1243: Becerro, id est Cartularium saec. XIII, et Cod. 433: obituarium, quod revera provenit ex La Vid. — Ibid. Libros 9465/9506 (9466: Acta Cap. Gen. Congreg. Hisp. 1675/1765, Visitationes 1659/1723; 9467: Cap. Gen. 1765/1835; 9477 revera spectat ad ecclesiam collegiatam Sancti Michaelis) — Ibid. Papeles 5357/73 (5362: inventarium bibliothecae et conventus in actu suppressionis an. 1820) — Arch. Simancas PR 23, 43. RGS IV 1459 — Arch. Real Chancilleria Valladolid: E 1525, 15 (an. 1685) — BN Madrid: ibid. G 89, 35 XVIII: N. ALVAREZ, *Historia del monasterio de Sta. Maria de Aguilar* (1648) — ibid. MSS 704 f. 109 sq; 9194, 2030, 18726 (copiae) — BCentr Barcelona MS 729 VII 529/33 (*Noticias del Abad J. de Colmenares*) — MS Vid 1 bis f. 45/52, 86, 162/64, 177/84 — B. DE LEON 56/58, 101/11 — Arch. D. Raphael Fontaneda Perez, Aguilar de Campoo: 2 fasc. an. 1680 et 1814/19. — BMun Nancy 992 I, 201/14.*

*Fontes et Litteratura: HUGO I 173, prol. 103/11 — WAF-FELGHEM 3 — Cat. Mon. Palencia III 259/71, lam. 103/14 — COTTINEAU 29 — DHGE I 1065/67 — ESPASA III 633/34 — FLOREZ XXVII 4, 10 — GARMA Y SALCEDO II 383 — GOOVAERTS I 24, 112, 135, 137, 320, 583, 595, 638, II 10, 74, 134, 334, IV 7, 358, 424 — Ind. Doc. 107, 211 — LAMPEREZ Y ROMERO III 405/10 — Lettres com. Jean XXII 30123 — MADOZ I 138 — MENENDEZ PIDAL 17, 18, 19, 33/37, 40/57, 198 — MIRAEUS passim — Mon. Esp. II 164/65 — NORIEGA DAMC 110/18 — PONZ XI 278 — POTTHAST 7139, 7150 — PRESSUTTI 2432, 4680, 4719 — QUADRADO VPZ 363/68 — SAINZ DE ROBLES 83/91 — SERRANO CARL 22 — IDEM CDMoral I 11 — IDEM, ObBCP III cf. ind. 397 — M. de ASSAS, *Monasterio de Aguilar de Campoo (Museo Español de Antigüedades)*, Madrid 1872, I 597/620 — IDEM, *Sepulcros de Aguilar de Campoo*, ibidem II 101/24 (Madrid 1873) — R. BECERRO DE BENGOA, *El Libro de Palencia*, Pal. 1874, pp. 214/16 — L. HIDOBRO, *Breve historia y descripción de la muy leal villa de Aguilar de Campoo*, Palencia 1955 — P. RODRIGUEZ MUÑOZ, *Iglesias Romanicas Palentinas (Public. Instit. Tello Tellez de Meneses*, Palencia, XIII 1955 pp. 104/08) — A. de YEPES, *Coronica General de la Orden de San Benito*, s. l. 1610, III 401/05 (falsa profert) — *Historia de la milagrosa Imagen de Jesu Christo ... que se venera en el convento de Sta. Maria la Real ... de Aguilar, en que de paso se toca la fundación de la Orden, y de algunos conventos, y se da noticias de algunos varones ilustres ... compuesta por un canonigo de la Orden*. Salamanca 1790.*

S e r i e s a b b a t u m (nisi aliter notetur, secundum AHN)

1. Abbates perpetui	Andreas 1173/1206 ⁷⁾
Reiner 1152	Gonzalo 1206—13
Andreas 1156	Michael 1214—29
Michael 1165/69	Marcus 1229—35

⁷⁾ Probabiliter iam an. 1171, et certe 1173 erat in Herrera (Becerro Aguilar 14 b)

Martinus	1235—40	Gonzalo de Nestar	1430/36 res.
Garcia Gutierrez	1241—49	Alonso de Espinosa	1441/59
Pelayo Ruiz	1249—55	Juan del Puerto	1461
Gomez	1257/66	Juan Duque de Colmenares	
Pedro Garcia	1269—90	1461—1511 cf. Retuerta	
Gonzalo	1291—96	Fernando Duque de Colmenares	
Juan	1297	1511—22 dep.	
Aparicio	1299	Garcia de la Vid	1522—30 cf. La Vid
(cf. Villamediana)		Pedro Sarmiento	1531/34 ⁹)
Pedro Rodrigo	1300/05	Fernando Gaioso	1533
Gil Perez	1306—11	Alonso Miño	1536/38 res.
Juan Gonzalez	1311—23 expuls.	cf. Arenillas	
Juan de Liebana	1323-ante 1366 ⁸⁾	Diego Rubin de Celis	1536
Juan (Blanco?)	ca. 1366/87	Alonso Diaz	1538—41
Fernando	1390/93	Juan Moreno	1541/42
Juan	1396	Benito	1542 res.
Fernando	1400	Pedro Gomez de Villaroel	1542—64 res.
Pedro de Salcedillo	1403/17	Diego de Angulo	1564—72
Pedro de Valberzoso	1418/28	Inocencio de Sobremonte electus	
		1572	

⁸⁾ Difficile sunt discernendi abbates nomine Joannes inter annos 1323 et 1390. Unus inter annos 1323/66 erat Joannes de Liebana (Aguilar Perg. 1675, 19), sed probabiliter hac periodo praefuerunt duo Joannes. An. 1378 occurrit Joannes „Albus“ (Ibid. 1677, 8)

⁹⁾ Historia ultimorum abbatum perpetuorum demonstrat plenam corruptionem temporis. An. 1531, abbas de Retorta non vult confirmare Petrum Sarmiento canonice electum, et imponit Antonium abbatem de Villamediana, qui mox sponte secedit. Romae cum reperiunt, abbatiam esse vacantem, eam dant in commendam Ferdinando de Gaioso, qui resignat in manus D. Rubin de Celis. OppONENTE conventu, iste possessionem non obtinet, et resignat in manus Alphonsi Miño, abbatis regularis de Arenillas, ea sub conditione, quod introducatur triennialitas. Miño coacte aggregat abbatiam Congregationi Vitensi, et resignat. In Aguilar canonice eligitur A. Diaz. Miño autem clam secedit Romanum, et ambas suas abbacias secundo resignat sobrino suo Pedro G. de Villaroel, scriptori Cameræ Apostolicae. Sequuntur in Aguilar duo abbates regulares, quos pensionibus placat callidus commendatarius, dein ipse solus regnat in maximum detrimentum monasterii. Anno 1564 recusat assumere habitum, quod Tridentinum (tunc adhuc) praescribit commendatariis, ideo abbas Retortensis eum declarat depositum, et conventus eligit D. de Angulo regularem. Debet autem solvere altam pensionem Petro de Villaroel ad vitam. (Arch. Simancas PR 23, 43)

2. Abbates triennales	Juan Gonz. de la Cuesta 1658/60
Diego de Vergara 1573/76	Gaspar Moro Vicente 1660/63
Geronimo de Calderon 1576/77	Manuel Celis Mantilla 1663/66
Antonio de Tapia 1577/79	Manuel Paz y Novoa 1666/69
Francisco de Melgar 1579/82	Manuel Celis Mantilla 1669/72
Diego de Mendieta 1582/85	Juan de Julian I 1672/75
Tomas Quixada 1585/88	Ambrosio Perez Robles 1675/78
Diego Martinez 1588/91	Domingo Gutierrez 1678/81
Felipe de Castañeda 1591/94	José Velez de Guevara 1681/82
Diego Martinez 1594/97	Augustin Lopez 1682/84?
Felipe de Castañeda 1597/1600	Juan de Julian I 1684/87
Juan de Terreros 1600/03	Manuel Mancio 1687/90
Jeronimo de Oña 1603/06	Baltasar Balbin de Olivares 1690/93
Juan de Salcedo 1606/09	Francisco Martinez 1693/95
Agustin de Pedrosa 1609/12	Francisco Castañeda 1695/99
Mateo Garcia 1612/14	Angel de Arce 1699
Fernando Miguel 1614/15	Juan de Cueto 1699/1702
Jeronimo de Oña 1615/18	Juan de Julian II 1702/05
Miguel de Ayala 1618/21	Geronimo Caballero 1705/08
Francisco de Salinas 1621/24	Juan Perez Robles 1708/11
Juan B. de la Vega 1624/27	Sebastian Ceballos 1711/12
Fernando Miguel 1627	Geronimo Echenique 1712/14
Manuel Robles 1627/30	Juan Perez Robles 1714/17
Fernando Rebolledo 1630/33	Francisco Robles 1717/20
Manuel Robles 1633/36	Geronimo Gonzalez Tenorio
Fernando Zaldibar 1636/39	1720/23
Antonio Temporal 1639/42	Francisco Garcia Gonzalez 1723/29
Miguel Merino 1642/45	Pedro de la Torre 1729/32
Norberto Alvarez 1645/48	Juan Lopez Reoyos 1732/35
Juan Gonzalez de la Cuesta 1648/51	Franc. Garcia Gonzalez 1735/38
Agustin Gonzalez 1651/54	Alonso Bobadilla 1738/41
Francisco Martinez Caballero 1654/57	Franc. Garcia Gonzalez 1741/44
Antonio de Avila Ybera 1657/58	José de la Encina 1744/47
	Antonio Lopez 1747/50

Diego Martinez Soto 1750/53	Alonso Velasco Marquina 1789/92
Juan Perez Angel 1753/59	Clemente Gonzalez Uriarte 1792/95
Bernardo Hernaez 1759/64	Diego Rodriguez Mendo 1795/98
José de la Encina 1764/65	Vicente Pablo Iturriaga 1798/1801
Norberto Lexoste Azpileta 1765/68	Blas Linares Saavedra 1801/04
Bernardo Hernaez 1768/71	Norberto Garcia 1804/06
Norberto Lexoste Azpileta 1771/74	Francisco Xavier Rubio 1807/15
Bernardo Velez de Guevara 1774/77	Julian Gonzalez Uriarte 1815/18
Manuel Fernandez Figueroa 1777/80	José Rodriguez Moroncillo 1818/24
Blas Linares Saavedra 1780/83	Julian Gonzalez Uriarte 1824/27
Alonso Martin 1783/86	Pedro Gonzalez Nuñez 1827/30
Blas Linares Saavedra 1786/89	Atanasio Hircio 1830/33
	Fernando Garcia Vital 1833/35

ALBA DE TORMES S. Leonardus

S. Leonardus apud Albam, - in Alva de Turmis. (Hugo erronee collocat hanc abbatiam in civitate Abulensi, sive Avila).

Prope Salamanca versus SE, una leuca distans ab oppido A. de T., versus austrum. Dioec. et prov. Salamanca.

Abbatia insignis, de cuius historia tamen fere nihil scitur. Fundata circa annum 1154 ab Alphonso VII rege Castellae, tamquam monasterium duplex. Filia Retortae, mater de Ciudad Rodrigo et de S. Miguel de Groz. Saec. XIV/XV, deficiente abbatia Sti. Michaelis de Groz, paternitati eius subditur parthenon Stae. Sofiae de Toro. Hic vixit B. Didacus ex familia ducum de Alba, tamquam conversus. Multi canonici Sti. Leonardi inveniuntur omisso anno, in necrologio Stae. Sophiae Saec. XV, abbas Ferdinandus astitit Concilio Basileensi tamquam deputatus circariae. An. 1439, Eugenius IV PP. iubet archiepiscopo Toletano, supprimere monasterium, et collocare ibi Hieronymitas¹⁰⁾), quod ille biennio post tandem exequitur, commendam abbatiae adeptus. Conventus qui erat potens et dives, et numquam ante sub commenda, vi expulsus est. Disciplina erat collapsa¹¹⁾, sicut fere ubique in circaria. Archivum tunc videtur fuisse perditum, potius a Praemonstratensibus cedentibus, quam ab Hieronymitis intran-

¹⁰⁾ Reg. Vat. 365 f. 282

¹¹⁾ NORIEGA autem, conuentum nullatenus fuisse collapsum, sed aviditatem, insidias et machinationes Hieronymitarum solas hanc domum avulsisse ab Ordine (MS Vid 1 bis).

tibus. Sub quo ordine floruit usque ad an. 1835. Subsistit pulchra ruina amplae ecclesiae saec. XII/XIII, ex maximis quas Ordo reliquit in Hispania. Monasterium valde ruinosum, pro maiore parte videtur esse de tempore Hieronymitarum — Hodie ruinae vocantur „San Gerónimo“.

Archivalia inveniuntur quasi nulla: AHN Gerónimos de S. Leonardo Pap. 5697: una charta anni 1321, et 5701: confirmatio suppressionis an. 1446. — A. Simancas MP 368, 1, MS Vid 1 bis 160, 162.

Litteratura: HUGO II 37, cuius errores sequuntur WAFFELGHEM 523, COTTINEAU 2763, et ZAK 13 — *Ind. Doc.* 93, 94 — GOOVAERTS I 256 — *Lettr. com. Jean XXII* 30123 — MADOZ I 236 — PONZ XII 300/01 — QUADRADO SAS 283/85 — P. de SIGÜENZA I 343 — L. GOMEZ CANEDO, *Don Juan de Carvajal. Un español al servicio de la Santa Sede*. Madrid 1947, p. 268.

A b b a t e s

Vitalis 1171	HUGO II xciv
W 1185	AHN Pap. Retuerta 7643
Dominicus 1282	CEPIE VIII 107
Alphonsus 1333 depos.	Lettr. Jean XXII 30123
Diego 1363	Becerro Ciudad Rodrigo f. 40a
Ferdinandus 1434, † 1441	MS Vid 1 bis l. c. item
Gutierrez Alvarez, archiep.	
Toletanus 1441/42	

Inseri nequeunt (Necr. Stae. Sophiae de Toro)

Garcia 16. II	Garcia 5. XI
Pedro 18. III	Pedro 10. XI
Rodrigo 2. VII	Rodrigo 11. XI
Domingo 12. VII	Domingo 13. XI
Toribio 7. VIII	Pedro 8. XII

A L M A Z A N B.M.V.

Sta. Maria ultra Dorium; Sta. Maria de allent del Duero en Almaçan, — de allende —, de aliende el —, — de allén de —; Morón, Morón de Almazán.

Iuxta flumen Duero in medio inter Soria et Sigüenza, dioc. et prov. Soria. HUGO et WAEFELGHEM eam confundunt cum Mur, de quo vide supra p. 190.

Prioratus canonicorum, dependens ab abbatia Retortensi, fundatus ante annum 1237 a clero quodam Raimundo. Nil probat, hunc clericum fuisse eundem ac Stum. Raimundum de Peñafort, neque ex ullo documento authenticè constat, Leonoram reginam huic prioratui postea adiunxisse parthenonem. Charta quaedam anni 1237 demonstrat, hanc domum tunc

fuisse prioratum canonicorum et domum formatam¹²⁾). Anno 1488 incendio deletus est¹³⁾, et paulatim periret. An. 1498 est ibi sacerdos saecularis tamquam rector, abbatiae Vitensi subditus, ecclesia diruta restauratur¹⁴⁾. Anno 1567 denuo unitur Retortae, quod confirmatur a Curia Romana an. 1575. Anno 1602 „prior et conventus“¹⁵⁾, anno 1630 prior tantum ibi residet. Anno 1830 erat „administrator“ in „prioratu de Almazán“. Anno 1890 adhuc extitit ecclesia profanata, hodie vestigia tantum supersunt.

Archivalia: AHN Prov. Soria, Morón 6681 — Ibidem Ciudad Rodrigo, La Caridad, Pap. 5763.

Litteratura: HUGO II 219 — WAEFELGHEM 6,256 — ANTON 291 — Ind. Doc. 97 — NORIEGA DAMC 133 —

Priores (AHN)

Bernardus 1237	Manuel Rodriguez † 1729
Pedro Dominguez 1252	Inseri nequeunt:
Geronimo de Villaluenga I 1513	Pedro de St. Estevan 10. XII Necr. de Toro
Pedro Ruiz 1540—75	Gomez de Herrera 21. IV ibid.
Ignacio Gutierrez 1579—82 cf. Bellpuig	Lorenzo de Vadacondes 6. IV Necr. Vit.
Geronimo de Villaluenga II 1591/94	Cristobal Navarro ibid.
Diego Lopez de Vergara 1594/1601	Frutos de Azevedo 19. I. 16.. ibid.
Geronimo Perez ante an 1668	Francisco Gomez 17. IV ibid.
Manuel Celis Mantilla † 1678 cf. Aguilar	

ARENILLAS DE SAN PELAYO St. Pelagius

Sti. Pelagii de Arenellis, -Hermellis, -de Avia. — Arenillas de Arriba, -de los Frailes, -de Valdavia. Vitetur confusio cum abbatia San Pelayo de Cerrato, et cum vicis Arenillas de San Miguel, et A. de Nuño Perez, in eadem provincia et dioecesi sitos.

In planicie fluminis Avia, prope Saldaña. Quondam in confiniis dioecesium de Burgos, de Palencia et de Leon, cui ultimae fuerat addicta. Hodie dioec. et prov. de Palencia.

¹²⁾ Notitiae autographae E. de NORIEGA, AHN La Vid Pap. 1379

¹³⁾ Ibid. 1389

¹⁴⁾ AHN Perg. La Vid 386, 5

¹⁵⁾ AHN Pap. Ciudad Rodrigo Pap. 5763. Attamen est dubitandum valde, ibi extitisse veram communitatem, quia Congregatio unum vel duo canonicos tantum in unoquoque prioratu admittebat.

Abbatia modica. Anno 1132 „monasterium“ fundatum est a familia de Muñoz. Ex donatorum tabulis nulli speciatim Ordini fuerat addictum, sed ad episcopi nutum, religiosis quos ipse iudicaret utiliores, destinandum reliquerunt fundatores. Supponi licet, canonicos OSA fuisse primos incolas huius domus, quae ante annum 1168 transierunt ad Ordinem Praem. Hoc quidem anno abbas Retortensis abbatiam Sti. Pelagii jure paternitatis in gratiam excipit filialis ecclesiae. Possedit varia „monasteria“, id est ecclesias, ut Sta. Maria de Villela, S. Clemente de Villafañe de Suso, San Miguel, San Quirce de Arenillejas, et beneficium Sti. Barnabae in ipsa ecclesia abbatiali. Monasterium initio fuisse duplex, nequit probari, sed est probabile¹⁶⁾. Fundis sat pinguibus locupletata primitus abbatia, ad eam paupertatis devenerunt angustiam anno 1258, ut nomine abbatum circariae ad eleemosynas pro reparatione ecclesiae Sti. Pelagii excitati fuerint fideles. Saeculo XV denuo erat pauper, a commendatariis penitus ruinata. Praeter provisorem an. 1438 nemo aderat in domo, abbate carente. An. 1469 iterum aderat parva communitas. An. 1562 solus commendatarius ibi degebat, an. 1567 praeter illum unus canonicus proprius, et alter abbatiae Sti. Saturnini. Ideo an. 1573 a Nuntio Ormaneto suppressa est, et unita abbatiae matri, scilicet Retortae, ut prioratus simplex. Annis 1634/38 unitus erat abbatiae Vallisoletanae. Superest monasterium, exiguum quidem, sed integrum. Ecclesia saec. XII hodie est parochialis, habet tres absides et portam speciosam. In monasterio, quod est domus parochi, invenitur claustrum gothicum.

Archivalia: pauca quae supersunt, erronee admixta sunt in AHN archivis Sti. Pelagii de Cerrato, vide ibi Pap. 9612, 9613 et 5424, ubi habetur inventarium archivorum (ca. 1800) interea amissorum. — Ibidem Perg. Aguilar 1675, 15 (an. 1364). Becerro Aguilar 15a. — AHN Pap. Vid. 1389 — B. DE LEON 87!92.

Litteratura: HUGO II 527, pr. 350!52 — WAEFELGHEM 247 — ANTON 298 — Cat. Mon. Palencia III 1/2, lam. 1/4 — COTTINEAU 2842 — LAMPEREZ Y ROMEA II 647 — MADOZ II 515 — RODRIGUEZ MUÑOZ (cf. Aguilar) 80 — ZAK 14

¹⁶⁾ „haereditas de Olmos de Sta. Euphemia“ pertinuit ad bona fundatitia abbataiae (HUGO II ccclj). Atqui fuit ibi (hodie Sta. Eufemia de Olmos) antiquum monasterium canonicorum, quod ineunte saec. XII videtur fuisse collapsum. Inter annos 1170 et 90, Alphonsus VIII rex emit hanc domum ab episcopo Burgensi, et dedit eam Ordini militari Sti. Jacobi, qui ibi collocavit moniales suas. (AHN Ucles 94). Forte abbatia Sti. Pelagii, non longe distans, antea eo transtulerat sorores suas, quae dein transierunt ad Ordinem Sti. Jacobi. Quae hypothesis, licet nullo probetur argumento, haud est prorsus improbabilis. Vide de hoc monasterio BN Madrid 13063/65.

A b b a t e s

Paschasius 11 ..	Ob. Praem. I 22. VIII
Pelagius 1168/69	Becerro Villamayor f. 39
Joannes 1169/76	Perg. Aguilar 1648, 8
Gervasius 1249/58	Pap. Vid 1389
Toribio 1355	Retuerta perg. 2268
Martin 1415	Medina libr. 16369
Diego de Grisalba, provisor 1438	
Fernando de Aranda 1442—48	
cf. La Vid	
Juan de Liebana 1443	AHN Cerrato 9612
Alonso de Villoria 1453/54	ibid.
Pedro de Matamorisca 1469/73	Ibid. 5424, Perg. Aguilar 1685, 11
Rodrigo de Colmenares 1507/10	Ibid. 5424, Perg. Toro 2348
Juan Gonzalez 1518/21	Ibid. 9612
Alonso Miño 1521/38 ¹⁷⁾	
simul abbas in Aguilar	Ibidem, cf. Aguilar
Pedro Gomez Villaroel 1544/49	ibid.
Gutierrez de los Rios 1549	ibid. et Cerrato 5424
Juan Miño 1555/73	

Inseri nequeunt:

Gonzalo 22. I. Necr. Vit. et Toro	Alonso de Bustillo 14. VII Necr.
Fernando 17. III Necr. Vit.	Toro
Pedro 27. IV. 12 .. Ob. Prem.	

A V I L A St. Spiritus

Monasterium Sti. Spiritus extra muros Abulenses — Etiam in lingua vernacula, haec domus latine solebat designari: monasterio de Santispiritus de fuera de los muros de la cibdad de Avyla, convento de Santi Spiritus extramuros, — Sancti Spiritus estramuros de Avila.

In valle juxta flumen Adaja, extra civitatem, versus SE. Dioec. et prov. de Avila.

Abbatia fundata ante annum 1171 in loco antiqui eremitorii, a Nuno Mateo de Muñoz, belli duce Alphonsi VIII regis. Initio monasterium

¹⁷⁾ Anno 1521 litigabant de abbatia Francisco de Ledesma (cf. Avila), et Rodrigo de Colmenares, sed Capitulum Generale dedit eam Alfonso Miño (Becerro Ciudad Rodrigo)

duplex¹⁸⁾), filia Vitis. Ecclesias incorporatas habuit nullas. Abbas tenuit jura quasi-episcopalia. Celebris erat reliquiis suis. Saec. XIV rex voluit canoniam transferre intra moenia civitatis, sed non est exsecutus intentionem. Anno 1370 ecclesia ampliata est. Jus pontificalium, antiquitus acquisitum, post litigia cum ordinario anno 1604 denuo confirmatur. Status personalis: 1573:6; 1603:13; 1689:16; 1751:14; 1774:18; 1801:13; 1809:20; 1816:4 religiosi. An. 1657 transfertur eo pars studii theologici, postremo erat ibi philosophia. Anno 1749 combustum est monasterium, dein modestius reconstructum. Post suppressionem an. 1809 a Gallis fere deletum est. Annis 1814/17 pauci conventuales superstites se coadunaverunt in Hospitali juxta ecclesiam Sti. Nicolai, dein vixerunt in seminario San Millán, postremo in casa quadam in via dicta Calle de San Tomás. In anno suppressionis 1835, abbatia antiqua iam satis erat reconstructa, et iam denuo habitari cooperat. Hodie est praedium, supersunt partes ecclesiae romanicae, et residua conventus saec. XIX.

Archivalia: AHN Avila S Spiritus Perg. Carp. 41, nr. 13, 14 — Libros 631/44 (637 continet in fine inventarium archivorum amissorum, cum serie abbatum et chronica monasterii an. 1587) — Pap. 16 fasc. (530/46) — Arch. Simancas PR 28, f. 35/36; RGS II 721 (an. 1478), III 1041 (an. 1480) — MS Vid 1 bis ff. 82/84, 169 — B. DE LEON 59/62

Litteratura: HUGO II 745, pr. 472/73 — WAEFELGHEM 222 — DHGE Art. Avila — GOOVAERTS I 24, 108, II 7, IV 211, 227 — NORIEGA DAMC 163/64 — QUADRADO SAS 416 — J. MARTIN CARRAMOLINO, *Historia de Avila, su provincia y obispado*, Madrid 1872, I 506/07, II 338.

S e r i e s a b b a t u m (AHN)

1. Abbates perpetui	Domingo 1292
Fernando ante 1174	Lorenzo 1292/1311 ²²⁾)
Diego 1174/1209 ¹⁹⁾)	Alfonso 1314 ²³⁾)
Domingo 1223/52	Fulgencio 1316 ²⁴⁾)
Diego 1262	Martin 1323/26 ²⁰⁾)
Pedro 1262/85 ²⁰⁾)	Lope 1340/42
Juan 1288 ²¹⁾)	Martin 1357/70 ²¹⁾)

¹⁸⁾ in necrologio Stae. Sophiae de Toro occuruntur duae „Elvira soror Sti. Spiritus Abulensis“ (6. VII et 24. VIII)

¹⁹⁾ Pap. Retuerta 7643. Non constat, utrum 1209 est „era“ an non.

²⁰⁾ Avila S. Spiritus Libr. 637

²¹⁾ Ibid. Pap. 534

²²⁾ Ibid. Libros 637. Iam occurrit an. 1290

²³⁾ Ibid. Iam occurrit an. 1308

²⁴⁾ Ibid. Perg. 14. Non est certum, utrum est aera an annus Christi.

Juan Alfonso de Arias	1397/1400	2. Abbates triennales ²⁷⁾
Pedro	1405/11	Agustin de Leon 1573/7.
Toribio	1413/20	Dionisio Ganate 157./76
Pedro de Alba	1423/67	Gaspar Zurita 1576/79
Fernando de Avila	1467/92	Fernando de Ruimoroso 1579/82
Juan Carrasco	1492—1527	Lucas de Avila 1582/8.
Diego de Valseca	1527/31	Diego Berron 158./88
Cristobal Alvarez	1531/32 non confirmatus	Luis Pacheco 1588/94
Alfonso de Herrera	1532	Tomas Quixada 1594
Francisco de Ledesma	1536/40	Juan Salcedo 1597/1600
Geronimo Pacheco	1540/43 ²⁵⁾	Lorenzo Telles 1600/02
Fernando de Chaves	1543/47 ²⁶⁾	Luis Pacheco 1602/03
Francisco Blanco	1547/63	Garcias Obeso de Vuelna 1603/05
Bartolomé Lopez	1563/71	Alonso Torres Briceno 1605/06
Gaspar Zurita	1571—73	Juan B. de La Vega 1606/09
Inseri nequeunt:		Juan Salcedo 1609/12
Gonzalo	2. IV. ex necr. Vitis	Rodrigo de Bujedo 1612/15
Rodrigo	11. IV item	Andrés Prado 1615/18
Miguel	9. III ex necr. loci, ut sequentes:	Garcia Alvarez Osorio 1618/21
Gil	17. III	Andrés Prado 1621/24
Garcias	6. IV	Francisco Real 1624/27
Garcias	15. IV	Lucas de la Carrera 1627/30
Gonzalo	20. VII	Francisco Rodriguez 1630/33
Simon	3. XI	Pedro Lopez 1633/36
		Francisco Carcamo 1636/39 ²⁸⁾
		Geronimo Tapia Villena 1639/42
		Norberto Alvarez 1642/45
		Antonio Temporal 1645/48

²⁵⁾ obtinuit bullas, sed non possessionem.

²⁶⁾ Iam negotiavit Romae ab anno 1533, ad abbatiam obtinendam. Quinque abbatias est adeptus, inter quas pingueum S. M. de Caritate, cum quibus fecit commercium. Abulae habuit proventus tantum, de facto Juan Carrasco annis 1540—46 ibi denuo fuit abbas.

²⁷⁾ Desunt triennia: 1654/60, 1693/96, 1708/11, 1751/53.

²⁸⁾ Adeptus est aetatem 114 annorum.

- Francisco Dubal 1648/51
 Manuel Herrera de Tordesillas 1651/52
 Tomas de Avellaneda 1652/54
 Juan Carrillo de Acuña 1660/63
 Marcos Ramirez 1663/66
 Diego de Villegas 1666/69
 Pedro Ruiz de Villegas 1669/72
 Juan de Dueñas 1672/75
 Francisco Manrique 1675/81
 Marcos de la Puente 1681/83
 Domingo del Castillo 1683/84
 Gabriel Garcias 1684/87
 Baltasar Valbin y Olivares 1687/90
 Juan Perez Carpintero 1690/93
 Francisco Mantilla Vicente 1696/99
 Juan Montero 1699/1702
 Ignacio Tinte y Velasco 1702/05
 Angel de Arce Rebolledo 1705/08
 Juan Azevedo 1711/14
 Gabriel Villamar 1714/17
 Julian Lobera 1717/20
 Juan Perez Galavis 1720/23
 Franc. Garcia Ceballos 1723/26
 Juan del Rio 1726/29
 Franc. Garcia Ceballos 1729/32
 Juan Santayana 1732/35²⁹)
 Franc. Perez Vallines 1735/38
 Pedro Martin Baz 1738/41
 Miguel Moreno 1741/42
 Manuel de Rebellac 1742/44
 Francisco Gonzalez 1744/47
 Francisco Montero 1747/50
 Franc. Gonzalez 1750/51
 Juan Moreno 1753/56
 Manuel de Rebellac 1756/59
 Manuel Sanz del Rio 1759/60
 Manuel Gonzalez 1760/62
 Santiago Rueda 1762/65
 Juan Iturriaga 1765/68
 Bernardo Velez de Guevara 1768/71
 Juan Martin Redondo 1771/74
 Juan Manuel Fabrega 1774/77
 Franc. Martinez Meleno 1777
 Franc. Garcia Herrera 1777/80
 Juan Martin Redondo 1780/83
 Nicolas Garcia 1783/86
 Manuel Gaona 1786/89
 Antonio Soto 1789/92
 Manuel Echevarria 1792/95
 Jose Lloret 1795/98
 Manuel Perez 1798/18 ..
 Manuel Echevarria 18 .. /01
 Jose Enseña 1801/04
 Sebastian Guardado 1804/07
 Juan Miguel Calo 1807/15
 Juan Paniagua 1815/18
 Juan Miguel Calo 1818/24
 Jose Rodriguez 1824/27
 Francisco Delgado 1827/30
 Alejandro Marcos Trabanco 1830/33
 Blas Rascon 1833/35
 Inseri nequeunt:
 Juan Castaño 16 .. vel 17 ..
 Juan Barrenedhea ante 1749
 Gabriel Basurto ca. 1800

²⁹) Mense martii an. 1735, ideo ante Capitulum, denuo occurrit F. Garcia Ceballos, ergo J. Santayana triennium suum non complevit.

B R A Z A C O R T A B. M. V.

Brachia curta. — Praça-, Braçacorta

Prope Peñaranda de Duero versus orientem, Prov. Burgos, dioc. Osma, nunc Burgos.

Parthenon. Dominicus abbas Vitensis circa an. 1160 eiecit moniales suas, quae misere in latebris specus cuiusdam vixerunt, donec Ermensindis comitissa de Lara, munifica Praemonstratensium mater, conventum eis construxit in Brazacorta, anno 1165. Ipsa fundatrix una cum filia sua Almenar intravit, exinde bona et donationes affluxerunt undique. Anno 1390 adhuc erat habitatua a monialibus, quae tamen, currente saeculo XV, paulatim sunt extinctae. Facta est Brazacorta prioratus Vitensis, ab uno priore simul parocho, ad nutum abbatis Vitensis administratus. Bona eius, quae manserunt separata, anno 1576 ceduntur Collegio Salmanticensi, sed an. 1745, post diuturnum litigium ab abbatia Vitensi recuperantur^{30).} Superest ecclesia, hodie parochialis, cum pulchra absida romanica, et pars monasterii, in qua habitat presbyter.

Archivalia : AHN Brazacorta 936 (10 doc. 1288/1393), quorum regesta in *Ind. Doc.* 223/33 — AHN Salamanca S. Norberto pap. 6044/45 — Arch. Mon. de la Vid MS 1 bis 160, 2 bis fol. 457/72, libro 17 203/10. — B. DE LEON 25

Litteratura : HUGO II 155 — WAEFELGHEM 259 — DHGE X 472 — *Ind. Doc.* 73, 116, 122/24, 183, 223/33 — NORIEGA DAMC 142/47

B U J E D O D E C A N D E P A J A R E S B. M. V.

Buxetum de Campo Palearum, — in Campo de Paxares. — Bu-, Buixedo, -gedo, -geda, -sseto de Can de Paxares, -de Miranda. Vitetur confusio cum Bujedo de Juarros, abbatia O. Cist. in eadem provincia sita.

Prope Miranda del Ebro, versus orientem, secus viam ferream Irun-Madrid, Prov. et dioec. Burgos.

Abbatia fundata ante annum 1162 a Sancha Diaz Frias, uxore Lupi Diaz de Meno, oriunda e familia de Ansuz, fundatorum Retortae. Filia de Ibeas. Initio monasterium duplex, moniales transferuntur an. 1175 in Quintanilla. Abbatia possedit integrum iustitiam et dominationem civilem in suo territorio sat extenso. Possedit ecclesias sequentes: Ayega San Pelayo, Valderrama San Ginés et Sta. Eulalia, San Juan de la Hoz de Miriel, Mercadillo San Pelayo, La Corzana, Arce-Miraperez, Osma en Alava, Mellena, Valcorta BMV, S. Esteban de Salcedo cum filiabus Cabriana et San Pedro, S. M. Magdalena de Zabarzuela in oppido S. Domingo de la Calzada, cum Hospitale de Fuente Cerezo (1195), quae medio

³⁰⁾ Arch. Mon. de La Vid, MS 2 bis 456 sq.

aevo partim suis religiosis administravit. Numquam habuit commendatarios. An. 1584 construitur claustrum adhuc existens. Status personalis ante reformationem: 8—10, postea 16—20, 1774: 23 religiosi. Paulo post suppressionem an. 1835 pars monasterii deletur, an. 1842 destruitur altare maius, ecclesia profanatur biennio post, venduntur bona, anno 1874 demum et monasterium, quod an. 1880 restaurant Patres Societatis dictae „Missions Africaines de Lyon“. Anno 1891 vero transit ad FF. Scholarum Christianarum, qui habent in eo novitiatum et scholasticatum suum usque hodie. An. 1935 monasterium incendio deletur, in quo multae res pretiosae et antiquae perierunt. Ecclesia modica est saec. XII.

Archivalia: AHN Bujedo Cod. 536 obituarium, quod revera provenit ex La Vid. 60 Pergaminos (1145/1570), Libros 969, 1114/29, Pap. 946/47. — Archivo de Protocolos, Miranda del Ebro: Libro de Becerro (copia cartularii antiquioris, an. 1803) — Arch. Simancas RGS IV 2867 (an. 1486) — Arch. Monasterio de Espina: Index archivorum an. 1796 — Arch. Mon. de La Vid MS 1 bis 74/76, 71*, 139/50* — Arch. Monast. de Bujedo — B. DE LEON

Litteratura: HUGO II 155, pr. 91/94 — WAEFELGHEM 182 — AEE I 95, II 251 — *Ant. Esp.* II 95 — COTTINEAU 527 — DHGE X 1101/05 — ESPASA IX 1350 (confundit cum B. de Juarros), et Suppl. 1931, 655/57 — FEROTIN 189, 191, 193, 273 — GARMA Y SALCEDO 383/90 — GOOVAERTS I 137 — *Ind. Doc.* 104 sq. — *Lettr. com. Jean XXII* 7808 — MADOZ IV 480 — MENENDEZ PIDAL 63, 118, 249 — NORIEGA DAMC 149/54, cf. 128, 214 — IDEM DHD 150/56 — *Reg. Leon* X 12885 — SERRANO CDiplSS II/IV cf. ind., praesertim IV xxii/xli — IDEM CDMoral xxix, 37 — IDEM, ObBCP II 77, 81, 93, 215, 324, 328/31, 377, 446, III 257/58 — P. de SIGUENZA III libro I, xij, xlij — ZAK 10 — *Notas historicas y contemporaneas del monasterio de Sta. Maria de Bujedo de Candepajares*, Santander 1942

S e r i e s a b b a t u m (nisi aliter notetur, sec. DHGE)

1. Abbates perpetui	Juan de Villasandino 1409/17
Sandro 1168/1203	Pedro de Santamaria de Garoña 1417/47
Juan 1204/09	Diego de Mendoza 1447/61
Pedro 1209/40	Juan de Osma 1461/97
Miguel 1240/47	Iñigo de Nogrado 1497/1517
Emeterio 1247/49	Juan de Nogrado 1517/47
Martin 1252/76	Pedro de Nogrado 1547/59
Fernando 1299/1313	Pedro de Osma 1559/62
Martin 1313/31	Juan de Villaizán 1562/73
Juan de Villamañe 1331/39	2. Abbates triennales
Pedro 1339/81	Juan de Guinea 1573/76
Sancho 1381/1409	

- Francisco de Melgar 1576/79
 Juan de Guinea 1579/82
 Gabriel Bernaldo 1582/85
 Juan de Guinea 1585/88
 Pedro de Ribera 1588/91
 Juan de Angulo 1591/94
 Felipe Castañeda 1594/97
 Fernando Ruimoroso 1597/1600
 Francisco Oribe 1600/03
 Pedro de Ribera 1603/06
 Domingo de Luvoa 1606/09³²⁾
 Marcos Garcia 1609/12
 Felipe Quintanilla 1612/15
 Domingo de Luvoa 1615/18
 Felipe Quintanilla 1618/21
 Domingo de Luvoa 1621/24
 Felipe de Valencia 1624/27
 Fenando de Rebolledo 1627/30
 Lucas de la Carrera 1630/33
 Francisco Carcamo 1633/36
 Leandro de Porres y Sandoval
 1636/39
 Dionisio Xuara 1639/42
 Alfonso de Cordoba 1642/45
 Juan Gonzalez de la Cuesta
 1645/48
 Alfonso de Cordoba 1648/49
 Francisco de la Carrera 1649/51³³⁾
 Domingo Ramirez 1651/57
 Bernardo Aguirre 1657/60
 Juan Gonzalez de la Cuesta
 1660/63
- Domingo Ramirez 1663/66
 Eugenio Penagos 1666/69
 Jose de la Aguilera 1669/72
 Jeronimo Perez 1672/75
 Francisco Martin Vicente 1675/78
 Francisco Castañeda 1678/81
 Domingo del Castillo 1681/83
 Diego Perez Barba 1684/87
 Manuel Ibañez 1687, 1690³⁴⁾
 Juan de Azevedo 1687/90
 Juan de Zaldibar 1690/93
 Pedro Izquierdo 1693/96
 Manuel Cibio 1696/99
 Diego de la Calleja 1699/1702
 Pedro Ramos 1702/05
 Marcos Molina 1705/08
 Francisco Mantilla 1708/11
 Manuel Rojas 1711/14
 Juan de Julián II 1714/17
 Manuel Rojas 1717/20
 Juan Sesmero 1720/23
 Franc. Garcia Ceballos 1723/26
 Franc. Garcia Gonzalez 1726/35
 Manuel Diaz Soto 1735/38
 Narciso Casanova 1738/41
 Bernardo Hernaez 1741/44
 Antonio Lopez 1744/47
 Manuel Diaz Soto 1747/50
 Francisco Angulo 1750/56
 Norberto de Zarzosa 1756/59
 Manuel Gutierrez Otea 1759

³²⁾ alias „de Luna“.

³³⁾ Becerro Ciud. Rodr. (DHGE omittit)

³⁴⁾ DHGE: 1687 tantum. Secundum AHN Vid. Pap. 1392 occurrit mense maii 1690

Juan Perez Angel	1759/61	Fermin Hircio	1795/98
Norberto Lexoste Azpileta	1761/62	Norberto Gonzalez	1798/1801
Basilio de Nieva	1762/65	Fermin Hircio	1801/04
Manuel Fernandez Figueroa		Diego Landa y Puelles	1804/07
1765/68		Norberto Diez	1807/15
Basilio de Nieva	1768/71	José Rodriguez Moroncillo	
Juan Antonio del Ribero	1771/74	1815/18	
Manuel Fernandez Figueroa		Francisco Delgado	1818/24
1774/77		Adolfo Rodriguez	1824/27
José Moyano	1778/80	Agustin Illera	1827/30
Pedro Alonso de Castilla	1780/83	Manuel Eguia	1830/33
Manuel Hornillos	1783/86	Isidro Crespo	1833/35
Manuel Garcia Martinez	1786/89		
Basilio de Nieva	1789/92	Inseri nequit: Juan de Bustos (bis!)	
Norberto Garcia	1792/95	Necr. Vit. 17. XII.	

CIUDAD RODRIGO Sta. Maria de la Caridad

Stac. Mariae Cha-, Ca-, Karitatis extra muros Civitatis Roderici, monasterium Charitatis — La Caridad, Convento de la Charidad, S. Maria de la Misericordia de Ciudad Rodrigo

Una hora distat ab oppido C. R. (sede episcopali) versus austrum. Prov. de Salamanca. Initio dioec. de Coria.

Abbatia praeclara. Fundata est inter annos 1165 et 68 extra muros oppidi in loco dicto Las Canteras, a Ferdinandino II rege de Leon, et Arnoldo episcopo Cauriensi ex canonico Vitensi, in gratiarum actionem pro felici expugnatione Extremadurae a jugo Saracenorum, et ad remunerandos Praemonstratenses pro servitiis in hoc proelio praestitis. Donatio facta est circa annum 1168 Vitali, „Sti. Leonardi abbati“. Concludunt auctores, fundationem fuisse factam in honorem Sti. Leonardi, et Vitalem fuisse eius primum abbatem. Censemus vero, Vitalem istum fuisse potius abbatem de Alba de Tormes, qui novam domum recepit in paternitatem suam. Licet extiterit ecclesia Sti. Leonardi in Las Canteras³⁵), etiam aliunde est notum, abbatem Sti. Leonardi de Alba tunc fuisse Vitalem. Anno 1171, eques Gonzalo Alguacil donavit conventui bona sua in Prado de la Torre, aliquatenus distante a civitate, ad construendum ibi monasterium in honorem B. M. V. In quo loco iam antiquitus colebatur imago B. M. V. „de

³⁵) HUGO II xcv

Caritate". Anno 1184 confirmatio pontificia. De monialibus nihil constat³⁵⁾. Monasterium erat de jure sub paternitate abbatum Sti. Leonardi de Alba, ab anno 1442 de Retuerta, sed de facto, paulo post fundationem subditum est jurisdictioni episcopali, quod causavit litigia multa. Abbas Charitatis exercuit paternitatem, saltem a saeculo XVI, in monasterium de Ermida in Lusitania. Stephanus de la Guardia adhuc saec. XII tantas fecit donationes, ut titulum „fundator“ mereretur in obituario. Abbatia exinde habuit proventus annuos 100 000 ducatorum, erat ditissima Ordinis in Hispania. Medio aevo ecclesias parochiales possedit nullas, postea adepta est Salamanca Sto. Tomas, Robledillo (1516, quam suis religiosis administravit solam), capellam Stae. Mariae de Alba, et parochiam Sti. Blasii, ipsi ecclesiae abbatiali adnexam. Anno 1530 obtinuit privilegium recitandi matutinum ante ortum solis. Divitiae eius excitarunt concupiscentiam commendatariorum, inde lites et processus sine fine, et permultae pensiones solvenda. Anno 1525, abbas Retortae in vanum conatus est obtinere bullam, qua introductione abbatum triennalium dicti abusus possent excludi pro semper. Fernando de Chaves, abbas Charitatis, anno demum 1543 obtinuit eam, anno 1549 denuo uniuntur mensae, et anno tandem 1552 triennalitas potuit introduci. Hieronymitae reformatores anno 1568 abbatem Charitatis, zelantem contra suppressionem Ordinis, miserunt in carcerem. An. 1627 conventus petiit „ratione salutis“ translationem suam intra moenia civitatis, sed frustra. Annis 1761/95 constructum est splendidum novum monasterium, annis 1777/82 ampla ecclesia. Status personalis 1562: 15 DD, 1569: 24, 1774: 56 religiosi (quod debet esse error. In canonica non erant cellae pro tantis. 1777: 25 DD et 1 donatus). Ab anno 1842 est praedium in manibus privatis. Media pars coenobii corruit, sed extant per pulchrum claustrum et amplum refectorium. Ecclesia adhuc integra, per pulchris altaribus lapideis ornata, caret tecto et ideo fornices eius minantur ruinam. Imago B. M. V. de Caritate nunc est in Ecclesia Cathedrali.

A r c h i v a l i a : AHN Ciud. Rodr., La Caridad. Perg. 1876, nr. 5/12 — Libros 10528/39. In ultimo inventarium archivorum an. 1569. Papeles 5763/69 — Ardh. de Simancas PR 23, 37; RGS II 3179 — Arch. Cathedr. Ciud Rodrigo: Becerro (potius chronica cum cartulario) anno 1800. MS pretiosissimum pro historia Congregationis. Ibid. leg. 8, 16 et leg. 13, 11 (saec. XVII) — MS Vid 1 bis 108/10, 124, 70*, 169*, 171* — B. DE LEON 111/13 — MS Valladolid f. 57/59 — A. SANCHEZ CABANAS, *Historia eclesiastica de Ciudad Rodrigo*, Bibl. Acad. Historia Madrid, MS D 100—26—4, f. 44b, 56a/59b

³⁵⁾ obituarium domus, quod continetur in Becerro 1800, inscribitur: „Aniversarios y memorias . . . que somos obligados a decir por los abades, frayles, sorores, familiares y bienhechores de esta cassa“. Attamen in eo nulla invenitur soror, quod non excludit, tales fuisse insertas necrologio anteriori.

Litteratura: HUGO II 157, pr. 94/98 — WAEFELGHEM 259 — ANTON 297 — BHN I 284 — COTTINEAU 2492 — GOOVAERTS I 290, 294, 319, 340, 421, 508, II 7, IV 83, 211 — *Ind. Doc.* 92, 93 — JAFFE 15398 — NORIEGA DAMC 121/24 — PONZ XII 334 — SERRANO CDipLSS IV xl — ZAK 10 — F. FITA, *Los Premonstratenses en Ciudad Rodrigo, datos inéditos* (BRAH LXII, 1913, 468/80) — J. GONZALEZ, *Regesta de Fernando II*, Madrid 1943, p. 516 — M. HERNANDEZ VEGAS, *Ciudad Rodrigo, la Catedral y la ciudad*. Salamanca 1935, I 34 et passim, II 38, 77, 165/68, 289 et passim — *Tierra Charra* II (1928) nr. 48, II (1929), nr. 98, III (1929) nr. 81

S e r i e s a b b a t u m (Becerro)

Abbates perpetui. Primum datum est authenticum secundum archiva, secundum vero, inter parentheses, ex Becerro, quod videtur esse quodammodo arbitrarium.

Domingo 1175- (1175/82)	Pedro (1345/48)
Benito † 1182 (omittit)	Gonzalo de Onis (1349/58)
Sancho 1182- (item)	Rodrigo elect. 1359 (—)
Juan Antoñanes 1184 (item)	Juan 1359/76 (idem)
Pedro 1185 ³⁷⁾ (ca. 1200)	Fernando † 1385 (1377/85)
Sancho (1195/1211)	Martin (1386/97)
Pedro 1213 (1212/25)	Alonso de la Rua (1398/1413)
Velasco (inter 1225 et 1240)	Juan Delgado 1414/25
Pedro 1241 (1241/61)	Cardin. Prosper de Colonna 1425/32
Fadrique † 1285 (1262/85)	Gonzalo 1454 (1433/47)
Paschalis 1292 (1286/1301)	Domingo Dominguez (1447/60)
Thomas (1302/08)	Alvaro Pacheco 1461/86
Gonzalo 1315 (1309/18)	Juan Gomez de Gomiel 1486/88
Bartolomé 1327/33 ³⁸⁾ (1318/33)	Francisco de Aguilera 1488/1507
Juan 1336 ³⁹⁾ (1334/44)	Card. Pedro de Rijoles 1507/10 ⁴⁰⁾
	Francisco de Bajo de Bodón 1510/11
	Fernando de Baltanás 1511/25
	Alonso de Herrera 1525/31
	Fernando de Chaves 1531/48
	cf. Avila

³⁷⁾ AHN Vid. Pap. 1389, ibid. Retuerta Pap. 7643

³⁸⁾ Ibid. Ciud. Rodr. Pap. 5764, *Lettr. com. Jean* XXII 30123

³⁹⁾ AHN Ciud. Rodr. Pap. 5766

⁴⁰⁾ Saec. XV/XVI sequentes competitores commendaes obtinuerunt bullas, sed non possessionem: Alvaro de Caraveo, Gaspar Sanchez, Francisco Mudarra, Antonio del AgUILA (cf. Villamediana), Cardinal Regino. Processus de commenda adipiscenda perdiderunt: Tomas Guerrero, Cardinal de Coria. Quae nomina citantur absque datis in Becerro Ciud. Rodr. f. 11/12

Fernando de Gata 1548/52 res.	Geronimo de Oña 1624/27
Inseri nequit: Lucas 6 I Necr. Villoria	Juan Gomez Casasola 1627/30
Guillermo 22. III Necr. Monzón	Hernando Zaldibar 1630/33
Salvator (electus) 7. XI Necr. Vitis	Juan Cornejo 1633/36
2. Abbates triennales	Hernando Rebolledo 1636/37
Luis de Mexia 1552/55	Juan Gomez Casasola 1637/39
Antonio Florez 1555/58	Miguel Solis de Miranda 1639/42
Pedro Sobrino 1558/61	Marcos Herbias y Bordallo 1642/45
Antonio Florez 1561/63	Miguel Solis de Miranda 1645/48
Diego de Valderas 1563/66	Juan Cornejo 1648
Fernando de Villafañe Merino 1566/69	Francisco de la Carrera 1648/49
Simon Nuñez de Xaque 1569/72	Pedro Chaves de Aguila 1649/51
Francisco de Melgar 1572/73	Miguel Solis de Miranda 1651/54
Geronimo Calderon 1573/76	Juan Gonzalez de la Cuesta 1654/55
Juan de Guinea 1576/79	Marcos Ramirez 1654/57
Fernando de Villafañe 1579/82	Diego de Toledo 1657/60
Rodrigo de Monrroy 1582/85	Francisco de la Carrera 1660/63
Francisco de Melgar 1585/88	Antonio Requexo 1663
Juan de Licea 1588/91	Juan de Sande Requexo I 1663/66
Franc. de Melgar 1591/94	Pedro Moran 1666/69
Diego de Mendieta 1594/97	Juan de Sande Requexo I 1669/72
Rodrigo de Monrroy 1597/98	Pedro Moran 1672/78
Gregorio de Quixano 1598/1600	Geronimo Perez I 1678/79
Juan de Licea 1600/03	Juan de Sande Requexo I 1679/81
Juan de Terreros 1606/09	Juan de Sande Requexo II 1681/84 ^{a)})
Juan de Licea 1609/12	Juan de Sande Requexo I 1684/86
Pedro Martinez 1612/15	José Gabilan de Valderas 1687/89
Pedro Gomez Davila 1615/18	
Federico Ramiro 1618/21	
Antonio Temporal 1621/24	

^{a)}) Titulus completus eorum erat: „de Sande Calderon Requexo“. Difficile distinguitur avunculus a nepote homonymo.

- Juan Pacheco y Herrera 1689/90
 José Gomez Azevedo 1690/93
 José de Ocampo 1693/95
 Juan Sande Requexo II 1695/96
 Juan Montero 1696/99
 Manuel de Torres 1699/1702
 Miguel Nuñez 1702/05
 Andrés de Casasola 1705/08
 Geronimo Caballero 1708/11
 José Hermano⁴²⁾ Fernandez Rachado 1711/14
 Pedro Ramos 1714/17
 Juan Bustillo 1717/20
 Sebast. Joaquin Morán 1720/23
 Pedro Ribera Corón 1723/26
 Juan Bravo 1726/29
 Sebast. Joaquin Morán 1729/32
 Norberto Durán 1732/33
 José de la Encina 1733/35
 Alonso Barbadillo 1735/38
 Diego Martinez Soto 1738/41
 Pedro Martin Baz 1741/44
 Bruno Martinez Mataro 1744/47
 Juan Santayana 1747/48
 Manuel Martinez 1748/52
 Franc. Montero 1752/55
 Pedro Martin Baz 1755/59
 Geronimo Gomez Flores 1759/65
- Pedro Martin Baz 1765/66
 Juan Caldera Arias 1766/68
 Geronimo Gomez Flores 1768/71
 Francisco Martin Baz 1771/74
 Gregorio Cañada 1774/77
 Bernardo Velez de Guevara 1777
 Franc. Martinez Meleno 1777/78
 Basilio de Nieva 1778/80
 Franc. Alvarez 1780/83
 Antonio Martin Petite 1783/86
 Franc. Alvarez 1786/89
 Franc. Sanchez Alvaro 1789/92
 Franc. Espinilla 1792/95
 Manuel Gaona 1795/98
 Diego Rodriguez Mendo 1798/1801
 Juan Antonio Orellana 1801/04
 Francisco Santos Castro 1804/07
 José Hermano Rodriguez 1807/09
 Pedro Dominguez Solis 1809/15
 Geronimo Perez II 1815/1 .
 Fernando Garcia Vital 181 ./18
 Juan Baut. Miguelena 1818/24
 Diego Rodriguez Borrero 1824/27
 Alejandro Marcos Trabanco
 1827/30
 Pedro Gonzalez Nuñez 1830/33
 Aniceto Fernandez 1833/35

⁴²⁾ B. Hermannus Joseph ita vocabatur a Hispanis. „Hermano José“ enim significaret „frater Joseph“.

ERMIDA DO PAIVA B. M. V. (et St. Michael)

Sta. Maria de Eremitorio, quod vulgo vocatur Dompni Roberti, Domus Ste. Marie in Riva de Paiva, -de Ripa Paive, -de Ripa Pavia. Coenobium B. M. V. et S. Michaelis Archangeli Hermitae que est in Ripa Pavie. — Santa Maria da Hermida de Dom Ruberte. („Hormida“ est corruptela). Amoene situm supra valle fluvii Paiva in medio inter Lamego et Viseu, prope Castrodaire versus occidentem. Dioc. de Lamego, Prov. Beira Alta, Lusitania. Vitetur confusio cum multis aliis locis nomine „Ermida“ in illa regione.

Abbatia, quae probabiliter per aliquot tempus ignotum, inter annos 1320 et 1488, et certe annis 1502—1601 pertinuit ad Ordinem Praemonstratensem. Historia tamen fundationis, nobis tradita apud Hugo, videtur esse spuria. Cuius auctor est Bernardus de León, a quo, absque critica, E. de Noriega eam transmisit annalistae nostro Hugo. Ecce historia quam nobis enarrat fr. Bernardus: Robertus frater regis Franciae, Gualteri abbatis in expugnatione Ulissiponis an. 1147 socius, fundatione monasterii Sti. Vincentii ibidem frustrata⁴³⁾), maluit manere in Lusitania, ubi se collocavit in Eremitorio B. M. V. ibi fundans abbatiam Ordinis nostri, cuius evasit primus abbas. Robertus iste nequit esse inventio fr. Bernardi, est enim insertus Necrologio Vitensi litteris saec. XVI ineuntis: „3 Id. Oct. Dominus Rupertus filius regis Francie, primus abbas et fundator monasterii B. M. V. Hermite“⁴⁴⁾). Quae abbatia, secundum fr. Bernardum, primo filia Praemonstrati, dein facta est filia S. Mariae de Caritate, et mater Stae. Euphemiae de Vendoma. Noriega dein addit, canoniam habuisse ecclesias incorporatas in Baltar, Pendilhe, Alhōes, et „filiales abbatias“ in Reriz et Ester⁴⁵⁾). Ad probandam suam thesim, affert documentum quoddam Cardinalis Hyacinthi anni 1173, monasterium nuncupans prioratum O. Praem.,

⁴³⁾ Vide de hac assertione infra ubi de abbatia Sti. Vincentii.

⁴⁴⁾ Fr. Bernardus dicit eum fuisse ducem de Arras, fratrem Ludovici IX. Iam NORIEGA recognoscit hoc esse impossibile, et supponit hic agi de fratre Ludovici VII, Roberto duce de Dreux, quae hypothesis haud melius est probata. In Necrologio Caritatis, Becerro Ciud. Rodr. f. 7v legitur: „Rupertus filius ducis Normanniae“. Quae discrepancia auget suspicionem nostram. „Dompnum Rubertum“ fuisse nobilem quendam ex Normannia vel Francia, est probabile, nomen eius enim est inusitatum in Lusitania. Eum fuisse in aliquo connexus cum Ordine nostro aut cum expugnatione Ulissiponis, est improbabile, eum fuisse abbatem, est apertus error. Videtur fuisse prior. Novimus varios priores Ermitae, sed nullum abbatem saec. XII/XIV.

⁴⁵⁾ „abbatia“ in Lusitania boreali potest esse synonymum pro parochia. Videtur constare, in locis supradictis numquam extitisse conventus.

quod ad minus est adulteratum⁴⁸). Atqui fontes qui exstant in Lusitania, ne verbum quidem habent de Ordine Praemonstratensi, et de „Ruberto filio regis Francie“. Patent econtra ex illis sequentia: invenimus complura documenta saeculi XII, quae tractant de priore et communitate „Stae. Mariae et Sancti Michaelis in ripa Pavie“⁴⁹), sed ordo ubique taceatur. Videtur constare, religiosos illos non fuisse canonicos, sed eremitas sub tutela abbatissae de Tarouquila OSB⁵⁰). Ex archivis huius parthenonis enim proveniunt omnia documenta, hactenus nota de coenobio nostro. Communitates huiusmodi eremitarum, abbatiae cuidam subditae, pullulabant hoc tempore in Lusitania regno nascenti. Anno 1145, ergo biennio ante expugnationem Ulissiponis, Alphonsus I rex Lusitaniae Roberto cui-dam eremitae cum sociis coenobii B. M. V. et Sti. Michaelis „in heremita que est in Ripa Pavie“ donat bona sita prope Portum⁵¹). Teste epitaphio in muro ecclesiae de Ermida: „Era de 1198, quando morreu o padre ruberto no mes de outubro“, dictus Rubertus obiit anno 1160⁵²).

Nulla noscuntur documenta saec. XIII/XV, quae loquuntur de hoc monasterio⁵³). Sunt auctores, qui ex fontibus satis recentibus concludunt, Ermida fuisse commendam Ordinis Equitum Christi⁵⁴)

Anno 1499 — secundum Noriega —, Abbas Generalis Orinis vindicavit a rege Lusitaniae duo monasteria in regno illius sita, et ab Ordine defecta,

⁴⁸) Documentum, quod novimus tantum ex copia saec. XVIII, copiae cuiusdam, quam sibi procuravit anno 1488 „Alvaro de Olival, prior do mosteiro conventual de Sta. Maria da Hermida de Dom Ruberte da Ordem de São Agostinho“. Potest esse authenticum, sed verba, quae referunt ad Ordinem Praemonstratensem, videntur esse interpolationes posteriores (HUGO II xcviij, fusius apud MSVid 1 bis 1. c., et Becerro Ciudad Rodr.).

⁴⁹) Ibid. *Leges et consuetud. I* (1866) p. 481. Tria alia, non publicata in Arch. da Torre do Tombo, Col. Especial Parte II Caixa 52. S. Michael in Riva de Paiva, quod occurrit in charta quadam saec. X (PMH *Dipl. et chartae I*, Lisboa 1867, nr. 157), secundum Prof. R. Pinto Azevedo, est monasterium a nostro distinctum.

⁵⁰) Nunc in Arch. da Torre do Tombo, Lisboa. Quae omnia mihi benigne communicavit Dr. Rui Pinto Azevedo, professor quondam Ulissipone et Conimbricæ.

⁵¹) *Documentos medievais Portugueses*, ed. Academia Portuguesa de Historia, *Docum. Regios I* (Lisboa 1958) nr. 211

⁵²) Quam inscriptionem videntes, forte visitatores Ordinis circa an. 1499/1514 texuerunt suam hypothesim, ad iura illius confortanda.

⁵³) Quod non excludit, talia documenta exstare, archivalia enim post an. 1200 in archivis Lusitaniae nemo umquam rite ordinavit et exhaustus, asserente Dr. Pinto Azevedo supra laudato.

⁵⁴) Ita in MSS saec. XVII/XVIII in domo parochiali in Castrodaire existentibus.

scilicet Ermida do Paiva et Vandoma⁵⁴⁾). Quo titulo, nescitur, quia chartis, necrologiis⁵⁵⁾, catalogis⁵⁶⁾ et quibuslibet aliis documentis Ordinis ante an. 1500 dicta monasteria sunt penitus ignota. Mittitur in Lusitaniam fr. Clemens, canonicus de Buxeto, tamquam procurator visitatorum circariae. Rex implicite quidem fatetur, se nihil scire de monasteriis quondam nostri Ordinis in ditione sua, sed promittit, se omnia esse facturum ut Ordo in iura sua redintegretur. Quod ius obtinetur pro Ermida tantum, cuius canonici, ad saeculares dilapsi mores⁵⁷⁾, regulae et habitui Ordinis se subiiciunt anno 1502, et paternitati abbatis St. Mariae de Caritate anno 1514⁵⁸⁾). Tamen rex dederat patronatum in abbatiam⁵⁹⁾ marchioni de Vil-lareal, qui filium suum Christophorum de Noronha, ipso anno 1514 instituit commendatarium, a quo postea transiit ad Petrum nepotem. Qui ambo pessime gubernaverunt, bona monasterii emphyteutice dilapidantes, conventumque redigentes ad duos canonicos. Bulla subreptitia obtenta, bonaresidua monasterii, ab an. 1570 omni religioso destituti, in 3 commendatas „ad piros usus“ saecularium fraudulenter commutat marchio, quas statim tradit Ludovico de Coutinho consobrino suo, abbate Caritatis frustra reclamante. Anno 1579, Gregorius PP. XIII mittit abbatem de Silos OSB, ad refor-mandos Praemonstratenses in Lusitania⁶⁰⁾). Anno 1589 obit in India Ant-

⁵⁴⁾ Arch. Cathedr. Burgos, Becerro de Ibeas (Copia saec. XVIII), HUGO et NORIEGA MS Vid 1 bis 11. cc. Quae documenta videntur esse authentica, ideo possumus supponere, postulationes Ordinis fuisse fundatas.

⁵⁵⁾ In Necrologio Vitensi antiquiori (saec. XVI ineunte conscripto), praeter Ru-bertum praefatum, inscribuntur duo abbates et nonnulli canonici et subdiaconi Hermitae.

⁵⁶⁾ Bern. de Leon citat ambas abbatias tamquam Praemonstratenses „como consta del cathalogo antiquo de nuestras circarias“, addens hypothesim temerariam, canonicos Regulares S. Crucis de Coimbra ab illis assumpsisse habitum et regulam. Revera dicta Congregatio, fundata an. 1131, habuit Constitutiones Sti. Rufi Avenionensis.

⁵⁷⁾ An. 1488 domus quidem dicit se esse Ordinis Sti. Augustini, videtur vero vixisse ad morem canoniconorum saecularium.

⁵⁸⁾ Amborum diplomatum copias tantum noscuntur apud NORIEGA MS Vid 1 bis 129/30, HUGO II cij et Becerro Ciud. Rodrigo, ubi etiam dicitur, canoniam an. 1514 iam a 40 annis fuisse sine abbatе.

⁵⁹⁾ Domus reapse videtur fuisse abbatia ad tempus, quod probant, praeter inser-tionem duorum abbatum in necrologium Vitense, pedum saec. XIII et mitra saec. XIV, ex Ermida provenientes, et nunc asservata in Museu de Arte An-tiga Ulissipone.

⁶⁰⁾ *Vida de San Domingo de Silos*, Madrid 1688 III 306. — Visitator iste nullos iam invenit religiosos in Ermida.

nio de Noronha Pereiro, frater ultimi commendatarii. Paenitens in testamento suo stipulatur, annuatim summam sat pinguem esse solvendam ad restituendam abbatiam Ordini suo, et ad duodecim canonicos ibi sustentandos. Sed curator testamenti, archiepiscopus de Goa, callide omnia verit in favorem ordinis sui Augustiniani, cui an. 1601 per aliam bullam subreptitiam legaliter addicitur abbatia Eremitana. Qui ordo tamen, resistentibus marchioni de Villareal et episcopo Lamecensi, bona canoniae non obinet, sed summa, vi testamenti solvenda, attribuitur cuidam asceterio eius in civitate Portuensi. Congregatio O. Praem. in Hispania pertinaciter dimicat pro monasterio recuperando, immo post aliquot annis impetrat revocationem bullae anni 1601, sed omnia fuerunt in cassum. Ermida fit parochia clero saeculari commissa, quod mansit usque hodie. Superest ecclesia romanica, modica et pulchra, sicut et pars monasterii, in quo habitat parochus.

Archivalia: Ea quae inveniuntur in Portugal, et quae vix referunt ad coenobium quoddam nostri Ordinis, supra iam notavimus. Documenta ad hanc domum referentia, et in archivis S. Mariae de Caritate quondam existentia, enumerantur in Becerro anni 1569 (AHN Ciudad Rodrigo, f. 38), et in Becerro anni 1800, Arch. Episc. Ciudad Rodrigo, cf. indicem sub Hermida. — MS Vid 1 bis 105/08, 160, 80/82* — BERN. DE LEON 94/100.

Litteratura: HUGO II 159, pr. 98/102 — WAEFELGHEM 117 — AZEVEDO BARBOSA III 48 (: „foi convento de frades bentos em tempo remoto“) — COSTA VI 233 — Grande Enc. Port. IX 954 — NORIEGA DAMC 124/31 — Fr. Antonio DA PURIFICAÇAM, *Chronica da Antiquissima Provincia de Portugal da Ordem dos Ermitas de São Agostinho*, Lisboa 1642, I 9 — A. de LACERDA, *Historia da arte em Portugal*, Porto 1942, I 552 — IDEM, *Historia de Portugal*, ed. BARCELOS, II 652/53 — IDEM, *O templo das siglas. A igreja da Ermida do Paiva*, Porto 1919 — P. Miguel de OLIVEIRA, *As paroquias rurais portugueses, a sua origem e formação*, Lisboa 1950, p. 189 — PMH Dipl. et chartae I (1867) nr. 157, *Leges et consuet.* I (1866) p. 481 — J. Pedro RIBEIRO, *Dissertações chro-nologicas e criticas sobre a historia e jurisprudencia eclesiastica e civil de Portugal*, Lisboa 1857, II 216, III 187 — IDEM, *Observações historicas e criticas para servirem de memorias do sistema da diplomática portuguesa*, Lisboa 1798, p. 134 — R Dos SANTOS, *O romanico em Portugal*, Lisboa 1955, p. 121 — Catalogo ilustrado da Exposição retrospectiva de arte ornamental portugueza e espanhola, s. 1. 1882 — (BIBL. NAC. DE LISBOA) *Guia de Portugal*, Lisboa 1944, III 991/94

Priores nondum, respective non iam Praemonstratenses
(ex documentis supra citatis)

Rubertus 1145/60

Joannes Menendi 1188/89

Joannes 1167/72

P 1191

Pelagius 1173

Alvaro de Olival prior 1488

a b b a t e s :

sedisvacantia 1474—1514	ex Necrol. Vitis:
Cristovão de Noronha 1514 —	Ludovicus 5. II
Pedro de Noronha † 1575	Martinus de Reriz 23. XII

FREZNILLO DE LAS DUEÑAS B. M. V.

Sta. Maria de Choro, -de Frexnillo, -Ffrexniello, Fresnillum Dominarum.
Juxta Dorium flumen, non longe a La Vid versus occidentem, Dioc. Osma, nunc
Burgos, Prov. de Burgos.

Parthenon, fundatus an. 1164 a Dominico abbatte Vitensi, in fundo donato a Petro Gutierrez et Elvira eius uxore. Abbas distribuit sorores coenobii sui in hunc locum et in Brazacortam. Insignis benefactrix erat Doña Sanda Perez, quae et ipsa intravit. Bona asceterii erant separata ab abbatia matre. Anno 1348 ultima vice verbum fit de monialibus⁶¹⁾. Dein paulatim est collapsum, et moniales sunt extinctae. Anno 1509 fuit beneficium absque cura pastorali, ad collationem Curiae Romanae alternatim cum abbatte Vitensi, quo ipso anno bona eius dantur mensae abbatiali Vitensi⁶²⁾. Saeculo XVI in monasterio vixerunt eremita. Anno 1568 supprimitur, et pleno jure unitur abbatiae Vitensi⁶³⁾, Unio asceterii cum Collegio Salmanticensi an. 1577 decernitur, et an. 1751 revocatur. Anno 1729, aedes claustrales non iam substiterunt. Ecclesiae post saec. XVI videtur esse substituta nova, quae est parochialis.

Archivalia: AHN Freznillo 5 Perg. (Regesta cf. *Ind. Doc.* 213/22) — Ibid. Salamanca S. Norb. Pap. 6045 — Ibid. Vid Pap. 1386 — Arch. Mon. de la Vid MS 2 bis f. 457/72, Libros 17, pp. 195/204

Litteratura: HUGO II 159 — WAEFELGHEM 259 — COTTINEAU 1219 — *Ind. Doc.* 97, 98, 100, 103, 109, 111, 122/24, 132/33, 159, 169, 183, 213/22 NORIEGA DAMC 147/48

P r i o r i s s a e (AHN)

Maria 1288, Olalla Martínez 1326, Maria Garcia 1343
Inseri nequeunt ex Necr. Vitensi: Sancha 18. IV, Maria Perez 19. IV,
Elvira 18. XI.

⁶¹⁾ AHN La Vid Perg. 383, 11. An. 1449 verbum fit de „Ferdinando abbatte Vitensi et patre abbatte dicti monasterii de Freznillo“. Tamen NORIEGA asserens moniales ibi floruisse usque ad annum circiter 1520, videtur errare. (Ibid. 385, 5)

⁶²⁾ Ibid. 386, 10

⁶³⁾ Ibid. Pap. 1394

F U E N T E L A E N C I N A S. Maria Magdalena

Domus Fontis de la Enzina, Fons Quercus — Fuente de Lazina, -Elencina, Fontelenzina

Juxta vicum Zalima, prope Castrogeriz versus austrum, Prov. et dioec. Burgos

Prioratus canonicorum, fundatus tamquam domus formata pro religiosis e Gallia adventis⁶⁴⁾, de quo ceteroquin parum scitur. Anno 1149, rex Sandho datur privilegia „monasterio“ ibi existenti, anno 1154 verbum fit de „Gualtero priore de F. E. et canonicis ibi viventibus sub regula Sti. Augustini“⁶⁵⁾. Anno probabiliter 1171, S. abbas de Retuerta, charta quādam promulgat sequentia: „notum esse cupio, quod domum Fontis de la Enzina, quam prius fratri Raimundo accomodaveram, et postea successori eius abbatī M. in haereditatem dederam, demum abbatī A. confirmavi in capitulo de Retorta, presente conventu, et hoc factum approbante“⁶⁶⁾.

Quid hoc sibi vult dicere? Prioratus, primitus sui juris, dein languescens, ergo forsitan fundatio abortiva, ab abbatē Retortensi tamquam rectore circariae, committitur abbatibus de Herrera. Ambae fundationes languentes, Herrera scilicet et Fuente la Encina, circa annum 1169 uniuntur in unam communitatē novam in Aguilar, cuius „curiae“ abhinc fuerunt. Anno 1200 adhuc sunt „fratres in Fontelenzina“⁶⁷⁾, anno 1231 et 1247 est prioratus dependens a canonica Aquilariensi, cuius ecclesiis incorporatis aequiparatur⁶⁸⁾. In fine saeculi XIII est curia laicus locata⁶⁹⁾, et an. 1877, abbatia Aquilariensis vendidit omnia⁷⁰⁾.

Archivalia: Fontes Ordinis nesciunt, cf. tamen HUGO I cvij, et cix — AHN Cronica de Aguilar, Cod. 1243 f. 11

Litteratura: MENENDEZ PIDAL 43/44, 205/06

S A N M I G U E L D E G R O Z St. Michael

St. Michael de Monte, -de Grosso, -Gros, -Grox, -Cros.

Duas horas distans a Toro, versus occidentem, amoene situm in planicie vallis Dorii, ad pedem montis. Hodie vocatur: San Miguel del Monte. Dioc. et prov. de Zamora. Vitetur confusio cum San Miguel de Villamayor de Treviño.

⁶⁴⁾ MENENDEZ PIDAL p. 43

⁶⁵⁾ AHN Becerro Aguilar f. 11 b

⁶⁶⁾ Ibid. f. 12. — S. debet esse Sandho, Raimundus est forte prior quidam, successor Gualteri; M. et A. abbates videntur esse Michael (1169) et Andreas (1171?) de Herrera, respective de Aguilar

⁶⁷⁾ AHN Aguilar Perg. 1650, 9 — MENENDEZ PIDAL 205

⁶⁸⁾ Juan Gutierrez, prior de Fuente la Encina an. 1247 (AHN Aguilar Perg. 1655, 12, et Becerro 87 b)

⁶⁹⁾ AHN Aguilar Perg. 1663, 11

⁷⁰⁾ Ibid. 1677, 1

Abbatia quondam spectabilis. Fundata, ut fertur, an. 1162 ab Alfonso VIII rege Castellae, juxta antiquum eremitorium. In necrologio Stae. Sophiae de Toro insuper adducuntur tamquam fundatores: frater Dominicus (12. I) et Martinus episcopus Legionensis (17. I). Ceteroquin de fundatione nihil scitur, ex interitu quasi totali archivorum. Initio fuit prioratus: anno 1182 charta quaedam loquitur de „priore et omnibus successoribus eius“, sed iam praeviditur evectio in abbatiam⁷¹). Filia Sti. Leonardi de Alba de Tormes. Monasterium duplex usque ad annum 1304, quo moniales transferuntur in Toro. Ecclesia parochialis incorporata: Toro Sti. Thomae Cantuariensis⁷²). Anno 1350 sunt 25 canonici in abbatia Sti. Michaelis, quae anno 1385 in bello tam funditus evertitur, ut nequeat reviviscere. Rex anno 1393 adhuc fecit pias fundationes, sed nihilominus per turmas dispersi traxerunt vitam languentem religiosi, usque ad annum 1449, quo ultimus abbas, una cum superstite canonicorum colonia, in manibus abbatis de Retorta cessit residua proventuum abbatiae vastatae. Quae dein unita sunt parthenoni Taurensi, parochia Stae. Thomae vero abbatiae de Retorta. Anno 1462, conventus Stae. Sophiae curiam suam Sti. Michaelis dat Joanni de Ulloa in emphyteusim⁷³). An 1478, capella curiae erat prioratus simplex dependens a Retorta: „capella eius minatur ruinam, et proventus eius duos ducatos annuatim non excedunt“. Hoc anno abbas de Retorta sibi confirmare facit possessionem prioratus, „ut reconstruatur capella ac ne cadat ad religiosos alias ordinis⁷⁴“. An. 1511 fit pia fundatio, qua tenebatur canonicus Ordinis legere ibi missam omni hebdomada⁷⁵). A saec. XVI, plane derelicta est. Nunc est praedium, praeter fundamenta unius muri nihil superest de antiquo monasterio.

Archivalia supersunt pauca. AHN Sta. Sofia de Toro, perg. 2346 (6 docum.), 2347 (item 5), 2348 — Ibid. libros 18359 — Ibid. La Vid Perg. 390, 21 (Erronee attribuitur abbatiae de Villamayor). — „Monumenta monasterii Sti. Michaelis de Groz“, ibidem Pap. 1389 — BN MS 704 f. 35/36 — MS Vid 1 bis, 127/32* — B. DE LEON 83/85 —

Litteratura: HUGO II 277 — WAEFELGHEM 241 — ZAK 14

⁷¹) AHN Toro Perg. 2643

⁷²) Adhuc hodie, praedium de San Miguel de Monte pertinet ad parochiam illam, 10 km distantem.

⁷³) AHN Toro Pap. 18359. Cuius familia, mox praedita titulo marchionum de „San Miguel de Groz“, praedium tenet usque in hodiernum diem.

⁷⁴) AHN Toro Perg. 2348

⁷⁵) Ibid. Pap. 18359

A b b a t e s

B... (Briccius?) 1185	La Vid Pap. 1389, 30
Joannes 1202	Ibid., et BN MS 704, 35 v
Pelagius 1202/07	Ibid., et MS Vid I bis 128*
Petrus 1282	CEPIE VIII
Alfonsus 1304	La Vid, Pap. 1389 ⁷⁶⁾
Dominicus 1322/33	Ibid, et Lettr. com. Jean XXII 30123
Ferdinandus 1348/50	AHN Toro Perg. 2347
Matthaeus 1415	AHN Medina del Campo, St. Sa- turnino, libr. 16369
Pelagius 1429	AHN Toro Perg. 2347
Alfonso de Villoria —1449	

Inseri nequeunt (Necr. Stae. Sophiae de Toro)

Dominicus 21. II	Dominicus 29. VIII
Dominicus 2. III	Joannes 8. IX
Martinus 7. III	Stephanus 10. IX
Briccius 11. III	Gonzalo 16. IX
Petrus 3. VI.	Antonius 3. X
Petrus 22. VI	Joannes 5. X
Stephanus 27. VII	Joannes 24. X
Garcia 29. VII	Velascus 25. XI
Petrus 14. VIII	Garcia 13. XII

I B E A S D E J U A R R O S St. Christophorus

Evea, -eia, Yveas; San Cristobal de Yveas, -Ibeas de Guarros
Prope Burgos versus orientem, Dioec. et prov. Burgos

Abbatia. Saec. X exstabat abbatia OSB in S. Adrián de Juarros. Successor eius juridicus videtur fuisse canonica OSA vel potius collegiata in vicino Ibeas, fundata an. 1107 a comite Alvaro Diaz, gubernatore civitatis Oca, juxta vetus oratorium Sti. Christophori. Anno 1146, Alphonsus VII rex abbati Retortae donat bona in regione de Juarros „ad fundandum ibi monasterium O. Praem.“ Quod factum est anno 1151, promoventibus ipso rege, una cum nobilibus Fernando Perez et Sancha Friaz, qui habebantur

⁷⁶⁾ Probabiliter est idem ac „Ildefonsus abbas Sti. Michaelis“, qui occurrit die 17 a aprilis in necrologio Stae. Sophiae

ut „fundatores“. Collegata supra memorata videtur tunc esse substituta per Praemonstratenses e Gallia adventos⁷⁷). Mox tamen transiit paternitas ad abbatiam Vitensem. Filias genuit sequentes: Bujedo et Villamediana. Initio erat monasterium duplex, sed de monialibus nihil scitur certi. Posse-dit prioratum conventualem in Villapedro BMV — de quo infra suo loco —, curias cum capellis in S. Millán, Sta. Eulalia de Rodilla, S. Leocadia de Tordepera, San Miguel de Villapedro, Hurones, Urrez, Salgüero, San Vicente; curias cum ecclesia parochiali: Mijaradas, Quintanar, meras pa-rochias seu ecclesias: Ibeas B. M. V. (capella inclusa in ecclesia abbatiali), Juarros, Invierno, San Adrián de Juarros, Fuente del Valle. Nobiles ad-vocati saec. XIV et XV abbatiam tantopere vexaverunt, et in electiones abbatum se intruserunt, ut rex advocatia derogata, abbatiae jurisdictionem plenam civilem in suo territorio concesserit. Canonia possedit varias domus in Burgos, et fabricam papyri in Ibeas. Status personalis: 1495: 11, 1774: 18 religiosi. An. 1526 reconstructur ecclesia, an. 1780/86 novus con-ventus erigitur. An. 1786/98 fuit ibi studium philosophicum, postremo erat domus novitiatus. Post suppressionem an. 1835 mox pessum datur canonia, quae an. 1845 iam erat valde ruinosa, et in decursu saeculi penitus solo est aequata.

Archivalia: AHN Ibeas 129 perg. (971/1576); Libros 1156/65, Pap. 1107. Arch. de Simancas PR 35/36; RGS II 1802 (an. 1479), 3626 (an. 1480); MP 379, 5 — Arch. Catedr. de Burgos Libro 35: Becerro de Ibeas (1787) — MS Vid 1 bis f. 64/69, 62*, 135*

Litteratura: HUGO I 509, pr. 391/94 — WAEFELGHEM 221 — COT-TINEAU 1441 — GOOVAERTS I 53, 294 — *Ind. Doc.* 86, 90 — *Lettr. com. Jean XXII* 30123, 57425 — MENENDEZ PIDAL 200/01, 205, 209 — SERRANO CDMoral I 62, 63, 74 — IDEM, *Carl* 239 — IDEM *CInfC* 64, 316 — IDEM, *ObBCP* cf. ind. III 413 — ZAK 9 — A. BLANCO DIEZ, *Un monasterio premon-stratense burgalés. Abaciologio de San Cristobal de Ibeas* (BCMHA VII, 1946/47, pp. 104/09, 166/74, 231/40, 311/19, et separatis) rec. *Anal. Praem.* XXVI 94 — J. GONZALEZ, *Regesta de Fernando II*, Madrid 1943, pp. 63, 72 — T. LOPEZ MATA, *Los monasterios medievales en la comarca de Juarros* (BCMHA XXIII, 1944, pp. 359/63) —

Series abbatum (BLANCO DIEZ)

1. Abbates perpetui	Rodrigo 1º 1146/49
Domingo 1107/32	Gonzalo 1149/51
(OSA vel abbas saecularis, ut tres sequentes)	Rodrigo 2º 1151/80
Martin 1132/45	Gonzalo 1183/91

⁷⁷⁾ In charta fundationis legitur: ex Praemonstrato Franciae, DIEZ autumat matrem Sti. Christophori fuisse Casamdei (Circ. Gasconiae), et NORIEGA asserit, primum abbatem venisse ex Vite.

- Rodrigo 1192/99
 Pedro 1200/17
 Rodrigo 1217/45
 Juan 1245/60
 Rodrigo Tamara 1270/78
 Pedro —1283
 Domingo de los Olmos 1283/86
 Iñigo 1286/92
 Rodrigo 1292/97
 Martin 1297/1307
 Garcia 1307/11
 Martin 1311/33⁷⁸⁾
 Domingo 1333/47
 Rodrigo 1350/80
 Sancho 1380/1408
 Juan de Mayorga 1410/29
 Juan de San Adrián 1º 1429/32
 Fernando de Aranda 1432/36
 cf. La Vid
 Juan de San Adrián 2º 1436/72
 Pedro de San Andrés 1472/83
 Juan Montañana (intrusus) 1482
 Juan de Arciniega 1484/1516
 Pedro de Arciniega 1517/37
 (filius praecedentis)
 Andrés de Gamboa 1537/60
 Cristobal de Arciniega 1561/73
 depos.
 Inseri nequit:
 Giraldus 23. VI. Necr. Vitense
 2. Abbates triennales
 Diego de Angulo 1573/76
 Gaspar Zurita 1576/7 .
 Jeronimo Calderon 157 ./79
 Diego de Vergara 1579/82
 Fernando Ruimoroso 1582/85
 Juan del Aguila 1585/88
 Fernando Ruimoroso 1588/91
 Andrés de Ayala 1591/94
 Geronimo de Santamaria 1594/97
 Felipe Quintanilla 1597/1600
 Fernando Ruimoroso 1600/03
 Juan B. de La Vega 1603/06
 Pedro Martinez 1606/09
 Fernando Ruimoroso 1609/12
 Andrés de Ayala 1612/15
 Lucas Ximenez 1615/18
 Rodrigo de Bujedo 1618/21
 Fernando Ruimoroso 1621/24
 Domingo de Luvoa 1624/27
 (alias: „de Luna“)
 Norberto Mora 1627/30
 Fernando Frias Sandoval 1630/33
 Antonio Nuñez 1633/36
 Felipe Bernal 1636/39
 Leandro Porres y Sandoval
 1639/42
 Norberto Mora 1642/45
 Agustín Bonifaz 1645/48
 Felipe Bernal 1648/51
 Marcos Ramiro 1651/54
 Norberto Pintre 1654/57
 Manuel Celis de Mantilla 1657/60
 Marcos Ramiro 1660/63

⁷⁸⁾ Lettr. com. Jean XXII 30123, et AHN Retuerta Perg. 2267. DIEZ erronee legit: Marán.

- Luis Tineo 1663/66
 Marcos Ramiro 1666/69
 Diego de Villegas 1669/72
 Pedro Ruiz de Villegas 1672/73
 Manuel Celis de Mantilla 1673/75
 Juan Gonzalez de la Cuesta 1675/7 .
 Andrés de Fontechá 167./78
 Juan Sancha Calvo 1678/81
 Andrés de Casasola 1681/84
 Manuel Ibañez 1684/87
 Francisco Gonzalez I 1687/90
 Juan Montero 1690/93
 Manuel Cibio 1693/96
 Pedro Izquierdo 1696/99
 Pedro Bueno 1699/1702
 Diego de la Calleja 1702/05
 Juan Caldera Durán 1705/06
 Juan Morán 1706/08
 Andrés de Casasola 1708/11
 Francisco Mantilla 1711/14
 Manuel de Rojas 1714/17
 Juan Perez Robles 1717/20
 Antonio Carmona 1720/23
 Manuel Olivarieta 1723/26
 Pedro de la Torre 1726/29
 Norberto Perianes 1729/32
 Franc. Perez Carpintero 1732/35
 Bernardo Hernández 1735/38
 Pedro Lopez Reoyos 1738/41
 Pedro de la Torre 1741/44
- Diego Martinez Soto 1744/47
 Pedro de la Torre 1747/50
 Manuel Olivera 1750/53
 Bruno Martinez Mataro 1735/56
 Bernardo Hernández 1756/59
 Manuel Rodriguez Montoya
 1759/62
 Norberto Lexoste Azpileta 1762/65
 Santiago Rueda 1765/68
 Juan Gomez 1768/71
 Juan Manuel Fravega 1771/74
 Norberto Lexoste Azpileta 1774/75
 Agustín Rodriguez 1775/77
 Pedro Alonso Castilla 1777/80
 Basilio Nieva 1780/83
 Pedro Alonso Castilla 1783/86
 Diego Rodriguez Mendo 1786/89
 Dionisio Barrio 1789/92
 Franc. Sanchez Alvaro 1792/95
 Gilberto Calvo Toledo 1795/98
 José Gonzalez Herrán 1798/1801
 Manuel Gaona 1801
 Norberto Garcia 1801/04
 Joaquin de Arbeloa 1804/07
 Franc. Sanchez Alvaro 1807/10
 (Gregorio Martinez 1810/12)
 Felix Madariaga 1813/15
 Gregorio Martinez 1815/18
 Aniceto Fernandez 1818/24
 (desunt triennia ab an. 1824)

L I S B O A S. Vincentius

Stus. Vincentius Ulyxbonensis, -Ulissiponensis. — São Vicente de Fora.
In ipsa metropoli Lusitaniae, in eadem dioecesi.

Fundatio abortiva. Civitate feliciter expugnata mense octobri an. 1147, Alphonsus I rex Lusitaniae in loco extra muros, ubi bello durante, coemeterium occisorum Germanorum extiterat, fundavit collegiatam. Constituit ibi quatuor sacerdotes alienigenas, cruce probabiliter signatos et ideo milites emeritos, ut „missas cotidie cantarent“. Duo eorum erant Angli, quorum unus monachus. Ex quibus praelatum rex constituit Galterium (recte: Gualterum) ex Flandria oriundum¹⁾, canonicum Ord. Praem. ex abbatia Sti. Martini Laudunensis. Non constat, eum habuisse secum alios socios ex Ordine, neque evidet, regem revera intendisse foundationem abbataiae illius proprie dictae. Quod vero statim aspiravit Gualterus. Audiamus, quid dicat fons quidam contemporaneus: „... qui (scil. Galterius) cum vellet subdere ecclesiam premonsternensi (sic) monasterio, ut esset filia eius, rex vero non acquievisset, dimisso eum cum pace in terram suam, reversus est ad suos. Quo abeunte, rex priorem constituit quendam canonicum Ecclesiole (scilicet: monasterii de Grijó Can. Reg. O. S. A.), David nomine, qui et post paucos annos reddit unde venerat, rege iubente ...“²⁾. Quae videntur innuere, regem voluisse fundare collegium clericale ad nutum suum, nullo modo superiori extraneo subiectum. Probabiliter inter nominationem Gualteri, et remissionem eius in patriam perpaucum tempus est elapsum, nimis breve, ut communitas regularis posset formari, aedesque possent construi. Ideo de fundatione monasterii Ord. Praem. non possumus loqui; immo vix de abortiva, potius de intenta. Postmodum, paulatim constituta est ibi canonia Ordinis Canonicorum Sti. Augustini, quae floruit usque ad suppressionem an. 1834. Noriega asserit, constare ex „pervetusta traditione“ et ex „codice antiquissimo“ ibidem existenti, Robertum quendam socium Gualteri abbatis fundasse monasterium de

¹⁾ Postea factus est abbas Sti. Martini (vita eius apud LEPAIGE 546). Forte et alia relatio cum Ordine Praemonstratensi eo innuitur, quod Arnulphus, eques quidam flander, expugnationem Ulissiponis participans, inde scripserit epistolam ad Milonem episcopum Taruanensem, editam apud RHGF XIV 325/27, et MARTENE DURAND *Vet. Script. Coll.* II 800/02. De Milone vide supra II 548.

²⁾ „Indiculum Fundationis monasterii B. Vincentii Ulixbone“, MS Cartularii Sti. Vincentii, Arqu. Nacion. Torre do Tombo, publ. in PMH SS I 90/93. — Confer ad hoc casum de Valclara, supra p. 201.

Ermida³). Quod nullo documento probari, econtra probabilius saec. XVI fuisse adinventum, iam supra, ubi de dicta abbatia, exposuimus. Frustra fabulantur insuper Bern. de León, et discipulus eius Noriega „Praemonstratenses post secessum abbatis Galterii perrexisse habitare monasterium Sti. Vincentii, et institutum nostrum ibi retinuisse. Hinc nonnullos etiam ex PP. Franciscanis, nec sine fundamento opinari, Stum. Antonium Padianum fuisse canonicum Norbertinum“. In memoriam sui originis, canonia Sti. Vincentii, saec. XVII, in faciem venustae suae ecclesiae posuit statuam Sti. Norberti.

F o n t e s e t L i t t e r a t u r a : MS Vid 1 bis 104/05 — BERN. DE LEON 56 — LEPAIGE 453 — HUGO II 1103 — WAEFELGHEM 252 — Fr. A. BRANDAO, *Monarchia Lusitana* (Lisboa 1632) App. Escr. XXI. III — NORIEGA DAMC 125/28 — R. DA CUNHA, *Historia ecclesiastica da igreja de Lisboa*, L. 1642, I 74/75 — C. ERDMANN, *Papsturkunden in Portugal*, I 1927, pp. 46/47 — Fr. NICOLAU DE STA. MARIA, *Chronica da Ordem dos Conegos Regrantes... de São Agostinho*, Lisboa 1668, I 228/30 — Fr. THOMAS AB INCARNATIONE, *Historia ecclesiae Lusitanæ*, Coimbra 1762, III 164/66 — PMH *Scriptores I*, Ulissipone 1856, pp. 90/93

M A D R I D St. Joachim

Abbatia Sti. Joachim Matritensis — San Joaquin de la Corte, San Joachin, -Juachin de la Villa de Madrid, Convento de los Afligidos

Non longe distabat ab abbatia Sti. Norberti, Plaza Cristiano Martos, olim Plazuela de los Afligidos. — Dioec. Toledo, nunc Madrid.

Abbatia. Primitus fuerat seminarium pro clericis hibernis. Qui cum debuerint prae egestate domum linquere anno 1634, Congregatio Hispanica eam accepit, insistentibus D. Joanne de Chaves y Mendoza, praesidente senatus, et Antonio de la Torre Ord. Praem., confessario eius. Die la januarii an. 1635 advenerunt Praemonstratenses ex vicina abbatia Sti. Norberti. Initio domus tenuis et parva, donis patronorum (comitum de la Calzada), regis et populi mox habuit proventus sufficiens. Anno 1636 evehitur in „collegium“⁷⁹), anno 1639 in abbatiam. In abbatias suas Matritenses Congregatio mittere solebat doctiores et urbaniores ex suis theologis atque praelatis, melioresque suos praedicatores, ita ut illae in vita spirituali metropolis haud exigui semper erant ponderis. Celebris imago

³⁾ Quae „traditio“ prima vice occurrit in Ordine in Necrologio Vitensi, sacc. XVI conscripto, adornata et aucta apud fr. BERN. DE LEON l. c., in Lusitania vero primus hanc rem refert Fr. NICOLAU DE STA. MARIA l. c., et alioquin ut fabulator notissimus.

⁷⁹⁾ „Colegio“. Ita vocare solebant Patres Congregationis omnes suas domus formatas.

„B. M. V. de Afflictis⁸⁰⁾“ ibi colebatur: unde canonici monasterii vulgo vocabantur „los Afligidos“. Ecclesias incorporatas habuit nullas. An. 1684: 17, 1774: 22 religiosos. Annis 1810/11 a Gallis dirutum est, post an. 1823 simplicius restauratam. Anno 1844 erat domus particularis, sed postmodum est deleta; ne lapis quidem superest.

Archivalia: AHN Madrid S. Joaquin Perg. 1891, nr. 1, 14 — Ibid. Pap. 4148. libros 7901/05. Maior pars archivorum periiit, et eorum quae habentur in AHN plura revera spectant ad abbatiam Sti. Norberti. — MS Vid 1 bis 101/03

Litteratura: HUGO I 899 — WAEFELGHEM 232 — COTTINEAU 1702 — GOOVAERTS I 34, 209, 607; II 132, 250; IV 339 — NORIEGA DAMC 169/74 — J. A. ALVAREZ Y BAENA, *Compendio historico de las grandeszas de la coronada Villa de Madrid*. Madr. 1786, p. 156 — R. MESONERO Y ROMANOS, *Manual historico, topografico, administrativo y artistico de Madrid* la ed. Madr. 1833: p. 153; 2a ibid. 1844:193. — A. VELASCO ZAZO, *Madrid monacal*, Madr. 1943, p. 169 — *Memorias de la iglesia y convento de San Joaquin de esta corte de la orden de Canónigos Regulares Premonstratenses (Memorial Literario*, Sept. 1768) Cf. GOOVAERTS IV 339.

Series abbatum triennalium (AHN)

(desunt triennia 1660/63, 1669/72, 1693/96, 1699/1702, 1723/29, 1741/47, 1774/77, 1780/83, 1788/92, 1794/1801, 1830/35).

Ambrosios de Abreu 1639/42	José Ocampo 1686/87
Antonio de la Torre 1642/45	Luis Tineo Morales 1687/90
Manuel Herrera de Tordesillas 1645/51	Juan de Salces de Quevedo 1690/95
Francisco Real 1651/54	Manuel García 1696/99
Manuel Paz y Novoa 1654/57	Manuel García 1702/05
Cristobal Melgarejo 1657/59	José Zapata 1705/08
Juan de Salces 1659/60	Francisco Xaque 1708/11
Juan de Salces de Quevedo 1663/66	Jeronimo Caballero 1711/14
Francisco Dubal 1666/69	Francisco Xaque 1714/17
Juan de Salces de Quevedo 1672/75	José Zapata 1717/20
Juan de Sande de Requexo I 1675/78	Francisco Xaque 1720/23
Juan de Salces de Quevedo 1678/81	Francisco de Robles 1729/32
Manuel Garcia 1681/84	Franc. Miguel de Rodriguez 1732/35
Juan Sande de Requexo I 1684/86	Felix Martinez 1735/38
	José de la Heras 1738/41

⁸⁰⁾ Quae devotio facta est vere „Devotio mariana Ordinis“ in Hispania. In omni ecclesia abbatiali existebat altare B. M. V. sub hac invocatione, immo et capellae et confraternitates.

Juan Moreno 1747/50	Manuel Gaona 1801/04
Bernardo Aguirre 1750/51	José Enseña 1804/05
Juan Moreno 1751/53	Antonio Soto 1805/06
Franc. Frutos Moreno 1756/59	Juan Baez Villaroel 1806/07
Juan Iturriaga 1759/62	Fermin Hircio 1807 — ante 1814
Baltasar Martín 1762/64	Vicente Román y Lindres 1814/15
Bernardo Hernández 1764/68	Pedro Seisdedos Flores 1815/18
Juan Manuel de Fabrega 1768/71	José Enseña 1818/23
Bernardo Velez de Guevara 1771/74	Joaquin Fuentes 1824/27
Geronimo Gomez Flores 1777/80	Blas Rascón 1827/30
Franc. Martin Baz 1783/85	Inseri nequeunt:
Geronimo Gomez Flores 1785/86	Gregorio Martin Vicente ante 1672 vel post 1693
Lorenzo Lopez Asensio 1786/88	Carlos de la Calleja
Geronimo Gomez Flores 1792/94	Pedro Martin Baz (ante 1766)

M A D R I D St. Norbertus

Abbatia Sti. Norberti Matritensis — Monasterio del Señor San Norberto, San Norberto de la Corte.

In hodierna „Plaza de los Mostenses“ — Dioec. Toledo, nunc Madrid.

Abbatia, cuius fundatio an. 1608 in Capitulo Retortae specialiter ad hoc convocato, decreta est a patribus Congregationis. Anno sequenti, asceterium Stae. Catharinae Ord. Sti. Dominici, cuius moniales in alium locum sunt translatae, 9000 ducatis adquiritur. Propter resistentiam parochi loci, mense tantum octobri anni 1610 coenobium potest inaugurar tamquam collegium, quod ab an. 1612 vocatur „Sti. Norberti“, et an. 1612 evehit in abbatiam. Primo fuerat intentio Capituli Generalis, eo transferendi integrum conventum Stae. Crucis de Monzón. Atvero exigua tantum pars illius conventus obsecundavit, cui se adiunxerunt alii canonici ex abbatiis Hortorum, Sti. Pelagii, Bellipodii et Buxeti. Abbatia filiam genuit unam, scilicet Sti. Joachim non longe distantem. Ecclesias incorporatas habuit nullas, sed possedit curiam in Loheches, et 18 domus in ipsa urbe Matritensi. Statim fundavit et gymnasium, atque ad tempus Seminarium Maius archidiocesis Toletanae ei est commissum. Religiosi mox clam abstulerunt celebrem imaginem D. N. Jesu Christi ex abbatia Aquilariensi, ut peregrinatione fidelium ad illam affluentium augerent proventus suos. Sed biennio post, causa in iudicio amissa, eam debuerunt reddere. Canonici

ab initio tamquam finem praecipuum sibi proposuerunt studium perpetuum, curam et vigilantiam in promovendo cultu Immaculatae Conceptionis B. M. V., cuius Sodalitas iam an. 1615 in ecclesia erigitur. Erat prima huius nominis in Hispania, nomenque dederunt ei Rex et primates Regni. Annis 1633/53 construitur nova ecclesia⁸¹⁾, qua collapsa an. 1740, nova pulchrior ei substituitur, an. 1776 consecrata. Status personalis 1681: 36, 1723: 20, 1774: 23 religiosi. Tota fere abbatia cum ecclesia a Gallis destruitur annis 1810/11. Post restauraciones an. 1814 et 1823 reconstructio non successit, et communitas vixit in domo privata in via „Calle del Rosal“. Subsistit in loco aedificium saec. XVIII, mox peritum, quod videtur esse pars antiqui monasterii.

Archivalia exstant pauca. Quae habentur in AHN, erronee admixta sunt illis abbaticae Sti. Joachim: Perg. 1391 nr. 3, 4, 5; Pap. 4150/54, Libros 7907 (cum historia fundationis, et abbatum usque ad an. 1708), 7910; Perg. Retuerta 2269 (de furtu imaginis); Arch. Real Chancilleria Valladolid E 1484, 18 (an. 1671) — MS Vid 1 bis 96/101

Litteratura: HUGO II 379 — WAEFELGHEM 244 — COTTINEAU 1702 — GOOVAERTS I 26, 91, 535, 558, 595, 627, 689; II 28, 250; IV 83, 313 — NORIEGA DAMC 166/69 — PONZ V 169/70 — J. A. ALVAREZ Y BAENA (v. supra apud praecedentem) 146 — G. GONZALEZ DAVILA, *Teatro de las grandesas de la Villa de Madrid*, Madr. 1623, p. 274 — R. MESONERO Y ROMANOS (v. apud St. Joachim) 153, resp. 193 — J. DE LA QUINTANA, *Historia de la antigüedad, nobleza y grandeza de la Villa de Madrid*, Madr. 1629, nova ed. 1954, p. 975 — F. C. SAINZ DE ROBLES, *Historia y estampas de la Villa de Madrid* (publ. G. GUINON 2 voll. Madrid Barcelona s. d.) I 180, imago ecclesiac — A. VELASCO ZAZO (v. St. Joachim) p. 141

Ser i e s a b b a t u m (AHN, praesertim Libros 7907 f. 150 sq.)
(desunt triennia 1732/35, 1744/50, 1783/86, 1792/95, 1804/14, 1818/27,
1830/35)

Bernardo de León, superior	1610	Francisco Real	1630/33
Rodrigo de Bujedo, item	1610/12	Garcia Alvarez Osorio	1633/36
Bernardino Lopez, abbas	1612/15	José de Azevedo	1636
Felipe Bernal	1615/18	Antonio de la Torre	1636/39
Antonio Temporal	1618/21	Manuel Herrera de Tordesillas	
Rodrigo de Bujedo	1621/24	1639/42	
Garcia Alvarez Osorio	1624/27	Antonio de la Torre	1642/45
Bernardo de León	1627	Francisco Real	1645/48
Garcia Alvarez Osorio	1627/30	Ambrosio Baut. de Abreu	1648/51

⁸¹⁾ Descriptio eius minuta apud NORIEGA DAMC pp. 168/69

- Manuel Herrera de Tordesillas
 1652/54
 Ambrosius Baut. de Abreu 1654/57
 Manuel Herrera de Tordesillas
 1657/60
 Ambrosio Baut. de Abreu 1660/63
 Miguel Solis de Miranda 1663/64
 Manuel Herrera de Tordesillas
 1664/66
 Gaspar Moro 1666/69
 Francisco Dubal 1669/71
 Ambrosio Baut. de Abreu 1671/72
 Juan de Estrada y Gijón 1672/75
 Francisco Bustamante 1675/78
 Pedro Morán 1678
 Luis Tineo Morales 1678/81
 Gregorio Martín Vicente 1681/84
 Francisco Bustamante 1684/87
 Juan Girón 1687/90
 Bartolomé de Belesar 1690/93
 Manuel Mancio 1693
 Manuel García 1693/96
 Juan Girón 1696/98
 Ignacio Tinte 1698/99
 Juan Pérez Carpinteros 1699/1700
 Felipe González de la Sierra
 1700/02
 Geronimo Caballero 1702/05
 Felipe González de la Sierra
 1705/08
 Manuel de Torres 1708/11
 Cristobal Oliveros Camisón
 1711/14
 Manuel de Torres 1714/17
 Juan Bueno de Arévalo 1717/20
 Julian Lovera 1720/23
 Norberto Durán 1723/26
 Juan Pérez Galavís 1726/29
 Francisco Ubalia 1729/32
 Geronimo Echenique 1735/38
 Felix Martinez 1738/41
 Juan Lopez de Reoyos 1741/44
 Juan Gonzalez de Apodaca
 1750/53
 Manuel Rebollac 1753/56
 Diego Martinez Soto 1756/59
 Bernabé Ceballos Campuzano
 1759/62
 Manuel Rebollac 1762
 Matias Paredes Valdes 1762/65
 Bernabé Ceballos Campuzano
 1765/68
 Juan Garcia Lomana 1768/71
 Juan Antonio Barcena 1771/74
 Geronimo Gomez Flores 1774/77
 Bernabé Ceballos Campuzano
 1777/78
 Luis Arbeloa 1778/80
 Francisco Martin Baz 1780/83
 Manuel Fernandez 1786/89
 Manuel Echevarría 1789/92
 Blas Linares Saavedra 1795/98
 Nicolas García 1798/1801
 Antonio Soto 1801/04
 Juan Baez Villaroel 1814/15
 Vicente Román y Lindres 1815/18
 José Soto 1827/30
 Inseri nequit: Esteban de Noriega
 ca. 1730

MEDINA DEL CAMPO Sta. Maria de los Huertos

Sta. Maria Hortorum, -de Ortis in Castro Medina⁸²⁾ — Sta. Maria de las Reales

In occidente civitatis. Dioec. Salamanca, nunc Valladolid. Prov. Valladolid. Vitetur confusio cum abbatia virorum eiusdem nominis in Segovia.

Asceterium fundatum probabiliter iam una cum abbatia Sti. Saturnini, in eadem civitate sita. Secundum Noriega fundatum est anno tandem 1233 a Leonora regina Castellae, annoque 1235 confirmationem pontificiam obtinuit. Primum probatur nullo documento, confirmatio vero pontifica supponit asceterium iam diu existens, cui regina forte novas aedes adiunxit. Anno 1402, antipapa Benedictus XIII conventui concessit transitum ad Ordinem Sti. Dominici, quod est exsecutus anno tandem 1418⁸³⁾. Quo anno, D. Leonora regina Aragoniae construxit illi novam domum, scilicet in loco hodierno. Conventus se eo transtulit, et floret sub regula Sti. Dominici usque hodie. Aedificia hodierna integra sunt saec. XVI.

Archivalia quae exstant in loco et in AHN, omnia sunt asceterii OSD.

Litteratura: HUGO II 185 — WAEFELGHEM 581 — COTTINEAU 1805 — NORIEGA DAMC 139/41 — RODRIGUEZ Y FERNANDEZ (cf. St. Saturninus) 1001

MEDINA DEL CAMPO St. Saturninus

St. Saturninus in Castro Methinensi, -Methina, -Methymnae — Monasterio de San Sadorní, San Sadornino, Sant Sadornín extramuros de la Villa de M. del C.

Civitas in prov. Valladolid, in cuius suburbio Abulense, versus austrum (arrabal de Avila, nr. 9) abbatia erat sita. Dioec. Salamanca, nunc Valladolid. Vitetur confusio cum abbatia saeculari (collegiata) in eadem urbe sita.

Abbatia, fundata ante annum 1178⁸⁴⁾ ab Andrea de Buca (Bocos, Voch), qui fuit natione Gallus, et dives agricola in civitate. Ex itinere in Galliam, reliquias SS. Antonini et Saturnini attulerat, et Praemonstratenses ex abbatia Sti. Pelagii de Cerrato advocavit, ut judaizantem populationem civitatis converterent⁸⁵⁾. Archivum plus semel interiit, ideoque de historia

⁸²⁾ Ea quae legimus in catalogis: „in Castro Botnam“ (PL), vel „Botiva“ (W), sunt corruptelae pro „Methina“

⁸³⁾ Bern. de León putat hunc transitum esse actum in fine saec. XV tantum, sed absque ulla ratione. (MS La Vid 1 bis, 65)

⁸⁴⁾ Monasterium fuisse fundatum circa annum 1200, et spectasse antea ad Equites Templi, ut quidam autemant (RODRIGUEZ FERNANDEZ 419), certe est error. Attamen ecclesia, in qua colebatur „brachium Sti. Joannis Baptistae“, videtur fuisse anterior saeculo XII („estilo mudéjar“ saec. XI vel ante. Ibidem).

⁸⁵⁾ Quod et in posterum fecerunt, anno 1251, verbi gratia, 4000 (Ibidem).

coenobii parum scitur. Moniales translatae sunt in asceterium B. M. V. in eadem civitate, de quo sub praecedenti. Praeter prioratum B. M. V. de Villaluz, ubi erat curia et sanctuarium marianum, nullas habuit ecclesias incorporatas. Abbatia primitus erat valde locuples, unde suis expensis, verbi gratia, reconstruere potuit ingens castellum vicinum de la Mota. Habuit jurisdictionem civilem in totum suum suburbium, donec Philippus II rex, Ordini infensus, eam abstulit. Anno 1521 combusta est una cum archivio. An. 1567, canonia valuit 1000 ducatos: saec. XVIII erat tam depauperata, ut mendicaret apud reliquas domus Congregationis. Ad tempus, studium philosophicum et theologicum fuit in ea. An. 1584 ecclesia corruit, quae an. demum 1625 reconstructa. Peragebatur ibi, iam ante saec. XVI, processio sacramentalis singulari ritu⁸⁶). Status personalis: 1567: 7; 1774: 15; 1828/30: 2 religiosi. Anno 1810 a Gallis tantopere devastatum est monasterium, ut raedificari non potuerit. Archiva moderna tunc denuo quoad magnam partem sunt amissa, ita ut recuperatio bonorum fuerit difficilis an. 1814 et 1823. Ecclesia iam an. 1815 denuo consecratur, sed mansit derelicta. Communitas exigua vixit abhinc in domo privata vicina. In actu suppressionis unus solus canonicus erat superstes. Ecclesia an. 1891 adhuc erat integra, in nundinas versa; hodie ne lapis quidem subsistit.

A r c h i v a l i a : AHN 10 perg., Pap. 7572/75; Libros 16331/73 (16348 continet pp. 163/71 historiam canoniae, 16353 spectat ad abbatiam Sti. Norberti Vailisoletanam) — Arch. Simancas PR 23, 35/36; CR 92, 6 (IV); MP 374 f. 15; RGS IV 1679, 1722 (an. 1485) — MS Vid 1 bis 84/85, 173* — Arch. Mon. de la Vid Libr. 17 : 210/12 — BERN. DE LEON 53/56

L i t t e r a t u r a : HUGO II 739 — WAEFELGHEM 162 — AEE I 1 — COTTINEAU 1805 — GOOVAERTS I 574, II 272 — Ind. Doc. 115 — NORIEGA DAMC 162 — ORTEGA RUBIO I 244 — PONZ XII 153 — G. MORALEJAS, *Historia de Medina del Campo*, M. del C. 1924 — I. RODRIGUEZ Y FERNANDEZ, *Historia de Medina del Campo*, Madrid 1903/04, pp. 419, 478, 1006

A b b a t e s (AHN)

1. Abbates perpetui Martinus 1204 ^{86a)}	Fernando 1282 ⁸⁷⁾ Toribio 1405 ⁸⁸⁾
--	---

⁸⁶) Feria II infra Octavam Corp. Christi abbas procedebat, in dextra portans ostensorium cum Ssmo, in sinistra pedum, capite mitra cooperto, usque ad portam Sti. Facundi. Dein, deposita mitra, pergebat. (Cf. HUGO II 740).

^{86a)} AHN Cod. 660 f. 39, Necr. Vit. 19. II.?

⁸⁷⁾ CEPIE VIII 107

⁸⁸⁾ AHN Medina Libros 16369

- Fernando 1415⁸⁹⁾
 Velasco de Medina 1460/1502⁹⁰⁾
 Antonio del Castillo 1507/13⁹¹⁾
 Pedro de Ataquines 1518/24⁹²⁾
 Martin Gomez 1540/52⁹³⁾
 Ambrosio de Peñaranda —1560⁹⁴⁾
 Rodrigo de Ayvar 1560/67
 intrusus a Curia Romana
 Gonzalo de Salas 1567/71
 Juan Martinez 1571/72
 Agustín de León 1572/73
 Inseri nequeunt
 ex necrologio Vitensi:
 Fernando 13. IV
 Diego 30. IV
 Miguel 12. VI
 Alfonso 24. VII
 item ex necrologio Stac. Sophiae:
 Esteban 27. IV
 Jacobo 15. VIII
 Juan 1. X
 Benito 30. XI
 Antonio 22. XII
 2. Abbates triennales
 (desunt triennia: 1603/06, 1618/27,
 1630/36, 1642/51, 1657/75, 1690/93,
 1696/99, 1705/08, 1711/14, 1729/32,
 1753/56, 1766/68, 1795/98,
 1804/07)
- Antonio de Tapia 1573/76
 Diego de Mendieta 1576/79
 Simon Nuñez de Xaque 1579/82
 Juan Martinez 1582/91
 Diego de Mendieta 1591/94
 Juan Martinez 1594
 Geronimo de Villaluenga 1594/97
 Juan Baut. de La Vega 1597/1600
 Felipe Castañeda 1600/03
 Alonso de Torres 1606/09
 Fernando de Ruimoroso 1612/15
 Juan Baut. de La Vega 1615/18
 Fernando Miguel 1627/30
 Andrés de Las Cuevas 1636/39
 Juan Baut. Caresio 1639/..
 Francisco Valderas 16 . .42
 Francisco Fernandez 1651/54
 Diego del Solar Toraya 1654/57
 Ambrosio de Abreu 1675/77
 Pedro Barón 1677/78
 Pedro de Valdes 1678/81
 Gabriel García 1681/84
 José de Valderas 1684/87
 Antonio de Llamas 1687/90
 Juan Montero 1693/96
 Juan de Bustillo 1699/1702
 Gabriel Gutierrez Herrera 1702/05

⁸⁹⁾ Ibidem. Forte est idem ac F. de Aranda, de quo vide infra apud La Vid.

⁹⁰⁾ AHN Medina Libros 16369, et Pap. 7574

⁹¹⁾ AHN Toro Perg. 2348

⁹²⁾ AHN Retuerta Perg. 2269, Simancas CR 92, 6

⁹³⁾ AHN Medina Pap. 7574

⁹⁴⁾ Necr. Vitis 24. VI

José Hermano N.	1708/11	José Moyano	1792/95
Geronimo Gonzalez	Tenorio 1714/17	José Moyano	1798/1801
Pedro Valdes	1720/23	Sebastian Guardado	1801/04
Juan Prieto	1723/26	José Moyano	1807/..
Gaspar de Onis	1726/29	Francisco Delgado	1814/15
Juan Bueno de Arévalo	1732/35	Manuel Gonzalez Eguía	1815/18?
Franc. Perez Carpintero	1735/36	Gregorio Martinez	1818/24?
Narciso Casanova	1736/38	Francisco Delgado	1824/27
Bernardo Gutierrez	1738/41	Pedro Fernandez Valderrama	
Antonio Lopez	1741/44	1827/30	
Pedro Martin Baz	1744/47	José Rodriguez Moroncillo	1830/33
José Rodriguez	1747/50	Manuel Hernandez	1833/35
José Eguilaz	1750/53	Inseri nequeunt:	(Necr. Vitis)
Gabriel Llano Otañez	1756/59	Miguel de Callejas	17..
Norberto Zarzosa	1759/62	Franc. Fernandez, altera vice	
José Rodriguez	1762/65	Miguel de las Heras	17..
Angel Boadilla	1765/66	Franc. Martinez Caballero	1657 vel 60
Juan Arias Caldera	1768/71	Francisco Soto	23. X
Agustin Rodriguez	1771/74	Franc. Valderas, altera vice	
José Moyano	1774/77	José Velez de Guevara	1. III
Angel Guadilla	1777/80	Nicolas Salazar	24 .V
Pedro Román del Castillo	1780/83	Franc. Briones	7. VI
Juan Martín Redondo	1783/86	Antonio Aguilera	17. IX
Manuel Moreno	1786/89	Juan de Arroyo	29. IX
Francisco Alvarez	1789/92		

Q U I N T A N I L L A B. M. V.

inter Bujedo et Amejugo, dioc. et prov. de Burgos

Parthenon fundatus an. 1175 ab Alphonso VII rege per translationem monialium de Bujedo, a quo dependebat. Nescitur quando desierit, probabiliter iam saec. XIII, quia in catalogis non occurrit. Dein facta est curia. Saec. XVIII adhuc videbantur ruinae.

Archivalia: vide Bujedo

Litteratura: HUGO II 591 — WAEFELGHEM 204

REINOSO DE CERRATO Sta. Crux

Sta. Crux de Rivola, Santa Cruz del Rio

Inter Reinoso de Cerrato, Villaviudas et Tablada, super flumen Pisuerga prope Baltanás, dioc. et prov. de Palencia

Parthenon, fundatus probabiliter per translationem sororum Sti. Pelagii de Cerrato, circa vel ante medium saeculum XII. Occurrit in Indice an. 1320, ergo videtur floruisse adhuc saec. XIV. Videtur tamen esse extinctum ante an. 1400. Dein desit in eremitorium, et residui proventus cesserunt abbatiae matri.

Archivalia: cf. Inventarium Arch. Sti. Pelagii, AHN Cod. 430 R.

Litteratura: HUGO I 569, II 534, pr. 353 — WAEFELGHEM 255 — COTTINEAU 2456

RETUERTA B. M. V.

Retorta, de Rivo torto, Riotuerta. Primitus Stus. Martinus erat patronus secundarius.

Prope Peñafiel versus occidente, non longe a flumine Duero, dioec. Palencia.

Abbatia insignis. Sanctius de Ansuz, de stirpe comitum de Monzón y Carrión, una cum socio Dominico, postea fundatore abbatiae Vitensis, iter instituit in Galliam, ubi Lauduni ingressi sunt Ordinem. Probatos Gualterus abbas Sti. Martini dimisit in patriam⁹⁵⁾. Comitissa Mayor, consobrina Sanctii, Petri de Ansuz filia, erexit monasterium in loco dicto „de Fuentesclaras“, advocavit turbam fratrum ex monasterio Casaedei, cuius abbas an. 1146 donationem confirmavit. Sanctius factus est primus abbas; confirmatus et benedictus est ab episcopo Palentino. Hoc facto innitebatur vindicatio primatus a parte canoniae contra Vitenses, quorum primus abbas neque confirmatus erat neque benedictus secundum Statuta Ordinis, licet fundatio domus illius fuerit Retortae anterior. Retorta habebatur ut filia Casaedei, et erat ab initio abbatia primaria in circaria. Aliquot annos postea, conventus se transtulit in locum paulo distantem, juxta ecclesiam quandam Sto. Martino sacram, in cuius locum fundatrix statim erexit novam in honorem B. M. V. Retorta filias genuit sequentes: Arenillas, Groz, Alba de Tormes, Ciudad Rodrigo, Monzón, et duas fundationes abortivas: San Juan de la Peña et Toledo Sta. Columba. Etiam

⁹⁵⁾ Quae omnia nota sunt ex sola traditione, nullo probante documento. Si autem respicimus originem insolitam abbatiae Vitensis, et litigia, quae habuit ab initio cum Retorta de primatu, censemus hanc traditionem forte esse antiquam, et habere suam probabilitatem. Sanctum vero et Dominicum intrasse ipsum Praemonstratum tempore Sti. Norberti, ut adornando fabulantur. B. de León et sequelae eius, est parum verisimile.

potens abbatia Vitensis postremo paternitati eius se subiecit. Prioratum conventualem habuit in Almazán, ecclesias incorporatas vero nullas, praeter Sto. Tomás de Toro, quam habuit a saec. XV ex haereditate Sti. Michaelis de Groz. Post suppressionem Sti. Leonardi de Alba habuit paternitatem in asceterium Stae. Sophiae de Toro usque ad annum 1573. Retuerta certe initio erat monasterium duplex, sed deficiente necrologio, de monialibus vel de translatione earum nihil scitur. Abbas habuit jura quasi-episcopalia. Ingentes dvitias canoniae neque rapacitas abbatum saec. XV et XVI potuit consumere. Generatim enim abbates regulares contra intrusionem commendae preevaluerunt. Ad excludendam commendam in perpetuum, abbatia impetravit bullam an. 1549, quae confirmavit triennalitatem abbatum eius, iam biennio ante coeptam. Plus alii Retorta vexata est sub „reformatione“ Hieronymitarum annis 1567/68. A fundatione Congregationis Hispaniae, Retuerta fuit huius mater et caput; ab an. 1594 — definitive ab an. 1648 — abbates eius habuerunt dignitatem generalitiam, et Capitula Generalia celebrata sunt in ea.⁹⁶⁾ Anno 1662 igne combusta, statim reconstructa est canonia. An. 1567:12, 1774:22 religiosi. Saepius in Retorta fuit novitiatus communis, vel domus studiorum. Post suppressionem an. 1835, factum est praedium. Exstat monasterium integrum, cum ecclesia saec. XII/XIII (non terminata) refectorio ingenti, capitulo et clauistro eiusdem epochae. Altare maius an. 1957 venditum est ecclesiae monasterii de Espina, ceteroquin ecclesia nunc est in horreum profanata.

Archivalia: AHN Retuerta, Perg. 2267/69 (56 chartae 1146/1686), libros 16564/67 (primi duo continent Acta omnium Capitulorum Generalium, et relictia visitationum Stae. Crucis de Monzón et Sti. Norberti Vallisoletani, ex qua canonia probabilit procedunt); Pap. 7643. Maior pars archivi videtur periisse ante saec. XVI. — Ibid. La Vid Pap. 1386 — Arch. Simancas PR 23:20, 37; MP: 334, 23 — BN Madrid: MS 9934 (Inventar. Archivorum an. 1580), 704 f. 6/77 — Arch. Mon. de La Vid MS 1 bis f. 1/22*, 120*, 158*, 165*; Libr. 19 p. 1/26 — MS Vallad. Diego de Vergara, passim — BERN. DE LEON 63/74 — LARCHER, *Glanages* t. V (v. supra p. 159).

Archivalia pretiosa, praesertim copia an. 1786 antiqui cartularii (Becerro), erant proprietas familiae de Pimentel, dominorum abbatiae. D. F. ANTON anno 1924 ea excerpit et quoad maiorem partem publicavit, in scriptis suis infra allatis. Abbatia in posterum venuodata, haec archivalia per negligentiam procerum perirent et non iam inveniuntur.

Litteratura: HUGO II 657, pr. 425 — WAEFELGHEM 458 — ANTON 69/111, 251/89, 303 sq. — COTTINEAU 2451 — GOOVAERTS I 27, 37, 53, 112, 135, 141, 242, 291, 293, 319, 384, 534/35, 543, 544, 574, 583, 594, 595, 607, 627, 637, 639, II 28, 74, 76, 132, 239, 250, 334, III 162, IV 83, 93, 190, 348, 414 — Ind. Doc. 105, 116, 169, 177, 193, 199, 205, 231 — JAFFE 10830 — Lettr. com. Jean XXII 30123 — MIGNE t. 200, c. 201 — Mon. Esp. II 402 — NORIEGA

⁹⁶⁾ Vide de his omnibus supra in praefatione.

DAMC 106/10 — ORTEGA RUBIO II 256/57, 341/50 — POTTHAST 1264,
 25784 — PRESSUTTI 310 — Reg. Benoit XI 200 — SERRANO ObBCP II 78,
 80, 326, 327, 331, 333 — VALVEKENS Addespr (1954) 254 — ZAK 11 —
 F. ANTON, in: *Boletín de la Sociedad Española de Excusiones*, Madrid 1922
 (XXX) pp. 239/69 — IDEM, *Monumentos históricos del monasterio de Sta.
 María de Retuerta... por un canonigo Premonstratense... 1786. (Revista histo-
 rica*, Valladolid, 1924/26, fasc. IV et sequentes).

S e r i e s a b b a t u m

Abb. perpetui: si non aliter notetur, secundum A = elenchum abbatum
 Retuerta Pap. 7643, H = HUGO 1. c., et B = Becerro 1786, quem citat
 ANTON, *Monasterios* p. 283. Abbates triennales secundum AHN. Hic
 adducuntur ii tantum, qui non simul fuerunt Abbates Generales. Annis
Francisco Manrique 1675/78

Pedro Ruiz de Cabuerniga 1678/81

Tomas Lopez 1681/90

Marcos de la Puente 1693/96

Gabriel de Villamar 1711/14

Norberto Durán 1714/17

Manuel Recio 1717/20

Gabriel de Villamar 1720/26

José de Ulloa 1726/29

Gaspar de Onis 1732/35

José de la Encina 1735/38

Manuel Martinez 1738/41

Narciso Casanova 1741/43

José de Ulloa 1743/47

¹⁹¹⁾ regularis electus, possessionem non obtinuit.

¹⁹³⁾ AHN S. Pel. de Cerrato Pap. 9632

¹⁹⁴⁾ Sicuti sequens (ad annum saltem 1648) erat abbas Generalis.

Alonso Barbadillo	1747/50	Rodrigo Antonio Orellana	1795/98
José de Garicoechea	1750/51	José Hermano Rodriguez	1798/1801
Pedro Martin Baz	1751/53	Diego Rodriguez Mendo	1801/04
Antonio Lopez	1753/54	Antonio Martinez	1807/10
Alonso Barbadillo	1754/59	Blas Linares Saavedra	1814/15
Pedro Martin Baz	1759/62	Miguel Calo	1815/18
Manuel Diez Soto	1762/65	Juan Baez Villaroel	1818/24
Miguel Garcia Solera	1765/68	Isidro Prado y Lara	1824/27
Antonio Hernandez Montero	1768/71	Aniceto Fernandez	1827/30
Francisco Espinilla	1774/77	Antonio Prado	1830/33
Gregorio Cañada	1777/80	Augustin Illera	1833/35
Francisco Espinilla	1780/83	Inseri nequeunt:	
Vicente Trapiello de la Torre	1783/86	Pedro Ruiz Cabuerniga	
Alonso Martin	1786/89	altera vice 16 ..	
Francisco Espinilla	1789/92	Gaspar de Onis item 17 ..	
Diego Rodriguez Mendo	1792/95	Francisco de Rueda ante an. 1742	

L A V I D B. M. V.

Vitis B. M. V.; B. Marie de Vite, Uitis. — La Vid de Aranda, la Uit, Uide, Uith, Vith, Bid, Biz, Viz. Saec. XVIII se nuncupat: Imperial Convento de la Vid.

Dorii ripae adiacet, prope Aranda de Duero versus orientem. Prov. de Burgos. Dioec. Osma, nunc Burgos.

Abbatia praeclara, de facto antiquissima circariae. Dominicus, qui potest fuisse socius Sanctii, Retortae fundatoris, in itinere Galliae; circa annum 1140 vixit tamquam eremita in „Monte Sacro“ prope Osma, ubi orta est canonia Ordinis (monasterium duplex). Ante annos 1160/64, Alphonsus VII, rex Castellae, construit novum monasterium in vicinitate juxta Dorium, quod exinde „de Vite“ solebat nuncupari. Quae domus de primatu in circaria diu litigavit cum Retorta¹⁹⁵), cuius paternitatem anno tandem 1185 recognovit. Moniales an. 1164 expelluntur, et collocantur in Brazacorta et in Freznillo. Quae loca in posterum, exstinctis monialibus, unicae manserunt ecclesiae, Viti incorporatae, et a canonicis eius admini-

¹⁹⁵) Vide de hac re supra apud hanc abbatiam, et in praefatione.

stratae. Filias genuit: Avila, S. Pelayo de Cerrato, Tejo, Segovia, Villa-mayor, et prioratum Tortoles. Dominicus, primus abbas et fundator obiit ca. 1186/88.

Fr. Bern. de León, et discipulus eius Noriega, haec facta, quae videntur esse certa, pie adornant „traditionibus antiquissimis“. Referunt sequentia: Dominicus Capdespina est frater spurius Alphonsi VII regis et imperatoris. Anno 1132¹⁹⁶⁾, una cum socio suo Sancho (cum quo ab ipso Sto. Norberto in Ordinem receptus fuerat Praemonstrati) revertitur in patriam, fundat monasterium duplex in Monte Sacro, cuius statim fit abbas. Benedictionem tamen abbatiale non recepit nisi anno 1148. Paulo post, venationi rex indulgens prope monasterium, miraculose invenit statuam B. M. V. in palmite quodam vitis. Construxit ibi ecclesiam BMV, et eo transtulit monasterium ante annum 1151. Quod adhuc per aliquot tempus promiscue appellatur „Vitis“ et „Mons Sacer“, donec post an. 1164, designatio „Vitis“ praevaleret sola. S. dominicus de Guzman, patriarcha Ord. Praed., educatur in abbatia Vitensi, ubi et professionem emittit, et inde mittitur in Osma, ut Capitulum Cathedrale ad normas Praemonstratensium reformat. — Quae omnia carent probatione, immo scatent contradictionibus et erroribus.¹⁹⁷⁾

Abbatia Vitensis mox facta est dives et potens. In fine saec. XIII a rege obtinuit privilegia magna, scilicet facultatem exigendi a vassallis suis omnia vectigalia et tributa regia, et plenam jurisdictionem civilem. Posset beneficium in Castillo, hospitale juxta canoniam, et alterum cum beneficio in Villadiego. Saec. XV/XVI disciplina corruit, et saevierunt commendatarii sanguisugae. Cardinalis autem Iñigo Lopez de Mendoza, archiepiscopus Burgensis et Commendatarius Vitensis, factus est salvator, reformator atque benefactor egregius canoniae, coepit extruere splendidam ecclesiam novam et novas aedes an. 1522. Fundavit „Congregationem

¹⁹⁶⁾ Quem annum fixerunt dicti auctores propter inscriptionem in epitaphio Dominicici abbatis in aula capitulari Vitensi, dicentem eum regnasse per 55 annos Atqui lapidem istum esse saec. XII, vix admitti potest; littera eius potius est saec. XVI. Sanctum coepisse foundationem Retortae circa annum 1142/43, videtur esse probabile. Integrum decennium esset nimia discrepantia temporis, pro reditu duorum amicorum e Gallia. Si dominicus revera per 55 annos vixit in Monte Sacro et in Vite, ut eremita et postea ut abbas, narratio de itinere eius cum amico in Gallia, et de reditu ad fundanda monasteria fit dubia.

¹⁹⁷⁾ Ex fraude pia, mendacium et deceptio ubique — ideo et caute legenda esse censemus „Statuta Veterima Ordinis“, quae NORIEGA asserit se invenisse in archivis suae canoniae, et quorum extat copia sola, ab illo confecta, in Bibl. Munic. Nancy MS 1775/1000 f. 87 sq.

Vitensem“, de qua vide supra in praefatione¹⁹⁸). Ab anno 1535 abbates Vitenses erant triennales, propterea canonia citius profundiusque caeteris fuit reformata, et religiosi eius posuerunt fundamentum reformationis tamquam abbates aliorum domuum. 1555: 15, 1774: 35 DD. Anno demum 1594 obtinet jus pontificalium. Saec. XVII/XIX abbatia valde floruit, generatim erat ibi studium vel novitiatus generalis. A saec. XVII, per privilegium, abbatem non recepit nominatum a Capitulo Generali, sed elegit e proprio gremio¹⁹⁹) Post suppressionem, per 30 tantum annos fuit desolata. Anno enim 1865 data est Ordini Eremitarum Sti. Augustini, qui propter missiones gubernie liberali erat gratior. Nunc est ibi eius domus studiorum. Per pulchra et optime conservata est canonia, duobus claustris constans, tamquam gemma artis saec. XVI. Ingens refectorium constructum est circa an. 1750, ampla bibliotheca an. 1798. E medio aevo superest tantum pars ecclesiae, et porta saec. XII. Spectabiles sunt prae-sertim venusta ecclesia, sacristia et aula capitularis permagnae structurae, et per pulchrum claustrum.

Archivalia: AHN La Vid, 331 perg. (378/90, tenorem vide in *Ind. Doc.*); Libros 1115/20, 1139/43 et 1512/14; 2 obituaria s. XVI/XVIII, quae erronee inserta sunt apud Aguilar et Bujedo. Papeles 1384/94: 1885 continet inventarium archivorum an. 1840, 1389 pretiosum „Cartularium Circariae“, scilicet copias documentorum saec. XII/XIII, partim tantum publicatorum vel modo exstantium. — Arch. Simancas PR 20 f. 40, RGS 368, 983; MP 378 f. 14 — Arch. Deleg. Hac. Segovia: Apeos 1503/14 — Ultimi religiosi varia pretiosa tradiderunt Augustinis post an. 1865: Arch. Monasterii de La Vid MS 1 bis (vide supra p. 230); Chronica B. de León v. ibidem); Libro 2 bis: Cartularium saec. XVII/XVIII; Liber professionum, Visitaciones 1796/1834; 2 obituaria saec. XVIII/XIX; Libr. 17 f. 261 continet historiam structurarum monasterii saec. XVIII cum 2 delineationibus. 10 alii libri MSS mixti tenoris, magna pars eorum auctore abbe de Noriega, et alicuius momenti pro historia canoniae et circariae. Ipsa Vitis fuse tractatur MS 1 bis ff. 1/63, 158, 159/61, 165, 197*, 207/80*; B. DE LEON f. 6 sq. — Calendarium et ordinarius s. XIII: MS 644 BN Paris.

Fon tes et Litteratura: LEPAIGE 488 — HUGO II 1127, pr. 694/98 — WAEFELGHEM 315 — COTTINEAU 3364 — ESPASA LXVIII 679/81 —

¹⁹⁸) Noriega Innicum Card. Lopez facit membrum Ordinis — ut Ordo uno saltem posset gloriari Cardinali. Insertus est ut „filius Vitis“ necrologio saec. XVIII, invenitur imago illius, habitu Ordinis indutus, eodem saeculo XVIII depicta, in claustro Vitensi. Sed immerito, nullum enim invenimus vestigium in amplis archivis, quod posset probare cum emisisse professionem in Ordine. Fuit merus commendatarius, licet optimus — quidquid dicat J. B. Valvekens in *Anal. Praem.* XX p. 207.

¹⁹⁹) AHN La Vid Pap 1391

GOOVAERTS I 24, 26, 28, 53, 54, 96, 101, 108, 111, 320, 475, 508, 534, 535, 574, 582, 583, 595, 627, 638; II 74, 76, 132, 189, 343; IV 15, 218 — *Ind. Doc.* 1/233 — JAFFE 10893 — *Reg. Léon X* 12890 — *Lettr. com. Jean XXII* 30123 — MENENDEZ PIDAL pp. 267, 277, 280 — NORIEGA DAMC 100 sq. — IDEM, DHD — POTTHAST 14937 — SERRANO CDMoral 74 — ZAK 11 — N. ACERO Y ABAD, *El monasterio de N. Señora de la Vid (Revista Contemporánea CXXIII, 1901, pp. 33/51, 148/56)* — J. A. MENDOZA, *El Cardenal Don Inigo Lopez de Mendoza, y el monasterio de la Vid (Arch. Augustiniano XLV, 1950, 67/88)* — V. NUÑEZ MARQUES, *Guia de la Catedral del Burgo de Osma, y breve historia del Obispado de Osma*. Madrid 1949, 75/77.

S e r i e s a b b a t u m (AHN)

1. Abbates perpetui	Cipriano 1213/16 ²⁰³⁾
(Quae sunt inter parentheses, desumpta sunt ex MS La Vid 1 bis, f. 207 ² sq., et videntur nobis aliquatenus arbitraria ^{200).}	Esteban 1217/28 ²⁰⁴⁾
Domingo ca. 1144/86	(Nuño Martin 1227)
Nuño de Toledo 1188/99 ²⁰¹⁾	(Domingo ca. 1230)
Guillermo 1203/09	Antonio 1231/42 ²⁰⁵⁾
(Marcos Quintana 1207)	Fernando 1242
(Benito 1208)	Juan 1246 ²⁰⁶⁾
Alvaro 1209/12 ²⁰²⁾	Fernando 1253/63 ²⁰⁷⁾
	Domingo 1264 ²⁰⁸⁾
	(Andrés 1267)
	Esteban 1267/86 ²⁰⁹⁾

²⁰⁰⁾ Quae series abbatum saec. XVI conscripta est ab Aegidio Gonzalez Davila, auctore tunc celebri, sed haud critico. Studuit praesertim completere lacunas, et intercalare eos abbates, qui ex necrologio tantum, non vero ex archivis sunt noti. Tamen fieri potest, illi praesto fuisse documenta non iam existentia.

²⁰¹⁾ Etiam vocatur N. de Lara. AHN Cod. 430, Perg. La Vid 379, 10.

²⁰²⁾ Ibid. Perg. 379, 12

²⁰³⁾ Occurrit an. 1213/14 (Ibid. 380, 14). Annus obitus 1216: Davila.

²⁰⁴⁾ Perg. 379, 16

²⁰⁵⁾ Authentice occurrit, sicut successor Ferdinandus, anno 1242 tantum: MS Vid 1 bis 47b; et Perg. 380, 7. — An. 1231: Davila.

²⁰⁶⁾ Perg. 380, 8

²⁰⁷⁾ Ibid. 380, 13: an. 1254. — Cetera sunt a G. Davila.

²⁰⁸⁾ Ibid. 380, 16. Secundum HUGO: 1264/82.

²⁰⁹⁾ Ibid. 380, 19: brevi ante an. 1288. — Cetera: Davila.

Pedro 1294/99 ²¹⁰⁾	Fernando de Aranda 1445/48 ²¹⁸⁾
Garcia 1300/11 ²¹¹⁾	Julian de Peñaranda 1440?/51
Juan Alfonso 1316/42 ²¹²⁾	Sancho de Aranda I 1451/83 ²¹⁹⁾
Juan 1343/48 ²¹³⁾	Juan de Quintana 1483/89
Lope (1362/80)	Alonso de Peñaranda 1489/1505 ²²⁰⁾
Pedro 1380 ²¹⁴⁾	Sancho de Aranda II 1506/10
Juan Perez 1386/1404 ²¹⁵⁾	Garcia de La Vid 1516
Sancho 1404/08 ²¹⁶⁾	Aloisio de Rosis 1516 ²²¹⁾
Gonzalo de Aguilar 1° 1408/17 ²¹⁷⁾ (Lope 1417)	Cardin. Íñigo Lopez de Mendoza 1516—35
Juan de Moradillo 1423/31	Inseri nequit:
Gonzalo de Aguilar 2° 1438	Godefridus 24. V Necr. Vit.

²¹⁰⁾ Ibid. 381, 2 et 5

²¹¹⁾ Ibid. 381, 10

²¹²⁾ Resignavit an. 1342. Ibid. 381, 17, et 382, 17; *Lettr. com. Jean XXII* l. c. . .
Davila: ab an. 1311.

²¹³⁾ Ibid. 380, 17; 383, 14.

²¹⁴⁾ Ibid. 384, 2.

²¹⁵⁾ Ind. Doc. 89 (Originale videtur periisse), et Segovia Pap. 6617.

²¹⁶⁾ La Vid Perg. 384, 13 et 15. Aegidius, quem affert HUGO pro anno 1407,
videtur esse omittendus.

²¹⁷⁾ Ibid. 384, 18 ;et Medina St. Saturn. Libr. 16369

²¹⁸⁾ Erat Summus judex Officii Inquisitionis. NORIEGA laudes eius summopere
exaltat, dicens eum fuisse „gloriam Ordinis“ et virum sanctissimum, et ita
eum depingere fecit in claustro Vitensi. Immortio tamen. Ferdinandus iste
indulxit nepotismo et simoniae, ac successive deglutivit adipem omnium
fere canoniarum circariae, ut mercenarius vere et non pastor: scilicet in
Medina forte ab an. 1415, in S. Pelayo de Cerrato 1422/29, dein probabiliter
in Segovia, Villamayor, Alba vel Villoria, an. 1432/36 in Ibeas, 1436/40 in
Retuerta, dein in Vite simul et in Arenillas, donec an. 1448 comparere
debuerit coram Judice aeterno. Ubique bona abbatiarum dilapidavit, et
emphyteutice alienavit in proprium emolumendum, maxime in S. Pelayo de
Cerrato, quam penitus depauperavit.

²¹⁹⁾ Nepos Ferdinandi supradicti. La Vid Perg. 385, 6. — Cf. S. Pelayo de
Cerrato.

²²⁰⁾ Ibid .386, 3 ,et Pap. 1386. Cf. San Pelayo de Cerrato. Ubi ponendus sit
Bernardus abbas an. 1503, qui occurrit in Arch. Deleg. Hac. Segovia, Ap eos
1503, nescimus.

²²¹⁾ Quamquam in Vite canonice fuerat electus Garcia abbas regularis, Leo
PP. X eam in commendam dedit dicto Aloysio, qui erat „Clericus Floren-
tinus, protonotarius Apostolicus, cubicularius secretus, continuus commen-
salis et consanguineus S. Sanctitatis“ (Perg. 386, 20). Feliciter mox resig-
navit in manus sequentis.

2. Abbates trienales
- Clemente de Mendieta 1535/38
 Ambrosio de Peñaranda 1538/41
 Benito 1541/42
 Pedro de Arrabal 1542/44
 Ambrosio de Peñaranda 1544/47
 Juan de Llunar 1547/49
 Francisco Zorrilla 1549
 Juan Zorrilla 1550/53
 Ambrosio de Peñaranda 1553/56
 Pedro de Vadocondes 1556/59
 Francisco del Val 1559/62
 Antonio de Tapia 1562/65
 Agustín de Valdepeñas 1565/68
 Dionisio Ganate 1568/71
 Geronimo de Calderón 1571/73
 Ambrosio de Segovia 1573/76
 Juan del Puerto 1576/79
 Antonio de Tapia 1579/82
 Geronimo de Calderón 1582/85
 Antonio de Tapia 1585/88
 Geronimo de Calderón 1588/91
 Antonio de Tapia 1591/94
 Juan de Salcedo 1594/97
 Agustín de Bonifaz I 1597/99
 Juan de Licea 1599 res.
 Pedro Martinez 1599/1600
 Bernardino Lopez 1600/03
 Cristobal de Martos 1603/06
 Juan de Licea 1606/09
 Bernardino Lopez 1609/12
 Geronimo de Oña 1612/15
 Federico Ramiro Velazquez 1615/18
- Felipe Bernal 1618/21
 Federico Ramiro Velazquez 1621/24
 Bernardo de León 1624/27
 Agustín de Bonifaz II 1627/30
 José de Azevedo 1630/33
 Rodrigo de Bujedo 1633/36
 Tomas de Avellaneda 1636/39
 Federico Ramiro Velazquez 1639/42
 Tomas de Avellaneda 1642/45
 Francisco Fernandez 1645/48
 Agustín Bonifaz II 1648/49
 Juan Carrillo de Acuña 1649/51
 Antonio Bonifaz 1651/54
 Francisco Dubal 1654/57
 Antonio Bonifaz 1657/60
 Diego del Solar y Toraya 1660/63
 Antonio Bonifaz 1663/66
 Juan Carrillo de Acuña 1666/69
 Francisco Bustamante 1669/72
 Pedro de Huerta 1672/75
 Felipe Gonzalez de la Sierra
 1675/78
 Agustín de Aguaio 1678/81
 Diego de la Barba 1681/84
 Franc. M. Vicente Moro 1684/87
 Diego de la Barba 1687/90
 Marcos de la Puente 1690/93
 Felipe Gonzalez de la Sierra
 1693/96
 Franc. M. Vicente Moro 1696
 Geronimo Gonzalez Tenorio
 1696/99
 Franc. Mantilla Vicente 1699/1702
 Angel de Arce Rebolledo 1702/05

Francisco Labrador	1705/08	Pedro Diaz	1768/71
Marcos Molina	1708/10	Lorenzo Lopez Asensio	1771/74
Diego Vallinez	1710/11	Antonio Herrera	1774/77
José Caseta	1711/14	Isidro Reinoso	1777/80
Diego Vallinez	1714/17	Nicolas Garcia	1780/83
Geronimo Gonzalez Tenorio		Antonio Hernandez Montero	
1717/20		1783/86	
José Caseta	1720/23	Antonio Soto	1786/89
Fernando Caseta	1723/26	Gilberto Calvo y Toledo	1789/92
Esteban de Noriega	1726/29	Antonio Soto	1792/95
Fernando Caseta	1729	Norberto Gonzalez	1795/98
Juan Prieto	1729/32	Fermin Ircio	1798/1801
Francisco Muela	1732/35	José Hornillos	1801/04
Mateo Gonzalez	1735/38	Miguel Franco y Losada	1804/07
Francisco Perez Vallinez	1738/41	Juan Baut. Miguelena	1807/15
Diego Martinez de Soto	1741/44	José Soto	1815/18
Francisco Perez Vallinez	1744/47	Julian Gonzalez Uriarte	1818/24
Mateo Gonzalez	1747/50	Norberto Gonzalez	1824/25
Francisco Perez Vallinez	1750/53	Juan Azevedo	1825/27
Bernardo Hernaez	1753/56	Fernando Garcia	1827/30
Juan Iturriaga	1756/59	Juan Azevedo	1830/33
Gabriel Llano Otañez	1759/62	Franc. Esteban de Miranda	1833
Juan Franc. de Llanos	1762/65	cf. Urdax	
Antonio Hernandez Montero		Vicente de Burgo	1833/35
1765/68			

VILLAMAYOR DE TREVIÑO S. Michael

Stus. Michael Villaemaioris — Sant Migael de Uillamayor, San Miguel de Treviño, - de Tribiño.

Prope Castrogeriz versus aquilonem, Prov. et dioc. de Burgos. Vitetur confusio cum S. Miguel de Groz, de quo supra, et cum Villamayor de los Montes, asceterio O. Cist. prope Burgos.

Abbatia conspicua, fundata a Nuño Gutierrez et tota familia sua, qui dederunt an. 1166 Dominico abbatи Vitensi „monasteria“ de S. Miguel de Villamayor, S. Cebrián de Padilla de Abajo, de S. Esteban de Valderrible,

Sta. Juliana de Cidores, et de S. Pablo de Sordillos, ea sub condicione, ut in Villamayor erigeret abbatiam Ordinis. Quod mandatum dominicus eodem anno est exsecutus. Confirmatio pontificia an. 1199. Initio, saltem ad tempus saec. XIII, canonia videtur fuisse prioratus, teste Catalogo Tongerloensi. Moniales mox translatae, vel forte statim collocatae sunt in Sordillos, de quo supra. Ecclesias incorporatas habuit nullas. Curias possedit in Roda, et in Espinosa de Cerrato. „Monasteria“ de Valdegraxera, de S. Julián et de S. Clemente, quae Hugo affert tamquam filiales, in quas Villamayor exercuit jus paternitatis, probabilius nil erant nisi capellae. Abbatia numquam fuit sub commenda. Anima et maximus promotor reformationis in fine saec. XVI, Diego de Mendieta, filius huius domus, mortuus ibi est in odore sanctitatis an. 1615. Cuius corpus in propria capella sepultum, maxime venerabatur populus. An. 1595 incipitur constructio novi monasterii, an. 1729/31 fornice munitur ecclesia, quae erat romanica, et valde pulchra. Post suppressionem tamen mox solo aequatur; monasterium amplum et venustum, ab anno 1870 paulatim destruitur. Hodie discernuntur fundamenta sola, nihil superest nisi porta. In ecclesia parochiali de Sasamón, extant sculpturae romanicae et stalla chorii, in sacristia eius antiphonaria manu scripta; in S. Isidro de Sasamón videntur alia stalla, et organum; in ecclesia parochiali de Villamayor altare Stae. Paulinae, quae omnia proveniunt ex ecclesia quondam abbatiali.

Archivalia perierunt omnia, praeter pretiosum „Becerro“: AHN Cod. 660, cartularium saec. XIV. Duo pergamenta quae inserta sunt in catalogum AHN, an. 1235/40, La Vid Carp. 390, 20/21) non spectant ad hanc abbatiam. Alterum provenit ex S. Miguel de Groz, alterum e Villamayor de los Montes. — Arch. Simancas PR 23 f. 41 — MS Vid 1 bis f. 63/66, 71/74, 87, 159, 160, 167. 151/71*.

Litteratura: HUGO II 279, pr. 160/62 — WAEFELGHEM 241 — COTTINEAU 3379 — MIGNE P. L. CCXIV c. 607 — NORIEGA DAMC 160/61 — POTTHAST 709 — SERRANO CDMoral 19 — IDEM, ObBCP cf. ind. III 432 — ZAK 11.

S e r i e s a b b a t u m (Becerro)

1. Abbates perpetui	Miguel de Sar 1234
Rodrigo Basco 1166/80	Martin de Olea 1236
Juan Basco 1181/1201	Juan de Olea 1245
Pedro Madorro 1201/24	Arnaldo 1226

Domingo de Villela ca. 1248/50	2. Abbates triennales
Martin Dominguez de la Vid 1252/54	(Desunt triennia: 1792/95, 1824/27)
Garcia post 1254	Rodrigo de Torres 1573/76
Esteban de Villoria 1293/98	Simon Nuñez de Xaque 1576/79
Juan 1377/80	Diego de Mendieta 1579/82
Juan Serrano -1407	Juan Terreros 1582/85
Juan de Fabar -1440	Diego de Mendieta 1585/88
Domingo de Langa 1457	Juan de San Pedro 1588/91
cf. S. Pelayo de Cerrato	Juan Terreros 1591/94
Juan de Moradillo 1463/73	Agustin de Bonifaz I 1594/97
Sancho de Salinas 1483/1508	Mateo Garcia 1597/1600
Martin de Arciniega 1510/15	Felipe Quintanilla 1600/03
Diego Montiano 1540/50	Andrés de Villanueva 1603/06
Juan de Mendieta 1560/71	Mateo Garcia 1606/09
Diego de Mendieta 1571/72	Felipe Quintanilla 1609/12
Juan de Guinea 1572/73	Lucas de la Carrera 1612/15
Inseri nequeunt:	Geronimo de Arciniega 1615/18
(Inter annos 1254/93)	Francisco Salinas 1618/21
Juan de Mata	Geronimo de Arciniega 1621/24
Domingo Miguez	José de Villasante 1624/27
Martin de Grijalba I	Fernando de Porres 1627/30
Martin de Grijalba II (post 1293. Becerro)	Felipe Salinas 1630/32
Pedro de Mendieta 12. IV ²²²⁾	Miguel Merino 1632/33
Pedro 13. IV ²²³⁾	Miguel Solis de Miranda 1633
Bernardus 3. V. ²²³⁾	Fernando de Porres 1633/36
Lucas 6. VI ²²²⁾	Juan Baut. de Avila 1636/38
Arnaldus 21. IX ²²⁴⁾	Geronimo de Tapia 1638/39
Pedro 27. XII	Lucas de la Carrera 1639/42
Lope de Cordoba ²²⁵⁾	Juan Perez 1642/45

²²²⁾ Necr. Vitis

²²³⁾ Ibidem. Forsan era e S. Miguel de Groz.

²²⁴⁾ Ob. Prém. I et Obit. Arthous (vide supra p. 160). Forte est idem ac Birnaldus 7. X (Necr. Arnstein, vide vol. I 152).

²²⁵⁾ MS Vid 1 bis, f. 80

- Geronimo Reinoso 1645/48
 Felipe Salinas 1648/51
 Bernardo Pintre 1651/54
 Francisco Peral 1654/57
 Bernardo Pintre 1657/58
 Juan Gonzalez de la Cuesta 1658
 Franc. Ramirez 1658/59
 Manuel Mantilla 1660/63
 Franc Alvaro de la Guerra 1663/66
 José de Aguilera 1666/69
 Franc. Alvaro de la Guerra 1669/72
 Andres de Castro 1672/75
 Manuel Garcia 1675/78
 Juan de Olmos 1678/81
 Juan Garcia 1681/84
 Andrés de Casasola 1684/87
 Juan Montero 1687/90
 Andrés de Obeso 1690/93
 Juan del Corral 1693/99
 Francisco Labrador 1699/1702
 Gabriel de Villamar 1702/05
 Juan de Julián II 1705/08
 Manuel Cibio 1708/11
 Juan de Julián II 1711/14
 Juan Sexmero 1714/17
 Antonio Carmona 1717/20
 Manuel de Olibarrieta 1720/23
 José Amurrio Peciña 1723/26
 Pedro Gil 1726/32
 Francisco Perez Vallines 1732/35
 Bernardo Gutierrez 1735/38
 Franc. Garcia Gonzalo 1738/41
 José Perez 1741/44
 Franc. Frutos Moreno 1744/47
 Pedro Lopez de Reoyos 1747/50
 Manuel Gutierrez Olea 1750/53
 Norberto Zarzosa 1753/56
 Manuel Gonzalez 1756/59
 Miguel Garcia Solera 1759/62
 Norberto Zarzosa 1762/65
 Miguel Salvatierra 1765/67
 Fabian Cides 1767/68
 Juan Garcia Ribero 1768/71
 Santiago Rueda 1771/74
 Vicente Trapiello de la Torre
 1774/77
 Juan Garcia Ribero 1777/80
 José Carreño 1780/83
 Manuel Moreno 1783/86
 José Carreño 1786/89
 Vicente Trapiello de la Torre
 1789/92
 idem 1795/98
 Antonio Miguel Gonzalez 1798/1801
 José Hermano Rodriguez 1801/04
 José Moyano 1804/07
 José Rodriguez Moroncillo 1807/15
 Antonio Miguel Gonzalez 1815/18
 Augustin Illera 1818/24
 Juan Paniagua 1827/30
 Juan Baut. Miguelena 1830/33
 Ignacio Mayor de Aumada
 1833/35²²⁶)

²²⁶) Obiit an. 1855 tamquam praeses Congregationis (Arch. Parochial. Urdax)

VILLA MEDIANA B. M. V.

Sta. Maria de V. del Valle de Vallejera, -de Val de Vallejera, -de Villacarrero. S. Maria de la Zarza, -Çarça. — Hodie vocatur: Villamedianilla, nomen primitivum fuerat Quintanillas.

Una leuca distat ab Astudillo, septem a Burgos. In occidente provinciae et dioec. de Burgos.

Abbatia, fundata a Maria de Almenar, sorore Ermengaudis VII comitis de Urgel²²⁷⁾, praefecta juventutis Blancae principissae, matris S. Ludovici IX regis Galliae. Fundatio videtur esse peracta ante annum 1179, quando canoniam primam et unicam genuit filiam, scilicet Tejo. Filia de Aguilar. Rogante fundatrice, Alphonsus VIII rex an. 1191 monasterio concessit jurisdictionem plenam civilem. Villamediana initio erat monasterium duplex, teste necrologio Vitensi, sed ex defectu archivorum, nihil scitur de sorte monialium. Praeter Tejo, in prioratum reductum, ecclesias incorporatas habuit nullas. Initio magnifice dotata, per malos abbates, et per intrusionem nobilium saec. XV tantopere erat depauperata, ut tribus canonicis alendis bona vix sufficerent (1431: 3, 1516: 4 religiosi). Ideo an. 1573 suppressa et Collegio Salmanticensi Ordinis unita est. An. 1576 statuit Capitulum Provinciale: „ecclesia monasterii de Villamediana, quae sine cura est, ordinamus quod per presbyterum saecularem ad nutum Rectoris Collegii (scil. Salmanticensis) serviatur“. Tamen saec. XVII/XIX generatim ab uno religioso administratore habitabatur. Anno 1720 scribit Noriega: „habitatio unius dumtaxat religiosi superest, reliqua pars monasterii est solo aequata. Capella maior cum collateralibus et dimidia pars ecclesiae magnifica cernuntur structurae vere regiae“²²⁸⁾. An. 1757/59. Aquiliense coenobium in vanum conatur, monasterium sibi acquirere.

An. 1835 saecularizatum est. Pauca vestigia supersunt.

Archivalia in AHN Salamanca S. Norberto pap. 6042 (visitationes s. XVII, inventarium bonorum 1573, docum. s. XV/XVI), 6044 et 6045 item. — Ibid. Aguilar Perg. 1676, 7; item Pap. 5370; Becerro de Aguilar 17 a. — MS Vid 1 bis f. 94/95.

Litteratura: HUGO II 1091 — WAEFELGHEM 316 — COTTINEAU 3378 — Ind. Doc. 116 — MENENDEZ PIDAL 208, 209 — NORIEGA DAMC 119/20 — SERRANO ObBCP II 297, 324, 337 — ZAK 14.

²²⁷⁾ Fundator abbatiae Bellipodiensis, v. supra p. 163. Maria de Almenar postea velum assumpsit in Brazacorta.

²²⁸⁾ MS Vid 1 bis 1. c. Chorus sive presbyterium ecclesiarum in Hispania vocatur „Capilla mayor“.

A b b a t e s (nisi aliter notetur, AHN)

Rodrigo 1185/91	Pedro de Aguilar 1428/33 ²³⁵⁾
Domingo 1204 ²²⁹⁾	Pedro de Palenzuela 1433
R 1224 ²³⁰⁾	Alfonso de Mayorga 1436 ²³⁶⁾
Marcos 1239/48 ²³¹⁾	Juan de Montaña 1457/1500
Miguel 1268/79 ²³²⁾	Juan de Burgos II 1501 res.
Gomez 1279	Antonio de Colmenares 1504/29
Aparicio 1312 ²³³⁾	Antonio de Aguila I 1527, res. ca.
Esteban 1350/60	1542, † 1559
Pedro 1369 ²³⁴⁾	Antonio de Aguila II ca. 1542—73
Pedro 1397	Inseri nequit:
Juan de Burgos I 1401/04	Alfonso de Revilla 7. XII
Toribio 1408/16, res. ante annum 1430	Necr. Toro

V I L L A P E D R O B. M. V.

de Villapetro, V. de Sandobal.

Haud procul a vico Villasandino, prope Castrogeriz, Dioec. et prov. Burgos.

Prioratus. Anno 1164, Alphonsus VIII rex dedit abbatiae Sti. Christophori de Ibeas curiam in Villapedro, cum capella Sti. Michaelis. Eodem quoque saeculo, vel forte iam sequenti, familia nobilis de Sandobal in eodem loco fundavit coenobium pro canonicis OSA, ad quem Ordinem abbatia de Ibeas pariter pertinuerat usque ad an. 1151. Villapedro, probabiliter prioratus ab initio, semper stetit sub advocatia familiae fundatorum. Cui cum innotuerit, canonicos a primo fervore esse deflexos, adiit abbatem de Ibeas an. 1277, ut eo mitteret Praemonstratenses de gremio suo, ad quem ordinem transit tota communitas in loco existens. Noriega

²²⁹⁾ Aguilar Perg. 1651, 9; Necr. Toro 14. VI

²³⁰⁾ Ibid. 1654, 11

²³¹⁾ Ibid. 1655, 14; MS Vid 1 bis f. 94

²³²⁾ Ibid. 1657, 1; 1660, 8.

²³³⁾ Ibid. 1667, 3. Probabiliter est idem qui an. 1299 occurrit ut abbas de Aguilar ,et cuius epitaphium speciosum asservatur in Museo Arqueologico Matriti.

²³⁴⁾ Ibid. 1676, 7

²³⁵⁾ Retuerta Perg. 2267

²³⁶⁾ Aguilar Perg. 1684, 6. Resignavit ante an. 1448.

dicit apud Hugo, hanc domum postea fuisse enectam in abbatiam, quod vero negat in „Dissertatione“ sua. Merito quidem; Villapedro enim desideratur in omni catalogo nobis noto, et in elendo abbatum circariae an. 1282 insertum est ut prioratus.²³⁷⁾ Videtur tamen mansisse domus propria communitate praedita, sub paternitate abbatis St. Christophori. In necrologio Vitensi occurrit 5a Kal. Martii: „Michael canonicus de Villapedro“, in Taurense vero „Fernando de la Camara, prior de Ibeas y de Sta. Maria de Villapedro²³⁸⁾.“ Anno 1415, Didacus prior de Villapedro signat post omnes abbates circariae tamquam unicus prior²³⁹⁾. Saeculo tamen XV, non amplius videtur habuisse communitatem. Anno 1461, Hieronymitae monasterii vicini de Fresdelval conantur, vi occupare prioratum, auxiliante brachio saeculari. Inde lites et processus, in quibus praevaluuit abbas Sti. Christophori. Quae abbatia prioratum, ad quem viguit peregrinatio B. M. V., tenuit usque ad annum 1835, initio priores (ab anno 1561 trieniales), dein administratores ibi instituens. Ecclesia an. 1703 tempestate diruta, anno 1711 funditus est reconstructa.

Archivalia vide Ibeas .Idem dic de

Litteratura: HUGO II 217 — WAEFELGHEM 268 — *Ind. Doc.* 90 — NORIEGA DAMC 155/56 — ZAK 14.

P r i o r e s :

Gonzalo 1312	BLANCO DIEZ 30, 115
Fernando de la Camara 1316	ibid. 116
Diego 1415	
Diego de S. Pelayo † 1561	BLANCO DIEZ 50, Necr. Vitense
Andres Linares 1561—	

V I L L O R I A B. M. V. in coelum assumpta

Villa Aurea — Real monasterio de St. Maria en este Lugar de -, del Lugar de Vill-, Bill-, Viloria, -orya; Combento de el Lugar de V.
(Villoria de Orbigo“ est modernum)

Prope oppidum Veguellina, juxta flumen Orbigo, versus austrum. Dioec. Astorga, Prov. de Leon.

Abbatia fundata an. 1243 tamquam ultima in antiqua circaria, a Roderico comite Fernandez de Valduerna, gubernatore de Astorga. Filia de Aguilar.

²³⁷⁾ CEPIE VIII 107, et FEROTIN 273. Ut an. 1415, prior de Villapedro signat tamquam prior unicus, et loco novissimo post abbates.

²³⁸⁾ BLANCO DIEZ (vide apud Ibeas) p. 116; Necr. Toro 11. IX

²³⁹⁾ Medina St. Saturn. Libr. 16369

Propter interitum archivorum nihil scitur de historia canoniae virorum. Saec. XV fuit sub commenda, et satis collapsa. Ab an. 1505, Juan Duque de Colmenares, abbas de Aguilar, machinatus est commutationem canoniae de Villoria in asceterium Ordinis, et quidem retenta dignitate abbatiali. Ultimo commendatario, et perpaucis canonicis superstitibus pensionibus placatis, advolat grex septem monialium e Sta. Sofia de Toro, et an. 1511 Ferdinandus, nepos et successor dicti abbatis Joannis de Colmenares, instituit Mentiam filiam suam in primam abbatissam Villoriae²⁴⁰). Post multa litigia, J. de Rosales, abbas Retortae, strenuus visitator circariae, an. 1522 potuit deponere et patrem et filiam, quos misit in alia monasteria ad poenitentiam agendam. Praeposuit deinde Constantiam Maldonado, sed tamquam „presidenta“ tantum. Noluit enim agnoscere dignitatem abbatiale in asceterio, utpote Statutis Ordinis contrariam. Post mortem tamen abbatis an. 1531, Constantia agnita tamquam abbatissa, feliciter et prospere gubernavit usque ad annum 1570. Asceterium paulo post iurisdictioni Ordinis est subtractum, et episcopis de Astorga subditum. Exinde fauste se evolvit, attamen omnino fere separatum ab Ordine, propter situm satis distarem a domibus Congregationis Hispaniae. Anno 1665 incendio deletum est, in quo videtur periisse magna pars archivorum²⁴¹). Moniales secesserunt in palatium de Astorga. Initio saeculi XVIII incipitur reconstructio asceterii, quae terminatur an. 1744. An. 1772/76 construitur ampla ecclesia. An. 1836/52 bonis suis privatum est monasterium, cuius suppressio an. 1868 decreta est a gubernio revolutionario, sed Mgr. Conde y Corral O. Praem., episcopus Zamorensis, potuit salvare eius existentiam. Translatae sunt dein communitates duorum parthenonum O. Cist., suppressorum in Villoriam, ubi per annos degerunt²⁴²). An. 1889 denuo introducitur vita communis, an. 1925 ritus et libri liturgici Ordinis, an. 1952 Statuta renovata monialium, quae praecipiunt substitutionem priorissae in locum abbatarum. Status personalis: 1772/88:27, 1805:20, 1836:15, 1859/68:11, 1901:14, 1920:44, 1958:33 religiosae. Aedes monasterii sunt simplices, ecclesia autem venusta. De medio aevo nihil superest.

Archivalia: AHN Villoria Libros 5384/94, Pap. 2762/79. In fasc. 2764 aliqua documenta ante an. 1505. — Archivum ipsius asceterii est amplum: 12 Libros de Cuentos s. XVII/XIX, Becerro 1728, Liber electionum 1793 —, 6 alii

²⁴⁰) Ad quam collocandam probabiliter mutatio in parthenonem est facta. (La Vid Pap. 1389 f. 25) NORIEGA huic facto dat colorem benignum, veritatem consulto velans.

²⁴¹) Supersunt documenta fere nulla ante an. 1505, per pauca an. 1505/70 et 1609/60.

²⁴²) Otero de las Dueñas non surrexit, dum Carrizo paulo post est redintegratum.

libri (Cobrador, recibos, apeos etc.) s. XVI/XIX, in quibus invenimus unam chartam an. 1459, et inventarium archivorum an. 1830; permulta documenta partim tantum in fasciculos adunata saec. XVI/XIX, obituarium an. 1841. — B. DE LEON 92/94.

Exstat in archivo asceterii Cartularium monasterii de Cerezal O. F. M. saec. XV/ XVIII, de quo in AHN nihil invenitur.

Litteratura: HUGO II 217, pr. 141/43 — WAEFELGHEM 316 — COTTINEAU 3403 — NORIEGA DAMC 131/33 — ZAK 12 — M. ABAD ILLANA, *Historia de S. Norberto* (v. apud Toro) 77/79 — N. BACKMUND, *Monasterio Real de Sta. Maria de Villoria de Orbigo (Pro Nostris XXIII,* 1958, pp.69/75) — A. SOTES, *El convento de St. Francisco de Astorga*, Madrid 1934, pp. 26, 113 — *Pro Nostris* 1950 pp 35/36

Series abbatum, abbatissarum et priorissarum
(AHN et Arch. loci)

1. Abbates

Domingo 1282²⁴³⁾

Martin 1415²⁴⁴⁾

Bartolome 1428²⁴⁵⁾

Gonzalo 1459²⁴⁵⁾

Juan de Carrizo 1473²⁴⁶⁾

Juan de Cornejo —1505

Inseri nequeunt

(ex Necrol. de Toro)

Gutierrez 29. III

Domingo 30. III

Alonso 9. VII

Domingo 22. VIII

Martin 16. X, et 20. X

Alonso de Cenillo 29. XI

Pedro Rodriguez 14. . .²⁴⁷⁾

2. Abbatissae (ab an. 1570

triennales²⁴⁸⁾)

Mencia Duque de Colmenares
1511/22

Constancia Maldonado presidenta
1522-31, abbatissa 1531/70

Margareta Dalmada 1570/73

Catalina Maldonado 1573/76

Juana Romero 1576/79

Catalina Maldonado 1579/82

Juana Romero 1582/85

Catalina Maldonado 1585/88

Catalina de Reinoso 1588/91

Juana Romero 1591/94

Luiza Antonia Arias Fernandez
1597/99

Beatriz de Solis 1608/09

²⁴³⁾ CEPIE VIII 107

²⁴⁴⁾ AHN Medina St. Saturn. Libr. 16369

²⁴⁵⁾ Arch. Mon. de Villoria, Libro Cobrador

²⁴⁶⁾ Aguilar Perg. 1686, 5

²⁴⁷⁾ Ibid. Pap. 5357

²⁴⁸⁾ Vide quod diximus in capite elenchi Stae. Sophiae de Toro.

- Beatriz Salgado 1613/14
(*eadem ac praecedens?*)
- Maria Becerra 1619/20
- Beatriz de Junco 1623, 1630
- Catalina de Neva 1630/33
- Antonia de Velasco 1633/36
- Cecilia N. . . —1659
- Juana de Junco 1659/62
- Ana de Turienzo 1662/66
- Anamaria San José de Tamayo
1666/71
- Antonia Gago Becerra 1671/72
- Francisca de Junco Zarrate 1675/77
- Antonia Gago Becerra 1677/79
- Franc. de Junco Zarrate 1679/90
- Josefa Gago Becerra 1690/93
- Antonia Maria de Reinoso 1693/96
- Josefa Gago Becerra 1696/99
- Antonia Maria de Reinoso
1699/1702
- Maria de los Barros 1702/05
- Antonia M. de Reinoso 1705/08
- Petronilla Ruiz de Argüelles
1708/11
- Catalina Gavillanes 1711/12
- Francisca Josefa Merina 1712/15
- Antonia Garcia Valcarce 1715/17
- Maria Fernandez Quindos 1717/21
- Franc. Josefa Merina 1721/23
- Antonia Garcia Valcarce 1723/26
- Maria Fernandez Quindos 1726/28
- Franc. Josefa Merino 1728
- Antonia G. Valcarce 1728
- Maria Fernandez Quindos 1728/33
- Manuela Villasol 1734/42
- Miguela Nogucira 1746
- Maria Franc. de la Cuesta 1747/48
- Maria Teresa Nieto Sierra 1749/53
- Ines Gregoria Ferrera Barela
1753/56
- Rosa Lorenzo 1756/59
- Josefa Rodriguez de Cela 1759/64
- Maria Teresa Nieto Sierra 1764/73
- Luisa Romero 1773/75, 1778/81
- Josefa Saenz Cabezón 1787/90
- Luisa Romero 1790/93
- Josefa Muñiz 1793/99
- Bernarda Saenz Cabezón 1799/1805
- Luisa Antonia Fernandez 1805/08
- Bernarda Saenz Cabezón 1808/11
- Juana Ramona Rodriguez de Cela
1811/18
- Luisa Fernandez 1818/24
- Juana R. Rodriguez de Cela
1824/27
- Maria Manuela Fernandez 1827/30
- Agueda Perez 1830/33
- Francisca Melcón 1833/50
- Ramona Escudero 1850/54
- Tomasa Olivera 1854/59
- Juana Fernandez 1859/65
- Francisca Fernandez 1865/68
- Juana Fernandez 1868/71
- Segunda Martinez 1871/77
- Francisca Fernandez 1877/88
- Juana Cabrera 1888/95
- M. Magdalena Gonzalez 1895/98
- Juana Cabrera 1898/1901
- Jesusa Girón Gonzalez 1901/06
- Francisca de Liebana 1906/11

Juana Cabrera 1911/14	Angeles Dominguez 1949/52
Tomasa Mortara 1914/17	
Vitorina Matilla 1917/20	3. Priorissae
Maria Rueda 1920/23	Angeles Dominguez 1952/55
Jesusa Matilla 1923/27	Manuela Martinez 1955—
Maria Rueda 1927/30	Inseri nequeunt (ex necr. loci)
Maria San Roman 1930/33	Tomasa de Ordas Gago 3. III
Emilia Abella 1933/40	Isabel Hermosino 11. V
Manuela San Román 1940/46	Ana de Buiza 19. V
Manuela Martinez 1946/49	

D U B I U M

V A N D O M A St. Eulalia

Ban-, Ben-, Beni-, Vendoma.

Unicum documentum, quo hoc coenobium Ordini innotuit, scilicet litterae Capituli Generalis an. 1499, loquitur de „Sta. Euphemia de Vendoma“. Hugo annalist, et exinde omnis monasterologia posterior, habet „Sta. Euphemia“ tantum. Atqui fontes indigenae, sicut et patrocinium ecclesiae parodialis translatae, docent patronam huius ecclesiae fuisse S. Eulaliam.

Prope Porto versus orientem, in loco qui nunc „Passais“ dicitur, in monte non longe distans a vico Vandoma, quo ecclesia post medium aevum est translata. Dioec. Porto, Lusitania, prov. do Douro Litoral.

Inter auctores lusitanos, Azevedo Barbosa solus et primus autumat²⁴⁹), hanc ecclesiam fuisse verum monasterium regulare, et quidem fundatum a Moninho Viegas I., Sesinando episcopo Portuensi, et Nonego episcopo de Vendôme in Gallia, qui inde adduxit canonicos regulares. Constat in Vendôme nec fuisse episcopos, neque canonicos regulares. Et ceteroquin haec enarratio videtur esse spuria, quia nullo documento probatur. Archiva abbatiarum vicinarum OSB de Cete et de Vilela saepe quidem memorant „montem Benidoma“ cum castro perantiquo desuper, sed de monasterio ibi sito nihil sciunt. Anno 1239 et 1241 occurunt „priores de Bendoma“²⁵⁰), sed „prior“, haud secus quam in Hispania, et hic potest esse synonymum pro

²⁴⁹) Dicit: „secundum alios, haec domus erat OSA vel OSB, secundum alios O. Cist., immo sunt qui dicunt eam fuisse Ord. Praem.“ Fontes refert nullos, ceteri auctores eum descripscerunt.

²⁵⁰) *Censual do Cabido da Sé do Porto*, l. c. (1241: Petrus Petri, prior de Bendoma, unicus qui est nominatim notus).

„parocho“. Etsi nullum documentum archivorum regionis, neque catalogi²⁵¹⁾ nec obituaria Ordinis existentiam monasterii ullius probent, tamen non est impossibile, initio vel per aliquot tempus ibi communitatem quandam clericorum extitisse. Cum fundatores, ab Azevedo Barbosa allati, vixerint saeculo XI, fundatio - si est authentica - non est facta pro ordine nostro. Atqui anno 1499, Capitulum Generale Ordinis „S. Euphemiam de Vendoma“ vindicat a rege Lusitaniae, tamquam abbatiam Ordini per nefas alienatam. Simul enumeratur Vendoma, una cum Baltar ei vicino, inter ecclesias abbatiae de Ermida incorporatas. Vendoma illo tempore erat „abbatia saecularis“, id est mera parochia, clero dioecesano commissa²⁵²⁾. Erui nequit, in quantum habuerit fundamentum in re vindicatio eius a parte ordinis, vel tamquam coenobium pristinum, vel tamquam ecclesia Ermidae quondam incorporata. Potius secundum fuerat quam primum. Visitatores Ordinis an. 1499 forte ex confusione quadam sunt suspiciati, Vendomam fuisse abbatiam regularem. Factum, quod patronam eius Stam. Eulaliam confundunt cum Sta. Euphemia, demonstrat, eos de hac ecclesia habuisse ideam valde vagam. Vindicaverunt igitur frustra, et rex Lusitaniae in charta, qua Ordini reddit Eridam anno 1502²⁵³⁾. Baltar quidem expresse memorat, non vero Vendomam, in quam recuperandam Ordo non amplius videtur institisse. Saeculo XVI, parochus de Vendoma, sacerdos saecularis, se nuncupat „abbaide do moesteiro de Bandoma“. Anno 1570 „abbatia saecularis“ de Vendoma datur Collegio S. J. in Porto. Ecclesia parochiali in valle translata, antiquum monasterium in Passais corruit. In fine saeculi peracti adhuc videbantur ruinae. Hodie, loco eius est praedium, in quo discernuntur fundamenta aedium tam extensarum, ut vix supponi liceat ibi nil fuisse nisi parochia.

Archivalia invenire potuimus nulla, neque reiperitis in Lusitania aliquid huiusmodi innotuit.

Litteratura: HUGO I 653 — WAEFELGHEM 256 — COSTA XII 241 — AZEVEDO BARBOSA X 199/200 — GEPort XXXIV 123 — LACERDA *Hist. de Portugal* II 652 — R. DA CUNHA, *Catalogo dos Bispos do Porto*, 2a ed. Porto 1742, pp. 273, 276, 280 — *Censual do Cabido da Sé do Porto*, edd. BIBL. MUNICIP. DO PORTO, Porto 1924, pp. 51, 57.

²⁵¹⁾ BERN. DE LEON f. 192 asserit, se invenisse Vandomam et Eridam in antiquis catalogis. Probabiliter haec nomina manu saec. XVI uni alterive catalogo in Hispania inserta sunt.

²⁵²⁾ Terminii „prioratus“ et „abbatia“ in aquilone Lusitaniae synonyma esse possunt voci „parochia“.

²⁵³⁾ Becerro Ciudad Rodrigo 1800, et (valde corruptum) apud HUGO II 100.

P R A E T E R M I S S A

Bern. de Leon et E. de Noriega omni modo studuerunt augere gloriam Ordinis. Una ex praecipuis adinventionibus eorum est origo Praemonstratensis duorum Ordinum Equestrium, scilicet Ordinis Sti. Jacobi de Spada, et Sti. Juliani de Pereiro. Praeter suas „traditiones antiquissimas“, et „codices veterimos“ numquam inventos, nullum argumentum afferunt nisi similitudinem quandam, quoad constitutiones, ritus et vestitum, inter illos et Ordinem nostrum, quae similitudo reapse fundamentum habet in radice communi, videlicet in regula Cisterciensium²⁵⁴⁾, et in affinitate, qua iunguntur inter se variae Congregationes et rami Canonicorum Ord. Sti. Augustini, tunc temporis orti, et quibus primitus addicebantur et Praemonstratenses. Ordines Militares, celeberrimi in peninsula, quibus adhaerare solebant omnes magnati, nobiles et potentes, sunt originis Cisterciensis. Quod aegre ferentes dicti nostri historiographi, fabricaverunt suas hypotheses, ne Ordo noster in aliqua re esset aliis posterior.

G U A D A L A J A R A B.M.V. et Sta. Clara

Civitas in Castella Nova, dioec. Toledo, nunc Madrid.

Abbatia virginum Ordinis Stae. Clarae usque hodie. De Noriega invenit chartam quandam anni 1317, in archivis Vitensibus, in qua agitur de litigio inter „abbatem et conventum monasterii de Vite Praemonstratensis Ordinis“ et „abbatissam et conventum monasterii Stae. Clarae de Guadalajara, Ordinis eiusdem“. Noriega refert haec duo ultima verba ad „Praemonstratensis Ordinis“, et putat, hoc asceterium fuisse quondam abbatiam virginum Ordinis nostri, sub regimine abbatum Vitensium. Confiteri debet, hanc chartam esse „unicam scintillam“ probationis pro thesi sua.

Patet hanc thesim esse minus quam tenuem. Verba „Ordinis e jusdem“ revera referuntur ad „Stae. Clarae“, cuius Ordini asceterium eo magis est adscribendum, quod Ordo Praemonstratensis, tunc asceteriis infensus, nullo modo tolerabat abbatissas. Asceteria Ord. Stae. Clarae insuper habere solent fundatricem in patronam, dum nullibi est auditum, parthenonem alias ordinis umquam elegisse hoc patrocinium. Amplum archivum subsistens pariter probat, dictum asceterium semper spectasse ad Ordinem Stae. Clarac.

Archivum in AHN, et in loco. Fabulas de Noriega vide apud HUGO I 513, historiam monasterii rite concinnatam vero apud F. LAYNA SERRANO, *Los conventos antiguos de Guadalajara*, Madrid 1943, ff. 59/107.

²⁵⁴⁾ Vide HEIJMAN, *Untersuchungen* (cf. hic supra p. 8).

L O Y O B.M.V. (et St. Eligius?)²⁵⁵⁾

Lodium

Prope Puertomarin, prov. et dioec. de Lugo, Galicia.

Cunabula Ordinis Militaris simul et canonici Sti. Jacobi cum spada, vulgo de Santiago. Canonici, ibi viventes secundum regulam Sti. Augustini²⁵⁶⁾, anno circiter 1170 uniti sunt Ordini supradicto. Authentice parum constat de hoc monasterio, ubi saec. XIII incunte, Ordo Sti. Jacobi habuit commendam, cuius patrona tamen erat B.M.V. Quam domum vendidit, eo iam saeculo, episcopo de Compostella²⁵⁷⁾. E. de Noriega probare tentat, hos canonicos esse ortos ex Ordine Praemonstratensi. Argumenta sua partim supra in capite exposuimus. Afferit insuper, quod „testante Magistro Leone“, id est fr. Bernardo de León, in „vetustissimo circariarum catalogo“ apud circariam Hispaniae inter alia notetur „S. Lodii monasterium in regno Galiciae et Lucensi dioecesi“. Quod censemus esse meram inventionem. Ad confirmandam suam thesim, Noriega dicit etiam se reperisse in necrologio Vitensi „Trecelinum abbatem Lucensem“ die 19a januarii, quem putat floruisse in monasterio „Sti. Lodii“ Revera est Tecelinus abbas de Lucerna in Normannia, ut patet ex aliis necrologiis Ordinis.

In Loyo adhuc supersunt ruinae.

Archivalia: AHN Cod. 29 b (Fundatio Ordinis Sti. Jacobi). Nihil habet de Ordine Praem.

Fontes et Litteratura: NORIEGA in MS Vid 1 bis 109, 85/86*, BERN. DE LEON 83 sq. — Quas fabulas ruminant HUGO II 76 (recte 79), WAEFELGHEM 222 et alii. Ea autem ignorat FLOREZ XXXV 236 sq.

M A D R I D Sta. Catharina

Monasterio de Señora Santa Catalina en la Villa de Madrid

Asceterium, insertum in Cat. P, quod transsumpsit solus WAEFELGHEM 253. Hoc. monasterium monialium Ord. Praedicatorum annis 1608/09 derelictum est et venditum Congregationi Ord. Praem. Evasit dein abbatia Sti.

²⁵⁵⁾ Nomen monasterii erat „Lodium“, ut clare patet ex archivis, cf. FLOREZ XXXV 236. Nescimus undenam NORIEGA hauserit suum „Stum. Lodium“ et „vulgo San Eloy“. Patrocinium Sti. Eligii, quod ipse videtur supponere, nequit probari; dicta archiva habent BMV tantum. Sanctus nomine „Lodius“ numquam videtur extitisse. In elenco nostro provvisorio (Vol. I 23) hanc domum erronee nuncupamus „Lugo San Eloy“.

²⁵⁶⁾ Quos fuisse Praemonstratenses, censemus esse vix probabile.

²⁵⁷⁾ AHN Ord. Milit. Cajón 198, 10 (Cf. FLOREZ I. c.).

Norberti, de qua supra suo loco. Anno 1608, sororibus alius locus est datus, Calle de la Carrera , vulgo „del Grande Hospital“.

Cf. AHN Madrid S. Joaquin Pap. 4154: „Compra de las cassas y monasterio que fué de Santa Cathalina de Sena, Relixiosas de Sto. Domingo, para fundar este Combento de Nuestro Padre San Norberto, horden de Premonstratenses“.

P E R E I R O St. Julianus

Sti. Juliani de Pereiro, São Julião de Pereiro

Prope Figueira de Castelo Rodrigo, dioec. et prov. de Guarda, Lusitania. Usque ad initium saec. XIII, haec regio spectabat ad regnum de León, et ad dioecesim de Salamanca.

Incunabula Ordinis militaris de S. Julião de Pereiro, de quo Noriega autumat sequentia: „hoc coenobium fundatum est anno 1156 a Sugerio cive Salmanticensi, et Clemente episcopo eiusdem loci, qui erat canonicus Ord. Praem, et qui dedit novo monasterio statuta sui Ordinis, et Sugerium in praesulem.“ Ordo ille militaris post annum 1183, regulam Sti. Benedicti est amplexus, et an. 1216 unitur Ordini Equitum de Calatrava, qui fuerat exortus ex Ordine Cisterciensi. Anno 1235, Pereiro est monasterium huius Ordinis²⁵⁸⁾.

Censemus, coenobium Sti. Juliani iam ante annum 1183 vixisse secundum regulam quandam monachalem, cuius Ordini postea rite est incorporatum. Historiographi cuncti nihil sciunt de origine Praemonstratensi, quod Noriega deducit ex adulteratione P. A. Manrique²⁵⁹⁾). — In Pereiro superest modica ecclesia.

Archivalia propria extant nulla. Vide archiva Ordinis de Calatrava in AHN. — MS Vid 1 bis 110.

Litteratura: HUGO I 939 — WAEFELGHEM 234 — R. PINTO AZEVEDO, *Fronteiras entre Portugal e Leão em Riba-Côa antes do tratado de Alcañices 1297*, Coimbra 1935, pp. 6 sq. — HERNANDEZ VEGAS (vide ap. Ciudad Rodrigo) I 35 — A. de TORRES Y TAPIA, *Cronica de la Orden de Alcantara*, 2 voll. Madrid 1763, cf. ind. —

²⁵⁸⁾ POTTHAST 9905

²⁵⁹⁾ Qui autumat, Clementem communitati Sti. Juliani dedisse Statuta Cisterciensia (*Annales Cist.* II 280). NORIEGA asserit, in codice quodam proveniente ex abbatia de Alcobaça se invenisse historiam primaevam et veram Sti. Juliani de Pereiro, a Manrique nondum deturpatam.

Fundationes intentae

G R A N A D A SS. Martyres

Santuário del Sacromonte de Valparaiso

Anno 1595 inventae sunt reliquiae aliquorum martyrum in Monte Illi-pulitano prope civitatem Granatensem. Archiepiscopus Petrus de Castro cum voluissest sanctuarium ibi erigere, et custodes religiosos ibi ponere, divulgata est fama huius rei in toto regno. Primi religiosi, qui petiverunt, erant Praemonstratenses sub Joanne de Terreros abbatे Retortensi, anno 1598. Archiepiscopus non denegavit, sed allegavit rem nondum in eo esse ut aliquid posset determinari. Usque ad annum 1607 nil decisum erat de authenticitate reliquiarum; multae religiones petiverant, sed postremo archiepiscopus decrevit ibi instituendam esse ecclesiam collegiatam anno 1609, quae floret sub abbate usque hodie.

F o n t e s : AHN Retuerta Libr. 16565 — Becerro Ciud. Rodrigo 174v

L i t t e r a t u r a : D. N. de HEREDIA BARNUEVO, *Mystico ramillete...* (Vita archiepiscopi Pedro de Castro), Granada 1741, p. 27.

S A N J U L I A N

Cuius ecclesiae situm crux non potuimus.

Petrus cum sociis Petro, Telo, Petro, Roderico et Joanne dederunt saec. XII Sanctio abbati Retortensi, ecclesiam Sti. Juliani „ut si quando eadem ecclesia secundum instituta Praemonstratensis Ordinis abbatia esse poterit, vos, sive successores vestri in praefatam ecclesiam abbatem ibi constituant.“ Quae fundatio abbatiae numquam est facta, ecclesia evasit eremitorium.

F o n s : H U G O II pr. 428

MONASTERIA NOVA FUNDATA SAECULIS XIX ET XX

Secundum mentem scientiae historicae modernae, historiographia ordinum et abbatiarum terminatur generatim interitu earum inter annos 1782 et 1835. Id quod evenit postea, a reconsultis generatim negligitur et vilipenditur. Pro nobis vero, Ordo est sicut arbor vivus, et ea quae nostro tempore sunt facta et adhuc fiunt, aliquando eodem modo pertinebunt ad „historiam“, quemadmodum facta saeculorum anteactorum. Hugo annalistae noster jure merito monasteria suo tempore Ordini aggregata, aequa lance inseruit in Annales Ordinis quam reliqua. Laboriosa restauratio Ordinis inde a saeculo XIX haud minus memoria est digna, quam evolutione gloria media aevi, et reformatio saeculi XVII.

Spiritus saeculi XVIII exeuntis statui religioso et monasterii erat infensissimus. Gubernia insuper erant avida bonorum cleri regularis, et ita est peracta saecularizatio partialis in Imperio Austriaco annis 1782/89, totalis in Gallia an. 1790/91, et ita porro in omni territorio, jugo illius subiecto: In Belgio et in parte Helvetiae an. 1796/97, in Rhenania 1802¹⁾. In Germania suppressio totalis an. 1803, quae partim dilata est in Borussia usque ad annum 1838. In Polonia acta est saecularizatio an. 1819, in Hispania definitive an. 1835/39, quae ambo aliquatenus pepererunt asceteriis. Quae omnia Ordinem Praemonstratensem percusserunt fere usque ad mortem. Cui cataclysmo, extra Belgium fuerunt superstites tantum novem abbatiae et unus parthenon in Imperio Austro-Hungarico, unum asceterium et una abbatia dispersa in Hollandia. In Polonia manserunt tres parthenones languentes, quorum unus tantum supervixit, in Borussia duo. Eodem quoque tempore, quo revixit Circaria Brabantiae²⁾, annis scilicet 1834/39, in Hispania definitive interierunt omnes abbatiae canonicorum, et in Borussia asceteria Strzelnense et Zukoviense.

Quomodo potuit reviviscere Ordo quondam tam spectabilis, et modo

¹⁾ Regiones, in quibus Ordo tunc non iam floruit, praetermittimus

²⁾ Spiritum heroicum, quo recuperaverunt Flandri quinque abbatias ruinatas absque bonis, exaltamus supra vol. II 251

tantopere comminutus, et absque capite? Non iam exstiterunt benefactores generosi medii aevi, neque propria bona, si Austriam excipis. Abbatias amissas recuperandi modo legali, erat quasi nulla spes, nec facta sunt multa tentamina huiusmodi. Ipsi religiosi superstites erant pusillanimos, nec potuerunt credere, monasterium sui Ordinis posse existere absque apparatu illo splendido divitiarum et jurium feodalium, quibus fruebantur ante suppressionem.

Post annum 1850, prima signa videmus novae vitae: recuperatur archicoenobium³⁾, dein illo relicto abbatia Montis Dei⁴⁾ in Gallia, reconstruitur per celebris abbatia Bernensis⁵⁾. Anno 1858 fundantur prima monasteria nova: asceterium in Neerpelt et abbatia Frigolet in Gallia, tamquam cunabulum „Observantiae primaevae“ restauratae. Dolendum est valde, quod in regionibus monasteriis antiquis scatentibus, in posterum fundata sunt varia monasteria penitus nova. Etiam circa alia, conditiones nostri temporis causarunt evolutionem, traditioni primitivae Ordinis alienam. Ordo Praemonstratensis, vi suae constitutionis, nequit propagari nisi per fundationem abbatiarum sui juris. Hodie dum ordines ipsi soli sunt fundatores novarum domuum. Quorum bona sunt parca et restricta, sumptus constructionum et reparationum vero enormes — ideo fundationes rarescunt. Abbatiae hodiernae multa quidem fundaverunt collegia, missiones et residentias omnis generis, sed omnes fundationes istae per se manent dependentes. Interdum, si longe distant, proprio quidem novitiatu provisae, de jure tamen sunt et manent partes integrantes abbatiae matris. Ita creverunt nonnullae abbatiae ingenter. Nos autem subsequenti expresse loquimur de monasteriis sui juris tantum, et de iis dominibus formatis, quae proprio novitiatu saltem ad tempus fuerunt praeditae.

A secundo dimidio saec. XIX facta sunt conamina restaurandi regimen Ordinis. A morte ultimi abbatis Praemonstratensis an. 1834, munus Abbatis Generalis vacuit, nec extitit ligamen ullum inter canonias Orientis et Occidentis. Capitulum Provinciale abbatum Austro-Hungariae in Strahov an. 1859, quod adierunt etiam duo superiores e Belgio, fuit primum tentamen reunionis. Pius PP. IX, qui ante convocationem Concilii Vaticani statuerat, quod Ordines proprio Generali carentes deberent repraesentari per Generales cuiusvis alterius ordinis, indicavit in hunc finem Generalem Ordinis Cisterciensis pro Ordine nostro. Abbates Austriae et Hungariae, hoc aegre ferentes, statim convocaverunt Capi-

³⁾ Prémontré Vide supra II 523

⁴⁾ Mondaye. Ibid. III 45

⁵⁾ Vol. II 274

tulum Generale in Sion an. 1869, pariter a Belgis aditum⁶). Electus est ibi abbas loci in Generalem, qui vero a S. Pontifice non est confirmatus. Illo paulo post in ipso Concilio Vaticano defuncto, successorem non habuit, donec anno 1883 Vindobonae, movente Nuntio Apostolico, Capitulum vere Generale iterum est convocatum, quod definitive restauravit Ordinis organizationem. Decretum est, abhinc munus abbatis Generalis non manere adnexum abbatiae cuidam, sed illum fore electurum ex abbatibus Ordinis, et mansurum in domo cui iam praefuerat⁷). Abhinc regulariter celebrantur Capitula Generalia, quorum elenchem vide infra. Ab anno 1876, Ordo habet denuo procuratorem Romae. Sed nihilominus, propter causas supra allatas, pauca fiunt abhinc pro propagatione Ordinis. Maiorem zelum, saeculo XIX, habent Galli. Mondaye fundat prioratus Balarin (1867) et Nantes (1879), qui fiunt sui juris. Conduntur parthenones Bonlieu (1870) et Mesnil-St. Denis (1889). Asceterium Vallis Liliorum in Spalding, an. 1877 fundatum, quinquennio post iterum desit. Abbatiae Tongerloo⁸) ab an. 1872, et Averbode⁹) ab an. 1896 seipsas propagant fundando varios prioratus et missiones dependentes, quae partim subsistunt usque hodie, partim iterum sunt derelictae aut mutatae in mera presbyteria. Frigolet, secundum constitutionem ei propriam (de qua infra suo loco) etiam varios fundavit prioratus, qui omnes desierunt praeter Storrington et Conques. Primitus ab Ordine segregata, communi observantiae adiungitur an 1896. Prioratus egressi e Monte Dei, supra laudato, cum in eo essent ut elevarentur ad gradum abbatiale, an. 1903/07 cum omnibus caeteris coenobiis in Gallia sunt suppressi. Post primum bellum religiosi exsules revertunt in domus suas, praeter Balarin, quod desiit. Berna anno 1902 collegium, quod fundaverat in Westdepere, erexit in domum sui juris, ita fundans primum monasterium Ordinis ultra mare in Novo Mundo. Quae inter fundationes recentiores Ordinis hactenus tamquam unica vere splendide ac prospere se evolvit, extensionem ac pondus maximarum abbatiarum veteris temporis attingens.

Post primum bellum tandem fiunt vera tentamina ad propagationem Ordinis per novas fundationes et restaurations antiquarum abbatiarum. Tepla restaurat Speinshart¹⁰) (1921), Berna Windbergam¹¹) (1923), Tongerloa Leffiam¹²) (1931) et fundat insuper Kilnacrott (1924), Averbode

⁶) Vide *Ann. Norb.* 1883 no. 236

⁷) Elenchum abbatum Generalium saec. XIX et XX vide vol. II 530. Ab an. 1937 Abbates Generales resident Romae.

⁸) Vol. II 330

⁹) ibid. 270

¹⁰) Vol. I 49

¹¹) Ibid. 55

fundat Bois-Seigneur-Isaac (1924); Jászo¹³⁾ Gödöllö an. 1924, qui omnes interea facti sunt sui juris. Fundatur novus parthenon in Petropolis an. 1930, monasterium Magnovaradinense¹⁴⁾ fit denuo independens. Sic paululum auctus est numerus coenobiorum Ordinis, eousque exiguus. Sed difficultates temporales, penuria vocationum et aliae aerumnae diu impediverunt prosperitatem magnae partis harum foundationum. Variae fundationes tentatae, ut Roggenburg¹⁵⁾ (e Tepla 1923/32), et Nogent l'Artaud (e Berna 1942/48) iterum sunt derelictae. Abbatia de Bois-Seigneur-Isaac insuper an. 1957 denuo reducta est ad statum residentiae. Anno 1924 erigitur Circaria Cechoslovakiae. An. 1950 omnes domus Ordinis ibidem, in Rumenia et in Hungaria suppressuntur. Octo canonici Csornenses, qui potuerunt aufugere in Americam, anno 1957 fundant prioratum in Santa Ana, California. Aliquae fundationes, generatim factae recenter, probabiliter Deo favente aliquando erunt sui juris: Storrington (1882, resp. 1952), Roth¹⁶⁾ (1948), Lacolle, Essenburg, Daylesford. Intenditur fundatio Circariae Germaniae, et monasteriorum in Scotia, in Australia et in Missione Indica abbatiae Bernensis.

Effloruit aliquatenus, nostro tempore, ramus Tertii Ordinis Regularis. Antea notae erant tantum fundationes huiusmodi tamquam rarae exceptiones: saec. XVII in Wulpen-Bethania¹⁷⁾, et saec. XVIII in Berg Sion¹⁸⁾. Sacc. XX fundata sunt asceteria in Svaty Kopecek (Heiligenberg) in Bohemia, et Külsövat in Hungaria, variis postea dominibus filialibus radiantia. Ambo a monialibus polonis II. Ordinis in vita religiosa sunt initia. Ab Ordine erant recognita. An. 1939, post separationem Slowakiae a Bohemia, fundatur nova domus matrix sororum III. Ordinis Regularis in Vrbovo. Congregatio „Fratrum et Sororum Sti. Joannis Bapt.“ in Leutesdorf (Germania) ad tempus tamquam III. Ordo Regularis erat affiliata¹⁹⁾. Extant vel extiterunt etiam aliae communitates fratrum vel sororum „Sti. Norberti“ nuncupatae, ut in Duffel, et Mechliniae in Belgio, St. Victoret in Gallia, Koningslust in Neerlandia, quae vero generatim a cunabulis nullam habuerunt relationem cum Ordine, nec umquam ab eo erant recognitae. Nuper fundatae sunt communitas „Oblatarum Sti. Norberti“ in Roth et similis Congregatio in Wien, destinatae imprimis ad ministerium cano-

¹²⁾ Vol. II 386

¹³⁾ Vol. I 445

¹⁴⁾ Ibid. 465

¹⁵⁾ Ibid. 77

¹⁶⁾ Ibid. 79. An. 1959, conventus secessit in Hamborn (ibid. 166)

¹⁷⁾ Vol. II 428

¹⁸⁾ Vol. I 66

¹⁹⁾ Vide *Catal. Generalem Ordinis* 1928, pp. 197/201

niarum Ordinis. De sororibus „Stae. Monicae“ in Ingelheim, et de domo filiali earum, in La Bañeza (Hispania) nuper constituta, loquemur infra in supplemento.

Membra universi Ordinis an. 1896: 1101; 1900: 1194; 1920: 1290; 1953: ca. 1950; 1957: ca. 1980.

ELENCHUS ORDINIS ANNO 1959:

Abbatiae (15) et prioratus sui juris (2);	domus formatae dependentes:	missiones depen- dentes:
Circaria Austriae		
Geras ²⁰⁾		
Schlägl ²¹⁾		
Wilten ²²⁾		
Circaria Brabantiae		
Averbode	Pirapora (1896)	Dania (Vejle 1904)
Berne	Petropolis (1909)	
	Jau (1915)	
	Brasschaat (1931)	
	Bois-Seigneur-Isaac	
	Essenburgh (1950)	
Grimbergen ²³⁾		Vic. Apost. Jabalpur (1932)
Leffe		Brisbane (1959)
Parc ²⁴⁾	Montes Claros	Africa Meridion. (Worcester 1951)
Postel ²⁵⁾		
Tongerloo	Storrington (1952)	
	Lacolle (1949)	
		Vic. Apost. Lolo (1937)
		Vic. Apost. Buta (1898)

20) Vol. I 289

21) Ibid. 308

22) Ibid. 53

22) Vol. II 286

24) Ibid. 317

25) Ibid. 322

Circariae Bohemiae (Cechoslovakiae) et Hungariae

Octo abbatiae earum a guberniis atheis anno 1950 sunt suppressae, et religiosi vivunt aut in carceribus aut in dispersione: Jasov, Novarise, Strahov, Tepla, Zeliv, Gödöllö, Csorna, Varadhegyfok^{25a}). De quibus vide supra suo loco vol. I, praeter Gödöllö, de quo infra. Duae canoniae se redintegraverunt in exilio, videlicet:

(Csorna)	Santa Ana (provisorie, 1957)
(Tepl)	Schönau

Circaria Galliae domus dependentes

Frigolet	Conques (1873)
Mondaye	Etiolles (1949)
Nantes	

Canoniae immediate Abbati Generali subditae:

Kilnacrott	Annan (Scotia), York (Australia)
Speinshart	
West de Pere	Claymont (1932), Green Bay (1932), Madison (1929), Philadelphia (1934), Daylesford (1954)
Windberg	Roth, Hamborn (1948 resp. 1959)

Parthenones II. Ordinis sub jurisdictione eiusdem
Oosterhout²⁶), Petropolis, Veerle

item sub jurisdictione ordinarii loci:

II. Ordinis: Bonlieu, Imbramowice²⁷), Toro²⁸), Villoria²⁹), Zwierzyniec³⁰).

III. Ordinis: Berg Sion, La Bañeza, Villers-Bocage, Wien, Roth. (De asceteriis Svaty Kopecek, Vrbovo et Külsövat idem valet ac de abbatiis Bohemiae et Hungariae)

^{25a}) id est Nagyvarad, vol. I 465

²⁶) Ibid. 326

²⁷) Vol. I 340

²⁸) Vol. III 296

²⁹) Ibid. 317

³⁰) Vol. I 349

CAPITULA GENERALIA ORDINIS
SAECULIS XIX ET XX.

(Strahov 1859)	Strahov 1914
Strahov 1869	Schlägl 1921
Wien 1883	Averbode 1922
Tongerloo 1889	Tepl 1924
Schlägl 1896	Tongerloo 1927
Averbode 1902	Park 1930
Schlägl 1906	Romae 1934, 1937, 1947, 1953, 1959
Tepl 1908	

Decretum est, abhinc celebrare Capitulum Romae omni sexennio.
De Capitulis Generalibus tempore antiquo vide supra pp. II 13.

LITTERATURA

- Cat. Gen. *Catalogus Generalis Ordinis* 1894, 1900, 1920, 1928, 1948, 1953,
Ord. 1956, 1959
- GRASSL (cf. vol. II 8) pp. 117/28
- A. v. d. HURK, *De Norbertijnen in grote lijnen*, 's Hertogenbosch
1949
- P. LENAERTS in *Pro Nostris* 1953, pp. 105/10
- Ord. (Novitii TONGERLOENSES) *De Orde van Premonstreit in Bel-*
P. B. N. *gie*, Ia ed. Tongerloo 1915, IIa ed. (... in Belgie en in Nederland)
ibid. 1928.
- PETIT (cf. vol. II 9) pp. 125/38
- Vide praesertim periodica moderna, ab Ordine edita: (cf. GOO-
VAERTS IV 272)
- Annals of St. Joseph*, West De Pere
- CHde *Cour d'Honneur de Marie*, Frigolet 1862 sq., ab anno 1881: *Anna-*
Marie *les Norbertines*, ibid. —1892
- Ann. Norb. *Pro Nostris*, Tongerloo 1929 sq.
Het Offer, et Berne, Berne
L'Hostie Rayonne, Frigolet
Averbode's Weekblad, et *Semaine d'Averbode*
Tongerloo's Tijdschrift, postea: *De Toren*
Courrier de Mondaye
et multa alia minoris momenti. Ad historiam contemporaneam in
posterum exaraturam, nequaquam spernenda sunt folia domestica

singularum domuum, praesertim *Pikkelpoort* (Averbode), *De Kromstaf* (Berne), *Het Molenijzer* (Postel), *Tongerloana* (Tongerloo), et *Phoenix* (Grimbergen).

B A L A R I N St. Joseph

Juxta Montréal, Dioc. Auch, Dép. Gers, Gallia

Prioratus sui juris, fundatus in veteri castello an. 1867 a Joseph Willekens, abate Montis Dei, et Comitissa M. de Galard de Marignan, petente Mgr. Delamare, archiepiscopo Auxitanensi. Prioratus primitus dependens a Mondaye, anno 1878 fit sui juris. An. 1880 suppressus, an. 1887 restauratus. Usque ad an. 1896 Circaria Brabantiae, abhinc Galliae. Administravit parochias Balarin, Routgès, et Henx. An. 1894: 11 religiosi, an. 1900: 6. Elevatio ad gradum abbatiae iam instabat. Anno 1904 definitive est suppressum monasterium, et venditum. Religiosi una cum conventu Montis Dei emigraverunt in Bois-Seigneur-Isaac. Post bellum non se reconstituit. Ultimus eius canonicus, P. Felix Le Ker, an. 1924 obiit Plagae, ultimus conversus an. 1957 in Monte Dei. Nunc prioratus iterum est proprietas privata.

A r c h i v a l i a : Pauca habentur in Arch. Abb. de Mondaye M2,2I. — Pars archivorum transmissum est ab abbe Montis Dei ad proprietarium castelli Balarinensis.

L i t t e r a t u r a : *Catal. Gen. Ord.* 1894, 1900 — COTTINEAU 247 — GOOVAERTS IV 15, 148 — GRASSL 119 — PETIT 127.

S e r i e s p r i o r u m

Alphonsus Paris 1867—73 res.
Gilbertus Sadot 1873—85 res.

Paulus Pelletier 1885—1911
postea prior Nannetensis

B O I S - S E I G N E U R - I S A A C B.M.V. et S. Joannis Baptistae

Buscum-, Sylva Domini Isaac; Isaakbosch

Posta et Statio Ophain. Hannonia, dioc. Cambrai; nunc vero Brabant, dioc. Mechliniensis, in Belgio

Abbatia. — In capella erecta in silva, anno circiter 1100, in honorem B.M.V., ab Isaac I, de Valenciennes, domino d'ltre, Thibermont, et Haut Ittre, anno 1405 factum est miraculum quoddam, quo e S. Hostia effluxerunt guttae sanguinis. An. 1413 Joannes de Huldenberg, toparcha loci, capellam cum aliquibus proventibus dono dedit monasterio de

Zevenborn sive Septfontaines, can. O.S.A. Congregationis Windeshemensis. Anno 1416 constituitur prioratus, qui mox fit sui juris et an. 1424 nanciscitur confirmationem pontificiam. Ecclesia consecratur an. 1441. Mox bene floruit. Annis 1531/48 construitur ecclesia adhuc existens. An. 1581 destructum est coenobium a Batavis sub Gulielmo principe Arausiano, sed iam an. 1584 conventus, qui erat generatim 13—14 canonorum, revertit ad sua. Suppressum est sub Josepho II an 1784. Tamen gubernium decretum suppressionis non est exsecutum, et canonia substitut usque ad an. 1796. Anno 1787: 18 religiosi, proventus anni: 12509 flororum. Aedes omnes manserunt fere integrae. Conventus Montis Dei, exsul an. 1903 in loco inepto Arbre prope Lustin (Namur), anno sequenti occupat aedes canoniae, una cum fratribus prioratum Nantes et Balarin, auxiliante Barone Snoey d'Oppuers, proprietario loci. Quo in refugio manserunt usque ad an. 1920. Quibus in Galliam reversis, quindecim religiosi indigenae manserunt in loco. Deinde monasterium emit abbatia Averbodiensis anno 1921, ibi novam canoniam Circariae Brabantiae ad dictam instituens. Eodem anno fit sui juris, an. 1925 vero abbatia. Status personalis 1926: 16, 1936: 21, 1947: 25, 1956: 15 religiosi. Antiqua abbatia vicina de Nizelle, quondam Ord. Cist, ad tempus fuit prioratus et grangia Sylvae Domini Isaac. Post resignationem unici abbatis an. 1942, nominantur a Sancta Sede administratores. Anno vero 1957, abbatia reducitur ad statum residentiae. Subsistit monasterium e tempore Windeshemensium, cum antiquo archivo et cum ecclesia modica sed pulchra, ad quam viget peregrinatio ad reliquias — ut pie creditur — SS. Sanguinis.

Archivi magna pars adhuc est in loco. Reliqua sunt in Arch. Roy. Bruxelles (Vide d'HOOP l. c.)

LITTERATURA: GRASSL 120 — D'HOOP IV 327/29 — v. d. HURK 41 — Ord. Prem. B. N. I, II 79/81 — MIRAEUS — FOPPENS, ODipl. H III 697/99 — PETIT 134 — STEIN 512 — J. ACQUOY, *Het Klooster te Windesheim en zijn invloed* III (Utrecht 1880) pp. 115/17 — N. ELOY, *Le Sanctuaire du St. Sang à B. S. I (Pro Nostris* 1950 pp. 86/87; 1951 pp. 19/21; 36/39, 73/76, 113/14) — JANSEN, *La Belgique Norbertine*, passim. — G. De SCHEPPER, *La réorganisation des paroisses et la suppression des couvents dans les Pays Bas sous le règne de Joseph II*. Louvain 1942, p. 135 — J. TARLIER / A. WAUTERS, *Géographie et histoire des communes belges. Prov. Brabant. Arrond. Nivelles. t. II* (Bruxelles 1873) pp. 56/58 — WIAERT, *Historia famosissimi monasterii, dicti a Sylva Domini Isaac* (Bruxellis 1688).

Series superiorum

Gerlacus Franken prior 1921—25, abbas 1925—42 res.

Constantinus Spillemaekers, prior et administrator 1942—50

(Cyrillus Nys, abbas Lessensis, administrator 1950—56)

Waltmannus de Ceuster prior resid. 1950—56

B O N L I E U St. Anna

Bonus Locus

Com. St. Gervais de Roubion, 12 km NE Montélimar, dioc. Valence, Dép. Drome, Gallia.

Annis circiter 1874—1920 considerabatur ut spectans ad Circariam Brabantiae

Asceterium secundi Ordinis. Fundatum est pro monialibus O. Cist, secundo dimidio saeculi XII a Veronica de Poitiers, comitissa de Marsanne, sub tutela abbatum de Aiguebelle. Versus finem saec. XIV in bellis totaliter dirutum, monasterium traditur an. 1400 a Capitulo Generali abbatiae de Valcroissant O. Cist tamquam prioratus simplex virorum. Postremo non iam erat ibi conventus. Saecularizatum est anno 1790. Medio saeculo XIX supererat pars monasterii, et ruina ecclesiae romanicae, cuius una capella lateralis erat ecclesia parochialis.

Domicella quaedam pia, M. Odile de Benoit de la Paillonne, anno 1868 abbatii Ferigoletensi manifestavit desiderium intrandi secundum Ordinem Sti. Norberti, in Gallia tunc penitus extinti. Abbas misit eam ad moniales Cistercienses de Maubec³¹⁾, ubi habitum Praemonstratensem recepit e manibus Mgr. Conde y Corral, Episcopi Zamorensis, et canonici Ordinis nostri. Fundamento asceterii posito in Maubec, an. 1871 empta sunt ruinae Boniloci, ubi definitive instituitur conventus. Initio erat sub paternitate abbatum Ferigoletensium, sicut et modo, ab an. 1874 ad tempus stetit sub tutela abbatum Tongerloensium. Notus est parthenon per vitam sanctam et humilem sororis conversae Rosae Mirabal-Griselain, auctoris operis „Missae Reparaticis“ († 1883). Anno 1899, ecclesia restaurata denuo consecratur et evehitur in Basilicam minorem, priorissa et fundatrix benedicitur abbatis. An. 1901 moniales expelluntur. Refugium invenerunt Grimberga in Belgio, in castro non longe ab abbatia, a comite de Merode dato. Anno tandem 1933, conventus potuit reverti in Bonumlocum. Post mortem secundae abbatis an. 1936, asceterium iterum est, secundum morem Ordinis, sub priorissa. Status personalis: 1894: 23 religiosae, 1900: 30, 1918: 37, 1928: 33, 1956: 20. Iurisdictioni Ordinis nondum est subiectum.

Litteratura: BEAUNIER/BESSE IX 120 — GRASSL 115, 118 — COTTINEAU 422 — *Gallia Christ*, XVI 347 iv — GOOVAERTS I 633, IV 17, 220, 356 — JANAUSCHEK lxxvij — PETIT 127, 135 — A. LACROIX, *L'Arrondissement de Montélimar*, I 292/311 — H. van HEESCH, *Bonlieu*. Louvain (1956) De sorore Rosa, et Missa Reparatrici ubera exstat litteratura. — *Pro Nostris* 1958, pp. 79/80.

³¹⁾ COTTINEAU 1789. Maximus promotor fundationis erat P. Thomas de Boissy-Dubois, canonicus Ferigoletensis et primus discipulus abbatis Edmundi.

S e r i e s s u p e r i o r i s s a r u m

Maria a Cruce Odiot de Benoit de la Paillonne, priorissa 1871—99,
abbatissa 1899—1905

Scholastica Thomann-Busson, abbatissa 1905—36

Joanna Maria Bornet priorissa 1936—

D A Y L E S F O R D B. M. V.

Non longe ab oppido Paoli, prope Philadelphiam versus occidentem, dioc.
Philadelphia, Pennsylvania, U. S. A.

Prioratus abbatiae West Depere, fundatus anno 1954. Situs novitiatus
pro confratribus e parte orientali Statuum venientibus. 1956: 2 canonici,
14 novitii, 7 conversi. Superior: Julianus Resch 1954—.

F R I G O L E T (Immaculata Conceptio B. M. V. et) St. Michael

Ferigoletum, St. Michel de Tarascon

In collibus dictis „Montagnette“ prope Graveson, dioc. Avignon, dép. Bou-
ches-du-Rhône, in Gallia.

Abbatia. Perantiqua capella Sti. Michaelis, constructa probabiliter loco
fani cuiusdam pagani, anno 962 confirmatur monachis de Montmajour
OSB prope Arles, qui mox ibi erexerunt prioratum et sanctuarium B. M. V.,
in posterum „de Bono Remedio“ vulgo nuncupatae. Medio saeculo XII,
prioratus iste pertinet ad ecclesiam Avenionensem, cuius capitulum fuit
regulare O. S. A. Ferigoletum fuit, saec. XIII, prioratus sui juris canonici-
corum dicti Ordinis, sed communitas erat modica. Anno 1316 incorporatur
officio archidiaconatus ecclesiae Cathedralis Avenionensis. Exinde 12 ca-
nonici erant Ferigoleti, qui omnes simul erant canonici ecclesiae Cathedra-
lis. Anno 1480 capitulum fuit saecularizatum. Frigolet iam ab anno 1419
erat sub commenda, et mansit usque in finem. Auxiliante Anna Regina,
monasterium vacans an. 1647 traditur Hieronymitis, quibus substituuntur
an. 1661 PP. Eremitae Sti. Augustini Discalceati. Anno 1790 suppressum
est monasterium, tamen aedificia manserunt integra. Saeculo XIX resur-
rexit:

Edmundus Boulbon, professus abbatiae de Gard Ord. Cist. strictioris
observantiae prope Ambianum; aegre ferens, cultum Divinum non tantum
in suo ordine, sed etiam alibi absque ullo splendore peragi, consilium cepit
circa annum 1850, condendi institutionem, in qua sacra celebrarentur quam
magnificentissime. Cum didicisset, Ordini Praemonstratensi, quoad vitam
interiorem Cisterciensi primitus consimili, ab initio fuisse cordi, quam ma-
xime dignitatem et splendorem cultus divini promovere, impulsus est, pri-
mitivam illius renovare observantiam. Anno 1856 recipit habitum Ordinis

e manibus Episcopi Suessionensis. Eodem anno tendit Romam, ubi Pius IX ei novitos assumere permittit, et constitutiones ab eo propositas benedicit sub conditione, ut se submitteret cuidam episcopo. Die 4a decembris 1856 tandem approbatur instauratio „Primae Observantiae“ Ordinis, et quidem in ipso archicoenobio Praemonstratensi. Quinque autem canonici, ex monasteriis brabanticis ab episcopo advocati in auxilium P. Edmundi, deterriti sunt ab austeritate vitae. Sed etiam aliae difficultates postremo moverunt Edmundum, alium quaerere locum³²⁾. Insinuante Sto. Joanne B. Vianney, elegit Ferigoletum, ubi die 28a aprilis 1858 sollemniter coepit vitam communem, una cum 4 sociis. Congregatio primo durante decennio, secundum statuta Ordinis anni 1290 vixit, quae habuit pro veterimis fundator. Anno tamen 1868, detexit statuta antiquiora, circa an. 1174 redacta³³⁾, quae statim introduxit. Abstinentia perpetua, jejunium ab Exaltatione Crucis usque ad Pascha, silentium continuum, dormitorium commune, officium nocturnum, habitus primitivus cum magno caputio et tonsura maiori: haec enim erant praecipua quibus se distinxit ab observantia communi. Concordis primis statutis, P. Edmundus voluit, ut in omni monasterio adessent praeter canonicos, conversos et donatos, etiam clerici minoribus aucti, qui tamen ad sacerdotium numquam ascenderent, et operam darent educationi iuventutis. Semper essent insuper parati, ad cultum sollemnem circa ecclesias Ordinis promovendum: assistendo, cantando, chorum dirigendo et organum pulsando. Labor manualis, in dictis statutis praeviis, pariter quoad magnam partem destinaretur cultui, exercendo nempe artes et ornando ecclesias.

Annis 1863/66 sumptuosa erigitur ecclesia nova, biturris, in honorem Immaculatae Conceptionis B. M. V., et extensum monasterium, muris cinctum, et turribus munitum. Prima petitio, ad promotionem Ferigoleti in abbatiam anno 1867, fuit absque exitu. Anno tamen sequenti, S. Sedes confirmavit monasterium tamquam prioratum sui juris, et anno demum 1869 in abbatiam.

Annis 1858/71, expleto novitiatu, religiosi emiserunt vota simplicia perpetua, annis 1871/86 primo temporalia, expletis dein 3—5 annis, perpetua. Annis 1886/96 emiserunt, post novitiatum, vota religiosum perpetuo, ecclesiam autem temporaliter tantum obligantia, triennio denique peracto vota perpetua.

Quoad extra, Ferigoletum secutum est normas Congregationis Antiqui Rigoris Lotharingiae. Ut illa, fundationes fecit sub forma prioratuum, qui

³²⁾ Praemonstratum post 18 menses etiam a Brabanticis derelictum est, vol. II 523

³³⁾ edita apud E. MARTENE, *De Antiquis Ecclesiae Ritibus III* (Antwerpia 1737) pp. 894/942.

erant domus formatae, sed etsi interdum proprio noviatu essent praediti, numquam fuerunt sui juris. Stabilitas loci non exstitit. Elenchum et brevem historiam harum domuum vide hic infra. Praeterea fundavit etiam varias „missiones“ in Anglia et in Scotia, sed canonicos solitarios non facile emisit. Anno 1880, Frigolet fuit abbatia florentissima et praeclara valde. Centum circiter religiosi habitaverunt in ea, absque illis, qui erant in prioratibus. Non tantum canonici et clerici, sed etiam sacerdotes tertiarii, oblati, donati, conversi, familiares. immo et discipuli (enfants de la maîtrise) adnumerabantur communitati et habebantur ut „fratres“³⁴⁾. Non tantum ad sollemnitates liturgicas, ibi summo cum splendore celebratas, sed etiam ad quiescendum, et ad fovendam pietatem affluxerunt, praeter multitudinem plebis devote, undique visitatores illustres. Millia pauperum quotannis recepti et consolati sunt ad portas abbatiae, in aedificio speciali (aumônerie). Unicum periodicum in Ordine Praemonstratensi ante annum 1892 editum, prodiit in Frigolet³⁵⁾. Ita paucis tantum annis laudabile opus Patris Edmundi creverat in arborem spectabilem, pro ecclesia et pro Ordine fructuosam.

Quae tamen omnia percussa sunt usque ad languorem decretis gubernii massonici anno 1880. Conventus se opposuit expulsioni, et nonnisi post triduam obsidionem per turmam militum fractus, se subiecit³⁶⁾. Rex Hispaniae abbati Edmundo obtulit celebre monasterium Escorial in refugium, sed ille noluit. Biennio tandem post, inventum est refugium, nullo modo quidem sufficiens, in Storrington, de quo infra. Eodem anno Congregatio fundavit sibi domum procuratoriam Romae, juxta ecclesiam Sti. Nicolai Lotharingorum (38 Via del Tasso). Anno 1883, fundator obiit. Patres Congregationis dein decreverunt mitigationem austерitatis ab illo introductae, quam S. Sedes anno 1886 concessit. Officium nocturnum, abstinentia totalis tunc abrogata, jejunium mitigatum est. Nomen „Congregatio Praemonstratensium Primitivae Observantiae“ mutatum est in „Congregatio Gallica“. Anno 1884, conventus rediit ad sua, et fundavit novos prioratus in Gallia et in Anglia. Usus est breviario Romano, sola festivitate Sti. Norberti adiuncta. Anno 1884 concessum est ei, ut etiam festa aliorum sanctorum Ordinis celebraret.

³⁴⁾ Anno 1869 verbi gratia, degabant in abbatia 20 professi, et 20 novitii chorales, 6 professi et 4 novitii tertiarii, 2 professi et 18 novitii conversi, et discipuli quam plures.

³⁵⁾ Annis 1862—92, P. Aloysius Daras fuit redactor magis zelosus quam criticus, folii *Annales Norbertines*, in cuius numero mensis octobris an. 1881 adoptavit „lemma“ hodie in Ordine ubique admissum: „Ad omne bonum opus parati“. (II Tim. 2, 21). Ordo antea hujusmodi habuit numquam.

³⁶⁾ Immo generalis quidam fuit dux militum, invehementum in religiosos mansuetos. Qui „Blocus de Frigolet“ tunc temporis multum fecit rumorem.

Attamen pristina prosperitas noluit reverti. Anno 1896, in Capitulo Generali Ordinis, ope Th. Heylen abbatis Tongerloensis, suppressa est „Congregatio Gallica“. Frigolet cum prioratibus suis adnexum est Oberservantiae Communi Ordinis. Anno 1903, nova expulsio. Hac vice, communitates de Frigolet, de Conques et de Stella³⁷⁾ invenerunt refugium commune in abbatia Leffiensi in Belgio, unde redierunt in Galliam anno 1919. Triennio post, tertia vice expelluntur patres, sed ad breve tempus tantum. Annis 1901—29 Frigolet habuit missiones in Madagascar, 1948—55 prioratum in Espaly (Hte-Loire). Ex omnibus prioratibus suis hodie sola Conques subsistit³⁸⁾. Status personalis abbatiae: 1859: 23, 1860: 35, 1877: 80, 1880: 100, 1894: 72, 1900: 71, 1920: 36, 1928: 34, 1948: 32, 1956: 34 religiosi. Annis 1899—1924 Frigolet formavit propriam „Circariam Provinciae“, modo pertinet ad Circariam Galliae.

Litteratura: ACHARD I 353 — BEAUNIER / BESSE II 141 — COTTINEAU 1233 — GOOVAERTS I 27, 55, 69, 70, 83, 111, 141, 210, 245, 261, 291, 312, 321, 336, 405, 446, 539, 587; III 18, 33, 60, 150, 170, 171, 184; IV 20, 21, 79, 181, 184, 189, 212, 213, 214, 245, 286, 294, 347 — P. PAULIN (BONIFACE), *Catéchisme de l'Ordre de Prémontré*, Tours 1889, cf. ind. 316, 318 — A. CANRON, *Essai historique sur l'Abbaye de l'Immaculée Conception St. Michel de F.*, Avignon 1875 — E. CASSAGNAVERE, *Essai biographique sur le Rme. Père Edmond Boulbon, restaurateur de la Primitive Observance de Prémontré, et premier abbé de St. Michel de F.*, Lille 1889 — (DARAS), *Le Blocus de Frigolet*, Avignon/Frigolet s. d. (1881) — GILLES, BH Ar Vaucluse 1878 — E. MARBOT, *Nos Madones*, Aix-en-Provence 1881, pp. 167/75 — P. RUAT, *Excursions en Provence, St. M. de F.*, Marseille s. d. — S. de LA TOUR, *Le siège de Frigolet*, Aix 1880 — R. VEDEL, *Saint-Michel de F. et Notre-Dame du Bon-Remède*, Monte Carlo 1954 — IDEM, *Le R. P. A. Borelly, abbé de F.*, Avignon 1949 — *La restauration de l'Ordre de Prémontré en France et l'Abbaye de F.* (*Hostie Rayonne Oct. 1933*) — *Pro Nostris* 1954 p. 55 — Vide praesertim integra volumina periodici „Cour d'Honneur de Marie“, alias „Annales Norbertines“ 1862—92.

S e r i e s a b b a t u m

Edmundus Boulbon prior 1858—69, abbas 1869—83	Godefridus Madelaine 1899—1919 res.
Paulinus Boniface 1883—93	Adrianus Borelly 1920—28
Dionysius Bonnefoy 1893—99	Leo Perrier 1928—46
	Norbertus Calmels 1946—

³⁷⁾ Etoile. Vide hic infra, et supra p. 20.

³⁸⁾ Vide infra

PRIORATUS CONGREGATIONIS PRIMAE OBSERVANTIAE
SIVE GALLICAE, ante an. 1896 fundati

A L G E R B. M. V.

Notre-Dame-d'Afrique

In Numidia, Africa septentrionalis, ipsa dioecesis

Prioratus fundatus juxta sanctuarium marianum an. 1868 a Cardin. Lavigerie. Initio 12 canonici. Anno 1871 evecta est domus ad statum prioratus, cum potestate alia monasteria fundandi in Africa. An. 1873 cessavit, et traditus est Congregationi (PP. Blancs) ab ipso Cardinali conditac.

CHMarie V, 1868, pp. 366/67 — GRASSL 118

C O N Q U E S Sta. Fides

Sainte-Foy-de Conques

Dioc. Rodez, Dép. Aveyron, in Gallia

Per celebris abbatia fundata medio saeculo IV, ante annum 801 fit O. S. B. Possedit 117 beneficia et prioratus. Anno 1537 fit ecclesia collegiata. A saeculo IX ibi asservantur reliquiae Stae. Fidei, ad quas magna viget peregrinatio. An. 1790 suppressum. Subsistit ingens et per pulchra ecclesia romanica, et pars praelatureae. Anno 1873 episcopus Ruthenensis, cardin. Bourret, collocavit ibi Praemonstratenses e Ferigolet, initio 6, postea 12. Anno 1883 instituitur proprius novitiatus, qui vero cessavit. restaurata canonia Ferigoletensi. Mox instituitur schola. Conques est unicus ex prioratibus abbatiae de Frigolet, qui adhuc existat. Hodie dum tamen non iam consideratur ut domus formata, degunt ibi tres canonici tantum.

Litteraturam amplam de antiqua abbatia vide apud COTTINEAU 860/62 de prioratu O. Praem. vide supra apud Frigolet

E T O I L E

prope Authon, Dép. Loir-et-Cher, in Gallia.

Antiqua abbatia Ordinis, Circ. Normanniae Borealis, de qua vide supra suo loco p. 20. Prioratus abbatiae de Frigolet, domus formata, annis 1887—1903³⁹).

Cat. Gen. Ordinis 1894, 1900

³⁹) Annus suppressionis (1892), quem indicamus supra p. 20, ideo est corrigendus

FARNBOROUGH St. Michael

Farnburgense coenobium — Prope Aldershot, Hampshire. Dioc. Portsmouth in Anglia.

Prioratus, domus formata. Petente Eugenia Imperatrici Galliae, favente duce de Norfolk, hoc monasterium neoerectum (1884) traditur Patribus de Ferigoletto anno 1887, ut custodirent Mausoleum imperialis familiae Napoleonis III. Anno 1889: 12 religiosi. Anno 1895, ab ipsa Imperatrici, canonicis Ord. Praem. substituti sunt monachi OSB Congregationis Solesensis, quibus successerunt monachi Observ. Primaevae de Subiaco. Anno 1903 facta est abbatia.

Litteratura: *Cat. Gen. Ord.* 1894 — *Cat. Gen. OSB* 1950 — COTTINEAU 1109 — GRASSL 117 — L. GOUGAUD, *Guide to Farnborough, with special reference to St. Michael's Abbey. New and revised edition.* Farnborough 1919.

SAINTE-JEAN-DE-CÔLE St. Joannis Bapt.

Prope Thiviers, dioc. Perigord, Dordogne, in Gallia

Prioratus quandam conventionalis canonicorum OSA, fundatus an. 1083 pro 16 canonicis a Renaldo de Thiviers, episcopo Petragoricensi. Saec. XVII Congregationis Stae. Genovevae Pariensis, an. 1790 suppressus est. An. 1877 ecclesia erat parochialis, monasterium ruina. Adiuvante quadam benefactrice, eodem anno reconstruitur monasterium, et traditur una cum parochia canonicis de Frigolet, qui tamen iam an. 1880 sunt expulsi. Canonici ad tempus adhuc vixerunt in castro vicino fundatrixis, administrantes parochiam, sed mox locum penitus dereliquerunt.

Litteratura: *CHMarie* 1878, nr. 179; 1879 nr. 181; 1881 nr. 205, 216, 219 — COTTINEAU 2740 (cum bibliographia canonicae OSA) — D. PAULIN (BONIFACE), *Histoire de St. Jean-de-Côle*, Avignon 1882

De prioratu Storrington vide hic infra suo loco. Monasterium Stae. Annae in Jerusalem an. 1875 abbati Edmundo oblatum est, sed difficultatibus improvis exortis, accipere non potuit. Prioratus minores sive missiones: N. D. de la Chaux 1867, Weston 1888/92, dein eius loco: Bedworth 1892, Ambleside 1890, Wigtown 1888, Whithorn (de qua insigni canonica vide in vol. II) 1890/96. Vide *Cat. Gen. Ord.* 1894.

GÖDÖLLŐ St. Norbertus

Prope Budapest versus NE, in Hungaria. Dioc. Budapest

Abbatia. Collegium cum gymnasio traditum Praemonstratensibus ex Jaszo an. 1924. Quae enim canonica, Cechoslovakiae addicta an. 1919, scholas quas habuerat in Kassa, Rosznyó et in Nagyvarad, penitus amiserat. Anno 1923 incipitur constructio gymnasii, quod annis 1925/26 sequitur

collegium, annis denique 1927/28 canonica. Gubernium donavit aliquas terras, benefactores e toto regno contribuerunt ad dotationem et perfectionem monasterii extensi et spectabilis. Quod mansit abhinc prioratus dependens a Jászó, cum proprio tamen novitiatu pro Hungaria. Anno 1937 factus est prioratus conventionalis, et anno sequenti abbatia. An. 1950 cum praeclaro suo gymnasio est suppressa. Hodie est ibi Universitas Agricolaris Gubernii.

Litteratura exstat in lingua vernacula tantum

Abbas: Paulus Gerinczy 1938—46

K I L N A C R O T T SS. Trinitas

gaelice: Cill na gCrot. Inter Mount Nugent et Ballyjamesduff, Co. Cavan, Ulster, Respublica Hiberniae, Dioc. Kilmore.

Abbatia. Anno 1924 fundata est tamquam prioratus, movente ac petente D. Finegan, episcopo Kilmorensi, a D. C. Ryan, canonico Tongerloensi. Initio 2 religiosi tantum. Ab anno 1926 plenum officium chorale. An. 1929 instituitur domus studiorum (juvenatus), ad obtinendas vocationes religiosas. Cum ab an. 1940 propter bellum, novitii non iam potuerint mitti in Tongerloam, suppresso juvenatu, apertus est proprius novitiatus. Prima vestitio an. 1942. Annis 1949/52 incipitur constructio extensae novae abbattiae, nondum perfectae. In abbatiam sui juris evehit anno 1954. Filia Tongerloae, immediate subdita Abbati Generali. Anno 1957 fundavit prioratum in Annan (Dumfries, Scotia), an. 1959 in York (Australia Occid.). Anno 1956: 27 religiosi.

Litteratura: *Cat. Gen. Ord.* 1956 — *OPremBN* (II, 1928) 168 — *Erectio prioratus Kilnacrott in abbatiam* (*Anal. Praem.* XXXI, 1955, 168/69 — *The Canons Regular of Prémontré*, Kilnacrott 1954, pp. 23/34 — P. O'NEILL, *The Birth of an Abbey*, in: *Yearbook of the Diocese of Kilmore* 1954, p. 18a.

S e r i e s s u p e r i o r u m

Cuthbertus Ryan, prior 1924—39 Fedleminus Colwell, abbas 1954—

Paulus D'Hoine (item) 1939—54

K Ü L S Ö V A T

In comit. et dioec. de Veszprem, Hungaria

Parthenon III. Ordinis regularis. Fundatus est et canonice erectus an. 1927 per D. Ferdinandum Rott, episcopum de Veszprem. Eodem anno Ordini aggregatus est. Sorores, quae vota simplicia perpetua emiserunt et sub jurisdictione et clausura episcopali vivunt, a Dna. Maria Anselma

Wisnicka, abbatissa Imbramowicensi, initiaae sunt vitae religiosae Paulatim fundatae sunt variae domus et stationes filiales. An. 1950 omnia sunt suppressa.

Litteratura: *Cat. Gen. Ord.* 1928 — GRASSL 121

L A C O L L E St. Joseph

Saint-Bernard-de-Lacolle. Juxta vicum Lacolle, Cty. St. John, Prov. Quebec, non longe a limitibus Statuum Foed. Americae, Canada.

Prioratus, fundatus an. 1949, instigante Mgr. Forget, episcopo Sti. Joannis de Quebec, ab Em. Staelmans, abbate Tongerloensi. Proprium habet novitiatum, et administrat parochiam loci. An. 1958: 17 religiosi.

Litteratura: *Pro Nostris* 1950 pp. 33/35.

M E S N I L - S A I N T - D E N I S SS. Cordis Jesu

Propre La Verrière, arrond. Rambouillet, Dép. Seine-et-Oise, Dioc. Versailles, in Gallia.

Asceterium fundatum anno 1889 a Maria Alexandra Husson-Carcenac, quae recepit habitum Ordinis ab Episcopo Versaliensi an. 1888, et facta est prima priorissa. Etsi clausura non fuerit totalis, et moniales administrent orphanotrophium, Capitulum Generale Ordinis parthenonem recognovit tamquam II. Ordinis anno 1896. Monasterium, primitus fundatum in Mousseau, constructum est sumptibus matris fundatrixis in Mesnil - St. Denis annis 1894/95. Moniales nomini suo „Maria“ adiungunt nomen Sancti cuiusdam vel mysterii. Leges monasteria dirimentes an. 1903 huic domui pepercerunt. Vota sunt perpetua, sed simplicia. Anno 1945 iterum ad statum domus III. Ordinis est reductum. Mox moniales pae egestate domum suam derelinquere coactae sunt. Quae empta est nuper a Sororibus Oblatis Assumptionis BMV. Duodecim religiosae Ord. Praemonstr pro tempore adhuc ibi degunt. Reliquae vero castrametatae sunt in hospitium Villers-Bocage (Calvados, dioc. Bayeux), ubi domus matrix definitive est constituta. Iam evolant sorores ad fundandas domus filiales. Status personalis: 1894:19; 1900:25; 1928:40 religiosae.

Litteratura: COTTINEAU 1829 — GRASSL 118/19 — PETIT 127, 135 — *Catal. Gen. Ordinis* 1894—1928 — V. C. FAINE/LEROY, *Une âme ardente. La Rde. Mère Marie de la Nativité Husson-Carcenac*, Vanves 1912, et Rambouillet s. d. — *Anal. Praem.* 1946/47 pp. 140/43 — *Pro Nostris* 1958 p. 80

P r i o r i s s a e :

Maria a Nativitate Husson-
Carcenac 1889—97

Maria a Sta. Caecilia Morisse
1946—

Maria a SS. Angelis Bouts 1897—
1946

N A N T E S S. Petrus

Prioratus Nannetensis.

Sedes episcopalis, Dép. Loire-Atlantique, in Gallia

Anno 1879 D. Lecoq, episcopus Nannetensis, expedit religiosos ab abate Montis Dei, qui administrarent capellam N. D. de la Salette, 32 Rue de Coudray in civitate Nannetensi. Prima expulsio anno 1880. Anno 1887, residentia evehitur in prioratum conventualem sui juris. Biennio post transfertur in novam domum Avenue de la Beraudière. Construitur monasterium, quod sequitur ecclesia annis 1895/96. Anno 1900, cum 15 religiosi ibi servirent Deo, S. Sedes permittit elevationem monasterii ad dignitatem abbaticalem, quod vero decretum non exequitur propter persecutioes imminentes. Post multas vexationes, anno 1904 conventus expellitur, et recedit exsul in Belgium, ubi canonicis Montis Dei se adiungit. An. 1919 revertitur in Nantes. Sed antiquum suum monasterium, rei militari inserviens, nequit recuperari, ideo provisorie se collocat in suburbio Doulon. Postea haec domus posita est sub tutela abbatia Montis Dei, cuius abbas est administrator perpetuus. Post bellum, inauguratur seminarium canoniale, ampliantur aedes an. 1949. Antiquum monasterium in civitate ex adjectis belli destructum est. Status personalis 1894:11; 1900:10, 1928:7, 1956:3 religiosi.

Litteratura: *Catal. Gen. Ordinis* ab an. 1894 — GOOVAERTS III 50, IV 81 — GRASSL 119 — PETIT 127, 134 — *Quinze mois de siège chez les Prémontrés de N.*, Nantes 1904

S e r i e s p r i o r u m :

Augustinus Balley 1879—1910
Paulus Pelletier 1911—27
antea prior in Balarin
Adrianus Frotté 1927—41
exinde sub administratione
(Abbas Montis Dei 1941—45)
Petrus Lannelongue 1941—42

Donatianus Fleury 1942—43
Robertus d'Azambuja 1945—47
Mauritius Frebourg 1947—48
Gummarus Volkaerts 1948—55
Vincentius Godard 1955—56
Philippus Sausin 1956—

P E T R O P O L I S

B. M. V. a Ssmo. Corde et Sta. Theresia

In civitate Petropolitana, Rua Coronel Veiga 1705, Estado do Rio de Janeiro,
dioc. Nictheroy, ab an. 1948 Petropolis, Brasilia.

Asceterium II. Ordinis. Fundatum est anno 1930, instigante domicella Sylvia de Souza Leite, quae facta est canonissa in Bonlieu-Grimbergen. Fundatio ex hac canonia cum apparuerit impossibilis, Gulielmus Adriaansen, rector collegii Sti. Vincentii a Paulo⁴⁰⁾, novi parthenonis fautor et promotor eximus, adiit asceterium Vallis Stae. Catharinae in Neerlandia, quod suis expensis et sororibus fundationem peregit. Monasterium constructum est in colle „Ponte do Fones“ vulgo nuncupato, non longe a dicto collegio, juxta capellam tunc nondum perfectam, Stae. Theresiae a Jesus Infante dedicatam. Anno 1930:12, 1934:10, 1958:14 religiosae, inter quas 6 indigenae. Asceterium est ab initio sub iurisdictione Ordinis, paternitatib[us] abbatis Averbodiensis subditum. Praepositi munere excurrendo fungitur canonicus quidam in dicto collegio residens.

Litteratura, praeter alias notitias in periodicis, nondum exstat. — *Cat. Gen. Ord. et Circ. Brab.* (Cf. *Pro Nostris II* 1930 pp. 10/12; et 1958 pp. 62)

PIRAPORA B. M. V. a SS. Corde et S. Norbertus

Pirapora do Bom Jesus. Vicus pertinens ad municipium Parnahyba. Est. de Sao Paulo, in dioecesi eiusdem nominis, Brasilia.

Prioratus. Fundatum tamquam collegium dependens ab abbatia Averbodiensi anno 1897. Biennio circiter post aedes fuerunt perfectae. Varia fuerunt successive nomina eius: Collegium Sti. Norberti, Seminarium Praemonstratense, Seminarium Metropolitanum. Annis 1905/49 enim erat Seminarium minus pro variis dioecesibus, abbatiae Averbodiensi commissum. Ab an. 1940 est sedes novitiatus pro domibus Averbodii in Brasilia, quem modo frequentant etiam fratres ad „Institutum Parcense“ pertinentes⁴¹⁾. Anno 1952 Pirapora erigitur in prioratum dependentem ab abbatia Averbodiensi, cum plena vita conventuali, et dirigens Seminarium Ordinis

Litteratura exstat in periodicis tantum — GRASSL 126 — *Catal. Gen. Ord.* ab an. 1947 —

SCHÖNAU St. Florinus

prope Strüth, Kreis St. Goarshausen, Hessen-Nassau. Dioc. Limburg, Germania.

Abbatia Ord. Sti. Benedicti, fundata tamquam praepositura abbatiae OO. SS. in Schaffhausen circa annum 1124 in Lipporn a Dudone comite de Lurenburg. Mox transfertur in Schönau. Anno circiter 1134 fit abbatia, an. 1135 erigitur asceterium contiguum, in quo vixit Sta. Elisabeth († 1164), ad cuius reliquias adhuc viget peregrinatio. Qui parthenon in-

⁴⁰⁾ Quod collegium administratur a canonicis abbatiae Averbodiensis.

⁴¹⁾ Sic igitur vocatur modo summa institutionum, quas fundavit et administrat abbatia Parcensis in Brasilia. Praesertim sunt parochiae in dioecesi Montes-Claros, nuper etiam collegium. (Vide *Cat. Gen. Ord.* 1956)

teriit an. 1606. Abbatia virorum pertinuit, ab an. 1459, ad celebrem Congregationem Bursfeldensem, in qua haud exigui erat ponderis. Suppressa est an. 1803. Ecclesia exstat, quae est modica sicut residua monasterii. Anno 1948, favente episcopo Limburgensi, ibi communitas Teplensis se collocat, exsul e Cecoslovakia. An. 1956 pertinent ad communiteatem 40 religiosi, inter quos 12 residentes in canonica Schönau. Abbas est idem ac Teplensis⁴²⁾.

Archivalia: Staatsarch. Wiesbaden.

Litteratura: cf. *LThK* IX 308. De Sta. Elisabeth vide *ibidem* III 631.

S P A L D I N G Lily Valley

Oppidum in Lincolnshire, Anglia. Dioc. Nottingham.

In hoc oppido erat prioratus abbatiae Tongerloensis ab anno 1872, qui nunc est mera parochia. Minus notum est factum quod anno 1876 ibi fundatum est etiam asceterium II. Ordinis, auxiliante nobili viro Sir Arthur Young, qui Praemonstratenses paulo ante in Angliam revocaverat. Duae mulieres indigenae Ordini se obtulerant, et an. 1877 sunt vestitae; quibus se adiunxit paulo post postulans quaedam e Belgio. Asceterium Catharinadal in Oosterhout donavit pannum pro vestibus. Eodem anno, conventus ampliatus est, anno sequenti ibi degunt septem sorores, scholam catholicam administrantes. Episcopus de Nottingham recognovit asceterium esse exemptum, et iurisdictioni abbatis Tongerloensis soli subditum. Ille igitur nominavit etiam praepositos: primus erat J. Jochems, secundus vero Gerebernus Seadon⁴³⁾). Anno 1879 dedicatur nova ecclesia, simul parochialis, in qua tamen pars conventui erat reservata. An. 1881 conventus linquit locum et transfertur in Sutton (Surrey). Die 16a febr. 1882 est „sollemnis et formalis introductio Ordinis in Sutton“, die 5a martii dedicatur ecclesia. Eodem anno, episcopus de Southwark asceterium supprimit.

Fons: Arch. Abb. Tongerloo, Corresp. Abbatis de Swert. — Archivum Prioratus de Crowle, Diarium Canonici Geudens, ad annos 1877/79 (Quod mihi benigne communicavit R. D. Patricius Kerrigan, prior modernus in Crowle). Praeter brevem notitiam apud GEUDENS, *A Sketch* (v. vol. II 30) p. 48, litteratura exstat nulla. Immerito omnes reliqui scriptores moderni Ordinis hoc asceterium pretermittunt.

⁴²⁾ Vide vol. I 317

⁴³⁾ Jacobus Jochems postea evasit praepositus in Neerpelt. G. Seadon factus est abbas titularis de Welbeck.

STORRINGTON B. M. V.

prope Pulborough, Sussex, dioc. Southwark, Anglia.

Prioratus, fundatus an. 1882 a Duce de Norfolk pro conventu exsule de Frigolet. Initio 5 canonici, an. 1889: 16 religiosi. An. 1883 obtinuit proprium novitiatum. Qui reversis patribus in Ferigoletum, mox iterum cessavit. Attamen Storrington mansit domus formata. Anno 1902 constructa est ecclesia, ad quam viget peregrinatio ad imaginem „O. L. of England“. Anno sequenti eo aufugiunt communites de Frigolet et de Conques, e Gallia denuo expulsae. Post mortem ultimi canonici Ferigoletensis anno 1940, abbatia mater non amplius potuit providere prioratui suo. Canonici Angli, professi Tongerloenses, advenerunt ad custodiendum sanctuarium. Per multos annos ibi degebat unus sacerdos tantum. Mense martii an. 1952 prioratus transiit ad abbatiam Tongerloensem. Reficiuntur aedes, resumitur vita conventionalis, restituitur proprius novitiatus, ditatur domus donis benefactorum. Hodie ibi degunt 16 religiosi.

Litteratura: Praeter varios articulos in periodicis anglicis, vide apud Frigolet.

Series priorum

Aloysius Daras 1882—88	Franciscus Laborde 1912—30
F. Xaverius Rieux 1 ^o 1888—94	Philippus Beasley 1930—40
Norbertus Philibert 1894—1900	Cuthbertus Ryan (parochus) 1944—52
Godefridus Guigue 1900—03	Fedleminus Colwell 1952—55
F. Xaverius Rieux 2 ^o 1903—12	Hubertus Matthee 1955—

S V A T Y K O P E Č E K

Germanice: Heiligenberg. Prope Olomouc (Olmütz) in Cechoslovakia, juxta prioratum canonicorum Ordinis⁴⁴⁾.

Domus matrix sororum III. Ordinis regularis, fundata an. 1902 ab Adalberto Frejka, canonico Strahoviensi. Soror Michaela Andrusikiewicz ex Zwierzyniec⁴⁵⁾ formavit primas novitias et rediget statuta. Fundatae sunt domus filiales in Stresovice-Andelka prope Pragam an. 1904, post bellum insuper in hisce locis: Veska, Trsice, Dolany, Libejovice, Trnava, Kosice, Nemicice, Prostejov, Olsany, Nezamyslice, Ruda nad Moravou, Humpolec, Roudnice, Turnov, Tabor. Aliqua loca in posterum iterum sunt derelicta. Anno 1927: 48, 1928: 79 sorores. An. 1930 constructum est amplum novum monasterium. Anno 1948 106 sorores laboraverunt in 12 locis. Anno 1939 separatae sunt domus filiales in Slovakia sitae, tamquam propria pro-

⁴⁴⁾ Vide vol. I p. 314

⁴⁵⁾ GOOVAERTS II 12

vicia, vide infra sub Vrbovo. Praeparata iam erat reversio sororum in praeclarum asceterium Doxanense, cum anno 1950 omnia fuerunt suppressa. Sorores Vindobonenses, de quibus infra, obtinuerunt jura et privilegia domus matricis de Sacro Monte Olomucensi.

Litteratura: GRASSL 121 — Cat. Gen. Ord. 1920/28 — Schematismi

VEERLE Immaculata Conceptio B. M. V.

Inter Averbode et Tongerloo, Prov. Antwerpen, dioc. Mechelen, Belgium.

Asceterium II. Ordinis. Fundatum est primitus in NEERPELT (prov. Limburg, dioc. Leodiensis, in Belgio).

Theodorus Brouwers, vir quidam pius et dives, in testamento suo an. 1856 destinaverat domum et hortum suum ad fundandum quoddam asceterium, quod operam daret instructioni puellarum. Parochus loci, executione testamenti oneratus, adiit Vallem Stae. Catharinae in Oosterhout, quae consentit. Anno sequenti obtinetur confirmatio Stae. Sedis, incipitur constructio aedis, et anno 1858 inauguratur conventus sub titulo „Refugii B. M. V., sine labo conceptae“, cum 11 religiosis. Anno 1862 instituitur proprius novitiatus, schola adnexa an. 1886 alii congregationi committitur ut incompatibilis cum clausura. Annis 1891/92 construitur nova ecclesia ampla et publica. Anno demum 1920 monasterium, eatenus Valli Stae Catharinae subiectum, fit omnino sui juris. Anno tandem 1948 recognoscitur exemptio ab episcopo, et jurisdictionis Ordinis, videlicet abbatum Tongerloensium. Municipalitas an. 1952 conventum coagit monasterium vendere. Ille novam domum sibi construxit in loco longe aptiori, magno horto circumdato, medio inter abbatias Averbode et Tongerloo:

VEERLE, ubi an. 1955 coepit habitare. In Neerpelt iam omnes aedes sunt deletae. Status personalis 1860: 17, 1890: 24, 1900: 22, 1915: 26, 1928: 23, 1950: 32, 1958: 32 religiosae.

Litteratura: OPremBN I 76, II 89 — GRASSL 115 — PETIT 135 — v. d. HURK 42 — COMISSARIS (v. St. Catharinadal) 14/15 — J. CONINX, *Neerpelt, Korte geschiedkundige schets*. Neerp. s. d. (1953) — R. JORDENS. *Naar aanleiding van een jubelfeest (Het H. Misoffer XII. Tongerloo 1909)* — R. VERLINDEN, *Uit de geschiedenis van Neerpelt (Pro Nostris XXIII. 1958, 38/58)* — G. VLA-MINCKX in *Toren* (Aug. 1957)

P r a e p o s i t i (initio de jure erant „vicarii“ tantum)

Laurentius van Uden (Bernensis)
1859

Remigius Oomen (Tongerloens.)
1859/60

Augustinus Martens (Tongerl.)
1860/62

Arnold Goossens (Beren.) 1862/67
postea praep. in Valle Stae. Catharinae

Laurentius Burmanje (item)
1867/71

Michael Biddeloo (ut sequentes, de
gremio Tongerloensi) 1871/87

Hieronymus Klaassen 1887/89

Jacobus Jochems 1889/1904
antea praep. Vallis Liliorum in Spaldin
Libertus Gevelers 1904/17
Bernardus Mertens 1918/30
Emmanuel Geudens 1930/49
Reginaldus Verlinden 1949—

V R B O V O

In Slowakia

Domus matrix sororum III. Ordinis regularis, segregata a domo generalitia in Svaty Kopeček anno 1939, cui tamen Superiorissa provincialis in Vrbovo semper mansit subiecta. In Slowakia, anno 1950, 120 sorores (inter quas 30 novitiae) Deo servierunt in filialibus Kosice, Bratislava, Trnava, Dvorniky, Bur. Sv. Mikulas, Nitra, Banska Bystrica (2), Kysucké Nové Mesto, Ceklis, Nova Bana, Presov (2), Sahy (= Saag, confer apud Circariam Hungariae), et Likier. Hoc eodem anno 1950 omnia sunt suppressa.

Litteratura deest. Vide supra ap. Svaty Kopecek.

W E S T D E P E R E St. Norbertus

Municipium in statu Wisconsin, dioecesis Green Bay, Stat. Foederati Americae Septentrionalis.

Abbatia insignis, directe Abbati Generali subiecta. Anno 1893, canonica Bernensis in Hollandia, rogatu G. Messmer episcopi Sinus Viridis, misit missionarios ad Belgas in hanc regionem immigrantes⁴⁶⁾. Qui missionarii primo degerunt in Kewaunee. Anno 1898 commissa est eis parochia Sti. Joseph in Depere, ad erigendam domum Ordinis. Eodem anno creatum est collegium cum schola. Anno 1902, nova fundatio facta est prioratus sui juris, et novitiatus canonice erectus est. Communitas crevit cito: 1902 10 religiosi, 1906: 27, 1916: 37, 1926: 65, 1948: 165, 1956: 221. In statibus Wisconsin, Michigan, Illinois et Montana 27 ecclesiae parochiales commissae sunt canoniae, quae inter alia, etiam operam dat curiae animarum tribuum Indianorum Oneida et Sioux vocatorum. Anno 1925 evehitur in abbatiam; tunc tantum introductum est officium canonicum in choro. Eodem iam anno

⁴⁶⁾ Qui Belgae infecti erant haeresi quadam, a sacerdote apostata Villatte propagata. Iam medio saeculo ante, abbatia Wiltingensis in hac regione fundaverat missionem, cuius ultimum membrum obierat an. 1890.

statio radiophonica est erecta. Novitiatus primi anni translatus est in domum Sti. Augustini in Madison (Wisconsin), anno 1929. Scholae secundariae a canonicis apertae sunt sequentes: Archmere Academy 1932 (Claymont, Delaware); South East Catholic High School for Boys, Philadelphia 1934, Central Cath. High School Green Bay (St. Willibrord, Wis.) 1941; quae collegia conspicuis praedita communitatibus, omnia sunt domus formatae dependentes; quibus accedunt duae scholae secundariae: Essexville (Mich., 1905) et St. Willibrord's, Chicago, 1940. Anno 1954 fundatus est prioratus de Daylesford, de quo supra suo loco. Anno 1957, 114 professores religiosi, in locis supradictis instruxerunt universim 4470 discipulos. Scholae et institutiones paedagogicae, ipsi abbatiae adnexae, evolutae et auctae sunt valde, et magna est fama earum. Erecti sunt etiam duo „campi aestivales“⁴⁷⁾, pro junioribus et pro discipulis, „Camp Tivoli“ et „Morgan Lake“ nuncupati, sicut et altera statio radiophonica et magna statio „tele-visionis“. Aedes abbatiae eousque ad fines scholares potius adaptatae fuerant quam ad claustrales, nec extiterat ecclesia abbatialis, quae esset digna coenobio tam insigni et prospero. Ideo annis 1957/59 erecta est nova abbatia extensa, cum ampla et venusta ecclesia, in loco amoeniori ultra flumen Fox sito.

Litteratura: Varii articuli in periodicis, et Catalogi.

S e r i e s a b b a t u m

Bernardus Pennings superior 1893, prior 1898, abbas 1924—55

Sylvester Killeen coadjutor 1947, abbas 1955—

W I E N B. M. V. Mediatricis


Wien XVIII, Währinger Gürtel 77, Austria

Asceterium III. Ordinis regularis. Pusillus grex sororum, ab Ordinario Vindobonensi recognita ut pia unio, sub nomine „Ancillae Ssmi. Redemptoris et Mariae Omnia Gratiarum Mediatrix“, anno 1953 aggregatus est Ordini Praemonstratensi, favente D. abbati Geruseno moderno. Anno 1954 fit erectio canonica tamquam „Congregatio Sororum III. Ordinis Sti. Norberti“, cui committuntur iura domus matricis in Svaty Kopecek⁴⁷⁾, a revolutione communistica consumptae. Domus Vindobonensis instituitur tamquam matrix.

⁴⁷⁾ id est, loca recreationis.

⁴⁷⁾ Vide hic supra, et vol. I p. 314

SCHEMATA GENEALOGICA
CIRCARIARUM ET ECCLESIARUM
Explicationem vide vol. I 475



Prémontré

Dommartin

Pleineselve
Mirambeau?

La Luzerne
1143

Blancheleine
1154/55

Beauport
1184/89

Etoile
1130

Le Perray Neuf
1180

Lieu Dieu
1189

La Rochelle

Circ. Normanniae Borealis

(St. Pierremont)

Prémontre

Prémontré

Valsecret

Dilo


Done
Md 1138

Neuffontaines 1150
Aubeterre

Clermont
St. André
1169

Belleaux
Md ?
1152/88

Circ. Arverniae



Prémontré

„ex Gallia“?

Laon St. Martin

Case 1

Fuente la Encina
ca. 1149

Retierto M.d. ca. 1143

Lisboa S. Vicente
1140

- 9 -

Lisboa S. Vicente 1140

- 9 -

Herrera	Ibeas	Toledo	Alba	Arenillas	Monzon	San Juan	Almazan
1152	1151 Md	1152	ca. 1154	ante 1168	1176	Md de la Peña	ante 1262

Aguilar
1169 Md

Villoria
1243

La Vid
ca. 1143
Freznillo

Brazácora Torto 1161

Medina del Campo ante 1178
C. T.M. de los H. ^{heredos}
Reinoso

	Segovia ca. 1200	Tejo ante 1179	Ávila ante 1171	Vid	Tillamayor ante 1'66
Sardillas					

Bujedo ante 1162	Villamediana ante 1179 Md	Villapedro 1277
---------------------	------------------------------	--------------------

Ermida do Paiva

1163/88 Mu _____ ?

S. Miguel de
Croz 1162 Md
1165/68 Md

S. Miguel de Ciudad Rodrigo

Retuerta Md. ca. 1143


Lisboa S. Vicente
1140

- 9 -


Congregatio Hispanica 1573/1601

Madrid S. Norb. 1610 Madrid S. Joaquin 1635


Circ. Hispaniae




Circaria Normanniae Australis




Circaria Normanniae Borealis




Circaria Lotharingiae




Congregatio Antiqui Rigoris



Circaria Arverniae





CATALOGI CIRCARIARUM ET ECCLESIARUM saeculorum XIII et XIV

Ordo Praemonstratensis omnium primus videtur introduxisse subdivisionem regionalem. Haud mirum: imitatus est enim centralizationem rigidi Cisterciensium. Attamen sistema „filiationis“ eorum spernens, Ordo diffusus mox in regna dissita, subdivisionem quandam secundum regiones paulatim adoptavit. Primo, ipso adhuc saeculo XII, monasteria inter se vicina cumulatim adunata sunt in „circarias“, quibus praeponitur abbas quidam „circator“, seu visitator. Coenobia autem solitaria, longe ab aliis distantia, reservabantur Abbatii Generali, necdum dictis circariis adiungebantur.

Redacti sunt brevi post, et quidem probabiliter iussu Capituli Generalis, catalogi circariarum, et ecclesiarum ad illa pertinentium. Antiquissimos horum indicum, scilicet saec. XII vel circa annum 1200 redactos, non iam invenimus. Sed tales iam extitisse, variis indicis patet. „Vetera registra“ enim (de quibus infra), ex immutata transcriptione antiquiorum continent nomina domuum, quae ante ann. 1200 iam erant translatae, aut interierant: ut Kalisz, vel Ecclesia de Vallibus. Adducunt praeterea nomina monasteriorum, quae nobis aliunde penitus sunt ignota, quae vero absque dubio saeculo XIII, vel immo XII, brevem habuerunt vitam: Gorre, Iburg, Sclascasia, Balna Insula, et alia praesertim in Hungaria sita¹⁾.

Indicum existantium antiquissimus est Ninivensis I, ex abbatia Ninove in Belgio proveniens²⁾). Analysis tenoris eius docet, eum esse ortum ante annum 1240. Postea additamentis vix est auctus, nec videtur esse copia

¹⁾ Multa ex hisce enigmatibus, re diligenter perspecta, patuerunt esse reduplicaciones, sed non omnes. Studium intensem horum indicum nobis clare demonstravit, in illis omnem insertionem habere suum fundamentum in re.

²⁾ Continentur Catalogi Ninivenses I et II in „Libro Monumentorum SS. Cornelij et Cypriani juxta Ninive“ (in Archivo Archiepisc. Mechlinensi, Cartularium Ninivense S. XV, fol. 235/48). Pagina quinta auctor modeste se patefecit: „Liber fratri Marci Annaert canonici Ninivensis, scriptus et finitus per eum anno domini 1498 in profesto OO.SS.“ (Cf. ROCKWELL p. 7, et supra vol. I 17, et II 315) MS est nitidum, scriptura eius amoena et legibilis. Dictus frater videtur catalogos exscripsisse e codice originali saec. XIII.

Cat. Ninivensis I

cuiusdam „Veteris Registri“. Adducit singulas circarias — gallicas in capite —, in quibus monasteria referuntur secundum dioeceses ordinata, omissis omnino asceterii, praeter asceteria sui juris Circ. Brabantiae³⁾. Intercalantur nomina dioecesum, sed tacentur filiationes. In capite semper ponitur ecclesia „primaria“ circariae. Monasteria post annum circiter 1230 fundata desunt, sed etiam alia, tempore suo certe iam existentia, desiderantur, quod valet praesertim de circariis Frisiae et Hungariae. Nomina ecclesiarum generatim sunt accurata, fere absque corruptelis, probabiliter manu germanica secundum orthographiam epochae conscripta. Ordo, quo monasteria attribuuntur singulis circariis, aliquatenus differt ab ordine, quem vidimus in „Veteri Registro“ et in Catalogo recentiore (an. 1290/1320). Circaria Vadegotiae primo adducitur una cum Ilfeldensi, omissis asceterii. Alio autem loco, inferius, inter Circarias Gasconiae et Hispaniae, denuo inseruntur dictae circariae, sed separatim et multis asceteriis auctae. Quae videtur esse unica interpolatio, quam peracta segregatione Ilfeldensis Circariae a Vadegotiana, manus quaedam apparteret gallica, post annum 1250 catalogo nostro attulit. Circaria Saxoniae, anno demum 1224 Ordini denuo unita, omnino deest. Desunt pariter Circariae Scotiae et Hiberniae, sicut et Graeciae. Numquam catalogus N I memorat aliquam ecclesiam esse cathedralem, quod appetat apud Candidam Casam et apud Börglum.

Ex quibus igitur patet, Ninivensem I esse documentum pretiosum. Longe maioris valoris vero est Ninivensis II, illum immediate subsequens. Dum primus, haud secus ac „Vetus Registrum“, videtur esse index quidam uniformis et „officialis“, iussu Ordinis redactus ac ubique promulgatus, secundus catalogus videtur esse opus quoddam privatum. Redactor prodit se esse Flandrum, scribendo „Rodekerke“ pro abbatia Rothenkirchen in Germania⁴⁾. Forte fuit abbas quidam Ninivensis, vel canonicus quispiam, qui tamquam secretarius abbatis aut deputatus a conventu Capitula Generalia adiit, vir geographiae peritissimus, et addiscendi cupidissimus, omnes capitulares interrogans, inquirens de monasteriis eorum. Redactor probabiliter Capitulis Generalibus inter annos 1220 et 40 pluries interfuit, quia permulta Decreta Capitularia ad amussim notavit (... „diffinitum est“), in-

³⁾ Vide de statu eorum peculiari supra vol. II 247/48. Asceteria Circ. Vadegotiae et Ilfeldiae pariter enumerat, sed in interpolatione posteriori, de qua infra. — Prioratus etiam conventuales nonnisi rarissime in catalogos sunt inserti.

⁴⁾ Videtur tamen nonnulla habere e fonte quodam gallico: v. g. „Roggengbourg“, et integrum appendicem suprascriptum „Claustra sororum“.

Cat. Ninivensis II — Vetus Registrum

dicato saepius anno Capituli⁵⁾). Uperes eius annotationes minuta interdum praebent de fundatione, de situ et de constitutione ecclesiarum, et praesertim de mutatione circariarum et paternitatum. Ecclesias ipsas non inserit secundum circarias⁶⁾, sed secundum dioeceses et „provincias“, quam vocem non adhibet in sensu hierarchico, sed mere civili. Exordiens sicut decuit, a Gallia, dein enumerat reliquas ecclesias mixtim et satis arbitrarie, ordinem geographicum plane negligens. Asceteria affert fere nulla, quia saeculo XIII monasteria sororum haberi solebant tamquam partes integrantes abbatiarum. Habet tamen duas appendices, enumerantes „Claustra sororum, quae diversas habent possessiones“, ideo illa, quae erant sui juris, nec orta e monasterio quodam dupli. Quae appendix restringitur ad Circarias Westfaliae, Vadegotiae et Ilfeldiae. In fine invenimus asceteria huiusmodi in Frisia circa annum 1235 existentia, et pretiosas notitias de duobus asceteriis in Transsylvania sitis, eatenus plane ignotis.

Ninivensis II videtur esse ortus non unico ductu, sed tamquam opus plurium annorum. Praebet, paucis additamentis ad annum usque 1270 adiunctis, statum Ordinis circa annum 1235. Vix superaestimari potest eius valor, ab auctoribus hactenus omnino spretus atque neglectus.

In secundo dimidio saeculi XIII promulgabatur in abbatiis Ordinis index circariarum et ecclesiarum ad instar Ninivensis primi, sed auctus et ampliatus. Quem post redactionem elenchi definitivi inter annos 1290 et 1320 generatim fuisse vocatum „Vetus Registrum“, patet ex nota quadam in Catalogo Windbergensi. Subsistunt varia manuscripta istius „Registri“, quorum tria nobis innotuerunt. Secundum provenientiam ea vocamus Catalogum Scheftlariensem (S), Vincentinum (V), et Ursbergensem (U). Laiuelz in sua „Optica Regularium“ pariter hunc indicem reproducit, sed tot additionibus partim arbitrariis et erroneis auctum, totque corruptelis

⁵⁾ Decreta Capitulorum completa in Ordine non promulgabantur ubique. Unusquisque abbas tantum ea adnotabat, secum ferebat et domi promulgabat, quae intererant Ordinis in genere, aut propriae abbatiae vel circariae in specie (LEFEVRE, *Etudes sur la Liturgie de Prémontré*, Anal. Praem. III 1927, ed. text. p. 5). Atqui redactor nostri catalogi praebet de cuncta tangentia circarias valde dissitas, quod suadet eum interfuisse Capitulis personaliter.

⁶⁾ Nec in inscriptione, nec in ipso textu catalogi vox „circaria“ umquam inventur. Atqui in „Veteri Registro“ et N I paternitates tacentur. Supponimus, redactionem catalogi N II esse tentamen privatum, hunc defectum supplendi.

Vetus Registrum (Cat. Scheftlariensis)

depravatum, ut eum jure merito hic praetermittamus. Probabiliter hinc inde in archivis adhuc latent aliae copiae huius „Registri“^{7).}

Archetypus eius, ut iam diximus, videtur esse Ninivensis I (N I), qui est valde succinctus, sed exactus. Abbates regista huiusmodi secum tulerunt a Capitulo Generali; fratres transcriptores primo propriam circariam emendarunt et compleverunt, dein pro posse etiam alias circarias, praesertim vicinas, in quantum notitias de illis a peregrinantibus vel propria experientia adquisiverunt. Ita unaquaeque copia „Registri“ alium aspectum praebet, et praeter mendas, duplicationes et corruptelas propriam materiam haud exigui valoris continet.

Instituamus ergo examen tenoris praecipui ex copiis „Veteris Registri“, scilicet Catalogi Scheftlariensis (S), cuius MS originale, nitide scriptum circa annum 1270, inspeximus ac intense studuimus^{8).} Qui catalogus, ut N I, filiations non indicat, nec notat aliquod monasterium habere asceterium adiunctum. Enumerat tamen parthenones „affiliatos“⁹⁾ Circariarum Bohemiae, Moraviae, partim et Vadegotiae; et asceteria „sui juris“¹⁰⁾ ex nonnullis aliis circariis. Multa tamen coenobia, hac epocha orta, desiderantur. Haec omnia, sicut et mutationes circa attributionem ad singulas circarias, hic infra et in notis marginalibus ipsius textus, fuse exponemus, una cum differentiis, quae inveniuntur inter singulas copias „Veteris Registri“, scilicet Catalogos S, U (Ursbergensem¹¹⁾), et V (Vincentinum¹²⁾). Quae discrepantiae non sunt essentiales, et generatim ad orthographiam restringuntur. Dicti catalogi originem suam germanicam ne-

⁷⁾ Osterhoviense, de quo loquitur Hugo in praefatione suorum Annalium, et cuius MS originale invenire non potuimus, videtur suisdem generis.

⁸⁾ Staatsarch. München, Klosterlit. Schäftlarn Nr. 2 fol. 72/79. Hic infra a nobis prima vice publicatur, sicut et catalogi Ninivenses et Tongerloensis.

⁹⁾ Sic vellemus nuncupare asceterium, ortum per translationem e monasterio duplice ante an. 1140 fundato, vel usque ad an. 1180 non longe a canonica virorum tamquam eius filia. Prima categoria diu propria bona non habuit; in eorum regime priores vices gesserunt abbatum patrum. Secunda vero mox propria habuit bona, et gubernabatur a praepositis, praesertim in Bohemia et Polonia.

¹⁰⁾ Asceteria sui juris sunt illa, quae secundum N II „proprias habent possessiones“, origines suas non debentes translationi sororum ex monasterio quodam duplice. Quoad constitutionem sororum maxima viguit discrepantia in singulis circariis.

¹¹⁾ Bayer. Staatsbibl. München, CL 23455, MS saec. XIV

¹²⁾ Copia saec. XVI ineuntis, MS cuiusdam antiquioris, manu Nicolai Liebental canonici Sti. Vincentii Wratislaviensis (Cf. L. SANTIFALLER, MIÖG XV Erg. Bd. Innsbruck 1947, pp. 255/76)

Vetus Registrum (Cat. Scheftlariensis)

gare nequeunt, germanizant enim haud raro nomina extranea: Schlanckenmundt pro Szalankemen (U), Stainbach pro Zsambek (S), Dornaw pro Darno, Tierhaym pro Dereham, Wellerberg pro Welbeck (S). Immo distinguere vellemus scriptorem septentrionis vel occidentis Germaniae a Bavarо: V et U¹³⁾ habent Thumanstorff pro Tommarp, et Rymerstorff pro Rommersdorf; S vero Thumansdorf et Rumersdorf; dum N I praebet formam Germaniae Inferioris vel flandricam: Tumetorp et Rumerstorp.

Descendamus ad singula. Titulus S est succinctus: „Nomina ecclesiarum Premonstratensis Ordinis“, quem U ita complet: „... per distinctas circarias et dioceses“¹⁴⁾.

Circ. Franciae: Vetus Registrum Ninivensi I adiungit asceterium Bonneuil (Bonolium), tamen indicat falsam diocesim. Circ. Arverniae nondum existebat, ergo Bellevaux est apud Franciam.

Circ. Ponthiivi: SUV reduplicant Ressons: „Bessunum“, et „Rosenum“.

Apud Circ. Brabantiae appetet, redactorem N I nomina propriae circariae ad amussim recte referre, dum extranei auctores „Registri“ ea corrumpunt. Heinsberg, quod postea spectat ad Westfalię, adhuc Brabantiae addicitur. Desunt Catharinadal (1270) et Koningsveld (1250).

Circ. Westfaliae. Dum N I recte habet „Claro Holtensis“, SUV dant formam symbolicam: „Clarus Ortus“, quae secus non occurrit. Desunt omnia asceteria, etsi fuerint partim sui juris, at invenitur Berentrop (Silva Stae. Mariae), quod saec. XIV iam interiit. „Sanctus Nicolaus“ in fine, quod deest apud N I, vix est duplicatio pro Arnstein, unico monasterio Ordinis, huic sancto in dioecesi Trevirensi dedicato. Potius est Hagenau, quod infra etiam Circ. Suevia adscribitur, et quod teste fortasse hoc catalogo, ad tempus pertinuit ad Westfalię¹⁵⁾.

Circ. Vadeotiæ tunc adhuc coniuncta erat Ilfeldiae. Redactor catalogi S optime erat instructus de his circariis. Ipse solus enim adducit monasteria Michelfeld, Georgenberg et Hausen. Omnes autem copiae

¹³⁾ U videtur habere etiam elementa ex alia regione Germaniae.

¹⁴⁾ Titulus V deest

¹⁵⁾ Si canonica quaedam in pluribus MSS catalogorum duabus circariis est adscripta, licet concludere, eam de una ad alteram transisse. Scriptores enim eam novae quidem circariae adscripserunt, sed apud veterem non semper raserunt.

Vetus Registrum (Cat. Scheftlariensis)

,,Registri“ omittunt Retters¹⁶⁾ Germerode, Hachborn, Konradsdorf, Meerholz et Gommersheim, quae cuncta inveniuntur in N I.

Circ. Lotharingiae. SUV adducunt „Sta. Maria in Berok“, domum secus plane ignotam, quam varii auctores falso identificant cum asceterio Bonlieu. Probabiliter est duplicatio pro „Sta. Maria in Nemore“¹⁷⁾. Omnes pariter adducunt parthenonem Crécy, qui solus in circaria, non fuerat exortus e monasterio dupli. Quid sit „Vallis“, non eluet. Forte etiam est asceterium, vix tamen potest esse Vanault vel Belle Tanche. Forte est idem ac illa mystica „Ecclesia de Vallibus“, quae etiam Circ. Burgundiae adscripta est. „Vallis“ et „Chrisscin“ desunt in N I.

Circ. Borealis in Galoadaia. Idem est Galoadaia quod modernum Galloway, in qua parte regni Scotiae plura monasteria circariae erant sita. Quae designatio iam invenitur in N I et II, sed post annum 1290 supprimitur. Catalogi SUV abbatiam Drieburgensem vocant „Neumburdi“, addunt Callat, quod est duplicatio pro „Taleslehu“ (= Tal-y-Llychau) infra Circariae Medianae adscripto, et etiam enigmaticum illud coenobium „Gorie“ sive „Gorre“.

Apud Circ. Angliae Mediae appareat, quomodo archetypus N I, quoad omnia exactus, a descriptoribus Veteris Registri sit corruptus. N I, habet: „Nehus-Welefort Lavendana-Haguenebi“, SUV vero erronee ponunt: „Nemus Wellefort Lavendana-Neuchus“; ita reduplicando Newhouse, et omittendo Hagnaby. Beaulieu hic falso adducitur in Veteri Registro tamquam duplicatio pro Bayham, quod de facto spectat ad Circariam Australiem. Reduplicat Registrum apud Medianam insuper Beauchief (Beantes-Beoucef¹⁸⁾), Dale (bis Parcus), et Sulby (Willefort-Werefert). Werefert potest etiam esse Welbeck, ad Medianam de facto pertinens.

Apud Circ. Angliae Australis deest Wendling, an. 1270 fundatum. Circ. Normanniae nondum est divisa in australem et borealem, et continet tria monasteria, quae postea Circ. Arverniae (tunc non-

¹⁶⁾ Nisi forte lateat haec domus sub voce „Steinbach“, ubi secundum STRAMBERG l. c. primitus fuerat fundata. Parum probata est haec assertio, tamen est mirum, in MSS catalogorum aut insertum esse „Steinbach“, aut „Rettrez“, numquam ambo simul. — Quae identitas si esset vera, corrueret hypothesis nostra de parthenone Steinbach OSB, sola insertione in catalogos commendata. Vide vol. I 111 et 115.

¹⁷⁾ Vide supra p. 117

¹⁸⁾ Vide vol. II 90

Vetus Registrum (Cat. Scheftlariensis)

dum existenti) addicuntur: Doue, Clermont et Neuffontaines. Copista quidam saec. XIV, probabiliter Gallus, videns in aliquo elenco abbatiam neoerectam „Coeli Porta“ in dioecesi Constantiensis¹⁹⁾, huic nostrae circariae eam inserit post Blanca landam, putans, dictam dioecesim esse eandem quae Coutances.

Circ. Gasconiae. S praetermittit La Casedieu, La Capelle et St. Jean de la Castelle, quae V omnes, U partim adducit. Mirum est, „Stum. Pelagium“ huic circariae esse adscriptum. Neque Arenillas de San Pelayo, neque San Pelayo de Cerrato umquam pertinere potuerunt ad illam: sitae enim sunt in corde Veteris Castellae, variis abbatis Circariae Hispaniae circumdatae. Potius putamus inscriptionem dictae circariae, immediate subsequentem, hic falso esse appositam, et inter „Ecclesiam de Muro“ et „Stum. Pelagium“ esse locandam. Stus. Nicolaus de Fondarella, ad Circ. Gasconiae spectans, redactoribus „Veteris Registri“ magnam causavit confusionem. Generatim eam attribuunt dioecesi Trevirensi, confundendo eam cum Hagenau, quam invenimus apud Circarias Westfaliae et Sueviae.

Apud Circ. Hispaniae, desunt, praeter parthenones, abbatiae Villoria, et Ermida do Paiva.

Circ. Burgundiae, „Ecclesia de Vallibus“ habetur tantum in „Veteri Registro“. Nondum elucidatum est mysterium huius abbatiae, quae secundum Hugo, eadem est ac Grandgourt²⁰⁾.

Apud Circ. Frisiae maior pars deest, attamen magis invenitur quam in N I. Insertae sunt tantum abbatiae, quae secundum normas Ordinis sunt constitutae et rectae. Varia autem illa monasteria duplia, a praepositis gubernata, et contra mentem Ordinis probabiliter fundata atque continuata²¹⁾, manifeste ignorantur, sicut et numerosa asceteria. Tria tamen monasteria huiusmodi infra apposita sunt Circariae Norvegiae (Langen, Marne²²⁾ et Barthe), quae saeculo XIII probabiliter ligamine circariali nondum erant adstricta. „Sta. Maria in Balna Insula“, a Veteri Registro tantum allata, maximum praebet problema, nec patet, ad quallem categoriam coenobiorum pertinuerit. Berne, Marienweerd, Zennewijnen et

¹⁹⁾ Himmelsporte, Dioc. Konstanz, Circ. Sueviae (Vide vol. I 72)

²⁰⁾ Bibl. Publ. Nancy MS 991, p. 73. Vide infra in supplemento.

²¹⁾ Vide supra vol. II praefationem ad Circ. Frisiae, pp. 153 sq.

²²⁾ Apud ipsam Circ. Frisiae, Marne occurrit quidem in N I, sed nullibi in Veteri Registro. Vide quod diximus supra hac de re apud N II.

Vetus Registrum (Cat. Scheftlariensis)

Klarholz et hic, et apud alias circarias recensentur, quod probat, eas ad tempus Frisicae dedisce nomen, dein vero ad circarias suas originales revertisse, quibus eas iam N I adscribit. Wittewierum duplicatur: „Floridus Mons“ (designatio secus ignota) et „Floridus Ortus“, quae sola invenitur apud N I.

Circ. Sueviae et Bavariae adhuc sunt separatae. Steingaden spectat ad Sueviam, Plaga ad Bavariam. Parthenones sunt omissi, tamen redactor U correxit nomen „Madelberg“ in „Adelberg, et sorores“.

Circariam suam Poloniae redactor V bene complevit et correxit, videtur tamen et ille praetermittere saltem unam domum. Desunt enim Imbramowice (1210/20) et Krzyzanowice (1227/40), quarum una videtur latere sub voce „Slicasia“, eatenus omni explicationi se opponente. Circ. Bohemiae et Moraviae adhuc sunt sciunctae. Moraviae, S adscribit monasteria Austriae septentrionalis, quod corrigit U. Brzesko („Brenna“, -Hebdow) in N I adhuc Moraviae, apud Registrum iam Poloniae est adscriptum. Circ. Graeciae, solus S addicit monasterium quoddam „Sti. Nicolai extra muros“ Constantinopoli, secus plane ignotum, Videtur esse error²³⁾). Palaestinensis coenobia tunc spectabant ad Circ. Tusciae, ut infra.

Quoad Circ. Hungariae, ut in praefatione eius supra, vol. I, iam exposuimus, Vetus Registrum praebet problemata satis intricata.

Dum N I unum solum coenobium habet, archicoenobium videlicet Sti. Stephani, Vetus Registrum ad amussim totam fere circariam enumerat. Reduplicari videntur Turocz (Thours-Turocl), Türje (Gerla-Jurla), forte etiam Csorna (Schirna-Stus. Michael). Desunt Pok, Keme et Janoshida; Almas videtur latere sub voce „Alaska“. Sequentia monasteria ceteroquin penitus sunt ignota: „Insula Lazari, Stus. Augustinus, Albei, Zeynlin, Magedlin“, sicut et asceteria „Drozo: et „Zopriza“ - pro quorum existentia igitur Vetus Registrum unica est probatio.

Elenchus Circ. Saxoniae in N I omnino deest, probabiliter quia tempore redactionis eius a Praemonstrato penitus fuit separata. Veteri Registro Saxonia est inserta, sed satis confusa et corrupta. Dioecesum indicatio est manca et inaccurata; primae duae canoniae, praeter consuetudinem, additionibus augentur narrativis. Duplicatur Klosterrode, desunt

²³⁾ Cf. vol. I 406, Forsan est idem ac ecclesia Sti. Nicolai in Pharpar, quae pertinuit canonicis Dominici Templi (POTTHAST 3620), et cum quibus Ordo noster tunc saepius confundebatur.

Vetus Registrum (Cat. Scheftlariensis)

Themenit̄ atque Rehma. Mirum est, quod index ecclesiarum cathedralium in fine repetitur. Havelberg, saltem in cat. S supra omissum, infra adiungitur; Lübeck („Lubich“) perperam additur. Ecclesia cathedralis Rigensis, in hoc indiculo velato sub nomine bis enumeratur²⁴⁾. Circ. Daciae, id est Daniae, a Norvegia adhuc est separata. Desunt Dragsmark et Vrejlev, enumeratur abbatia SS. Trinitatis in Lund, mox peritura. Circ. Scotlandiae, in NI adhuc deficiens, in Veteri Registro prima vice apparet, Scotiam septentrionalem et Hiberniam tunc temporis complectens. Propria Circ. Hiberniae nondum enim existebat. Redactores Registri huic Circ. Scotlandiae, sicut et duabus sequentibus: Sclaviae et Norvegiae, videntur appendisse cuncta, quae secus collocare non potuerunt. Situm coenobiorum probabiliter plane ignorantes, posuerunt ea in has dissitas regiones, quas habuerunt pro „Ultima Thule“. Scotia primo enumerat Fearn, Carrickfergus, mysticum illud Ballineval, et Cill na Manac, omnes reapse ad illam spectantes. Dieulacresse, Tuam, et Loch Cé desunt. Dein sequuntur: Huveaune (primo extra unionem circarialem, dein apud Gasconiam); et quinque canoniae polonicae, ex quibus „Sta. Maria“ (= Plock), „Calis et Oleboch“ (aliunde ignotae²⁵⁾) supra apud Circ. Poloniae desiderantur.

Circ. Slaviae apud NI recte constat solis ex abbatis „Husnam“ et „Belbuch“. Desunt asceteria Treptow et Stolp. Registrum addit „Isagrabiam“, quod est corruptela pro Ivanic²⁶⁾; „Riga“: supra apud Saxoniam iam bis adscriptam; „Peldach“: quod est duplicatio pro Belbuck; et „Gotteswan“, quod est idem ac Chotesov (Circ. Bohemiae). Circ. Norvegiae apud NI solam affert „Tusbergam“. Registrum addit: „Busscha“, quae forte est eadem ac Busko (Circ. Poloniae); dein tria monasteria duplicita Circ. Frisiae, et „Iburg“, quod eatenus nemo identificare potuit.

Circ. Tuscia complectitur totam Italiam, et canonias in Palaestina sitas. Prima fundatio in Italia: „Tudernum“ (ca. 1130, = S. Leucio di Todi) in Tuscia situm, sed an. 1236 iam suppressum, videtur huic circariae dedisce nomen. Todi deest quidem in NI, sed enumeratur in Registro.

Loco abbatiarum Sti. Samuelis et Sti. Habacuc iam invenimus „St. Samuel in Accaron“, quod demonstrat redactionem esse factam post annum 1244. Duplicatur Camerota, triplicatur Barletta. Deest (ut in omnibus cata-

²⁴⁾ Imbria et Linoma. Vide vol. I 248

²⁵⁾ Ex NI tamen videtur patere, eas fuisse „clastra sororum in Polonia“. Cf. supra vol. II 352.

²⁶⁾ Stat probabiliter, ut saepius, dioecesis pro monasterio. Vide supra II 260.

Index an. 1320 (Cat. Tongerloensis)

logis) Gratteri. Solus Cat. S adducit coenobium „Montis Ste. Katherine“ aliunde penitus ignotum.

Studium intensem „Veteris Registri“ probat, hunc indicem maximi esse valoris, eo magis, quod Acta Capitulorum illius epochae sunt amissa. Corruptelae et mendae, in omni copia plus minusve occurrentes, comparatione facile possunt corrigi, et immo haud raro ad novam lucem et cognitionem nos inducunt.

„Vetus Registrum“, et eius archetypus N I, videtur esse elenchus mere statisticus, ad usum probabiliter abbatum visitatorum. Tamen mox patuit, eum esse insufficientem. Praeter nomina circariarum, abbatiarum et dioecesum nihil omnino dicit, et asceteria praetermittit fere omnes²⁷⁾. Ad quam lacunam explendam, forte est redactus N II, qui tamen videtur esse, ut iam supra diximus, opus privatum. Sic ergo stabant res circa annum 1300.

Oportuit tunc superiores Ordinis habere novum catalogum completum et emendatum, qui indicaret novam divisionem circariarum, anno 1290 probabiliter decretam; indicem, quo pateret, cui patri abbati singulae canoniae sint subiectae, quotque deberent solvere tallias Ordini, et qui praebet nomina omnium parthenonum, quorum existentia Capitulo Generali tunc tandem visa est admittenda ut legitima.

Talis index redactus est, iussu eiusdem Capituli Generalis, anno 1320. Organizatio definitiva circariarum, sequentes ei affert innovationes: Omnes canoniae, etiam dissitae, addictae sunt alicui circariae. Funduntur circariae sequentes: Norwegia cum Dania, Moravia cum Bohemia, Suevia cum Bavaria, Graecia cum „Hierosolymitana“²⁸⁾. Dividitur Circaria Normanniae in Borealem et Australem, a Vadegotia scinditur Ilfelia, et creatur nova circaria: Arvernia. In attributione canoniarum ad singulas circarias permulta commutantur.

Nomina circariarum non sunt apud singulas copias catalogi concordes. Apud regiones magis dissitas vox „circaria“ saepe supprimitur, legimus v. g. „in hibernia“, „in sclavia“, „in Norwegia“, „in provincia Sti. Andrei“, et „in provincia Hierosolimitana“. Quod forte indicat, haec coeno-

²⁷⁾ Notandum est, saeculo XIII, tempore igitur quo redactae sunt copiae „Veteris Registri“, Capitulum Generale, iam dudum monialibus infensissimum, de novo suppressisse omnia asceteria an. 1270. Quod decretum vero in multis circariis non potuit exsequi.

²⁸⁾ Monasteria in Palaestina sita, quorum ultimum periit anno 1293, antea spectabant ad „Circ. Tuscie et Calabrie“.

Index an. 1320 (Cat. Tongerloensis)

bia non fuisse coadunata ligamine circariali, sed immediate fuisse subdita Generali, ut iam antea saepius fuerat ordinatum.

Circ. Franciae. Bella Vallis transiit ad Arverniam neoerectam, Bonolium non iam invenitur.

Circ. Ponthivii. Reduplicatio „Bessunum“ pro Ressons est deleta.

Circ. Brabantie. Aucta est asceterio Keizersbosch, quod generatim deturpatur in „Kamsebok“. Heinsberg nunc est apud Westfaliam, loco eius invenitur Koningsveld.

Circ. Flandrie. Assumptum est in fine asceterium Cherscamp²⁹⁾, quod anno 1256 translatum est in Tusschenbeek.

Circ. Westfalie. Aucta est maiori parte suorum parthenonum, immo „affiliatorum“: Wesel, Lette, Kappel, Dortmund, Dünnwald, Weicher, Flaesheim, Reichenstein, Langwaden, Bedburg, Wenau, Füssenich, Rumbeck, Oelinghausen (apud quem — prima vice in catalogis — asceterium quoddam „sororum cantantium“ designatur tamquam „ecclesia sororum sollempnis“); Meer, Houthem, Wulfersberg, Beselich, Altenberg, Engelport, Keppel. Quorum nomina, quibus raro adiungitur vox „moniales“, generatim horribiliter sunt corrupta. Desunt: Schillingskapellen, Ellen, Dorlar (1297!), Marienroth, Niederehe³⁰⁾, Stoppenberg et Elsey³¹⁾. Omissa sunt Berentrop, et „Stus. Nicolaus“ sive Hagenau, quod nunc et Sueviae et Vadegotiae est addicta.

Circ. Wadegotie pariter parthenonibus suis nunc gaudet: Enkenbach, Mariental, Hagen, Retters, Hachborn, Meerholz, Konradsdorf, Gommersheim. Deest sola Wirberg, tunc ab Ordine iam defecta. Adest Hagenau, omittuntur „Mons Sti. Michaelis“ et Altenberg, nunc ad Westfalian spectantes.

Circ. Ilfeldie: idem dic ac de praecedenti. Parthenones adsunt: Eppenberg, Germerode, Trostadt, Hausen, Unterzell, Schäftersheim, Gerlachsheim, Sulz, Frauenbreitungen. Desunt: Bruderhartmannszell, Georgenberg, Homberg, Kassel, Lochgarten et Michelfeld. Corruptio nominum est eadem ac apud circarias praecedentes.

²⁹⁾ Apud HUGO: „St. Chderampz“. Vide supra vol. II 439.

³⁰⁾ „Ye“ inserunt Lairuelz et Lepaige suis elendis, probabiliter ex copiis MSS nobis ignotis. Lairuelz dicit suam materiam hausisse ex indicibus in canonis Knechtsteden, Schlägl, Steinfeld, Osterhofen, Oberzell existentibus. In coenobiis patriis, nempe in Gallia, videtur nihil invenisse huiusmodi.

³¹⁾ Quae domus, non secus ac Ellen, iam saec. XIII solutionem a ligamine Ordinis aspiraverunt.

Index an. 1320 (Cat. Tongerloensis)

Circ. Lotharingie: Loco parthenonum Crécy et „Vallis“ nunc habetur Belle Tanche.

Circ. Anglie Borealis. Designatio „Galoadia“ est suppressa, sicut Callat et Gorre. Additur „Nova Ferina“. Drieburgh non amplius vocatur „Neumburch“.

Circ. Angl. Media na. Menda Veteris Registri sunt correcta.

„In Hibernia“. Ex Scotia Veteris Registri transsumpta sunt Carrickfergus et Cill na Manac.

Circ. Normannie Australis. Doue, Neuffontaines et Clermont St. André nunc sunt apud Arverniam. Redactor A circariam divisam denuo coadunat, quod probat divisionem, an. 1498 non amplius existentem (ACG Laon), mature fuisse revocatam.

Circ. Gasconie. Omituntur Mur et „Stus. Pelagius“, indicatio dioecesis pro Fondarella est correcta. Deest Huveaune.

Circ. Hispanie. Nomina propria additionibus sunt aucta. Adsunt asceteria Freznillo, Brazacorta, et Medina del Campo B. M. V., sicut et abbia Villoria. Deest, ut in omni catalogo, Ermida do Paiva.

Circ. Burgundie. Omissa est „Ecclesia de Vallibus“, quod W specialiter notat.

Circ. Frisi e. Sicut Circariae Germanicae supra allatae, et Frisia nunc enumerat numerosos parthenones suos: Vinea Domini, Veenklooster, Marne, Buweklooster, Kusemer, Schildwolde, Heiligerlee, Palmar, Barthe, Langen, Hopels, Koldinne et Scona Mora. Omissa sunt Balna Insula, Aland, et omnia asceteria abbatiis „affiliata“³²). Marienweerd, Berne, Zennewijnen et Klarholz nunc Brabantiae resp. Westfaliae tantum adscribuntur.

Circ. Suevie et Bavarie. Omnibus monasteriis, ubi oportuit, nota est adscripta, dicens si sint duplia, et utrum sint abbatiae an praesitutiae. Schlägl adhuc huc est inserta, etiam Hagenau et Allerheiligen (ambo et apud Vadegotiam). Iam invenuntur Griffen, St. Salvator et Himmelsforte, sed tacetur St. Jacob im Prätigau.

Circ. Bohemie (Moravia tacetur omnino). Schlägl, Brzesko, sicut et Speinshart huic circariae sunt adscriptae, sed etiam Poloniae et Bavariae. Quod, non secus ac apud circarias praecedentes, nil aliud innuit quam peractam transgressionem harum domuum de una ad alteram.

³²) Rationes, cur haec domus hic sint omissae, intelliges legendo praefationem Circ. Frisiae vol. II 153 sq.

Index an. 1320 (Cat. Tongerloensis)

Circ. Polonie. Est completa, etsi nomina sint valde corrupta. In fine adscripta est, longa cum nota, ecclesia Rigensis.

Circ. Hungarie. In capite invenitur ubique nota „de assignatione paternitatis“³³⁾. Inserta sunt nova nomina: Keme et Pok, omissa sunt sequentia: Drozzo, Zoprizza, Horpacs, Ivanic. Nagyolasz, Zenilyn, Magedlin et St. Augustinus.

Circ. Dacie et Norwегie. Non obstante titulo circariae, duae abbatiae in Norwегia sitae adducuntur separatim, infra post Sclaviam. Lund S. Trinitas dicitur nunc esse „prioratum de Ewide“, additur asceterium Vrejlev. Vä-Bäckaskog inserta est tamquam „Saltus Stae. Marie“, sub voce „Balkiaschog“ etiam sequenti: „In provincia Sti. Andreae“, et ita sociatur unicae canoniae in illa sita, videlicet Ferniae, revera interea Circ. Angliae Borealis aggregatae.

„In Sclavia“. Desunt asceteria Stolp et Treptow, quae tamen inventiuntur in MS Hilgenthalensi.

Sequuntur canoniae „in Norwегia“ sitae: Dragsmark et Tönsberg. Omittuntur ea, quae hic leguntur in Veteri Registro: Busscha, Sigeberg, Werethe, Merna et Iburch.

Circ. Tuscie et Calabrie. Sic est titulus eius apud omnes fere copias catalogi. Designatio „Circ. Romana“ videtur esse adinventio Le paige. Ceteroquin nunc est correcta, desunt duplicationes, omittuntur Todi et Kalavryta, quae tunc iam desierant. — Omnium novissima sunt in Cat. 1320:

„ecclesie in Saxonie“, quae numquam nuncupantur „circaria“. Elenchus earum est accuratus. Invenitur adhuc Themenitz, desunt Rehna et reduplicationes cathedralium in fine.

Catalogus iste pretiosus, pernotus sub nomine „Anni 1320“, ut ex supra dictis patet, est satis completus. Originalia manuscripta quatuor copiarum eius studiuiimus, quarum primam hic infra publicamus:

1. Cat. TONGERLOENSIS (signum: T). Exstant in AAT tria manuscripta catalogi anni 1320. Copia A: saec. XIV, mendis scatens. Copia B, saec. XV ineunte, omnino eundem textum praebet. C est copia eiusdem elenchi, sed alias manuscripti minus mendosi, anno 1641 conscripta, et

³³⁾ Cf. de hac re praefationem Circ. Hungariae vol. I 415 sq.

Index an. 1320 (Cat. Tongerloensis)

omittens taxas Camere Apostolicae solvendas. Nos publicamus A/B. Nomen canoniarum, si lectio hinc inde est dubia, correcta sunt secundum W.

2. HILGENTHALENSIS (signum: H). Copia anni 1458 manuscripti alicuius anterioris, proveniens ex abbatia Heiligental in Lüneburg, in cuius Bibliotheca Municipali hodie asservatur (MS Theol. 20, 84). Publicatus est apud J. L. L. Gebhardt: *Dissertatio saecularis de re literaria coenobii S. Michaelis in urbe Lüneburga* (Lüneburg 1755) p. 85 sq, descriptus est autem apud A. Martini, *Beiträge zur Kenntnis der Bibliothek des Klosters St. Michaelis zu Lüneburg* (L. 1827) p. 53, et apud P. Lehmann in *Sitzungsber. Bayr. Akad. Wissensch., Hist. Abt.* 1933, p. 54. Relative paucas habet corruptelas. De talliis tacet. Habet aliqua specialia quoad Germaniam.

3. WINDBERGENSIS (signum: W). Proveniens ex abbatia Windbergensi in Bavaria, MS ex ipso tempore redactionis, ergo circa annum 1320, hodie in Bibl. Stat. Monachii, clm 22286 ff. 55/59. Adducit tallias, multa habet specialia, praesertim supplementa in fine. Tongerloensi Copiae (AB) est simillimus.

4. AVERBODIENSIS (signum: A). Copia saec. XV in AAA. Adducit tallias, habet alias interpolationes posteriores, eiusdem tamen saeculi. Pariter habet supplementa in fine.

Subsistunt evidenter plures aliae copiae huius catalogi, et possumus supponere, tales in archivis uniuscuiusque abbatiae extitisse. Examinavimus, verbi gratia, copiam quandam saec. XVII, ex archicoenobio proveniens, a canonico G. Ducrocq³⁴⁾ inserta in MS 538 I Bibl. Municipalis Laudunensis. Est plus aliis completa circa indicationem talliarum. Lepaige publicat aliam in sua *Bibliotheca Ord. Praem.* pp. 326/44, quae vero est, ipso factente, compilatio e „veteribus manuscriptis membranaceis, sanis et integris“³⁵⁾. Quam reproducunt Waefelghem³⁶⁾, et Petit³⁷⁾, sed omnes tres editiones, non secus ac Catalogus Lairuelii, arbitrarie sunt emendatae et auctae, ideo nullo modo considerari possunt ut originales et authenticae,

³⁴⁾ Vide de eo supra vol. II 13.

³⁵⁾ Probabiliter promiscue usus est MSS Veteris Registri et Cat. 1320, in abbatiis Circ. Franciae praesentibus.

³⁶⁾ *Répertoire* pp. 332/48

³⁷⁾ *Spiritualité* pp. 283/86. Lepaige et Waefelghem proprio marte emendaverunt textum, non semper feliciter, interdum menda augentes, miscendo, haud secus ac Lairuelz, insertiones obsoletas „Veteris Registri“ cum Catalogo anni 1320.

easque jure merito praetermittimus. Censemus comparationem criticam quatuor MSS originalium AHTW nobis abunde sufficere. Discrepantias, variationes graphiae, interpolationes et alia notabilia huiusmodi, apud hos catalogos adducimus in notis ad calcem. Si in sequentibus monasterium quoddam identificare nequiveris, consulas, quaeso, indicem generalem in fine. Tantum si forma nominis est insolita, aut corruptela quaedam adeo est depravata, ut recognosci vix possit, ad calcem eam explicamus. De corruptelis circa nomina dioecesium, regnorum vel provinciarum hic non curamus, neque de confusione litterarum t et c, quae saepius aliis occurrit.

CATALOGI NINIVENSES

(1. Catalogus primus)

HEE sunt Circariae abbatiarum ordinis premonstratensis

CIRCARIA DE FRANCIA	In trecensi dyocesi:
in laudunensi dyocesi: ¹⁾	Ecclesia belli loci
Laudunensis ecclesia	Bassi fontis
Cussiacensis	Capelle
In suessionensi dyocesi:	In cathalaunensi dyocesi:
Brana	ecclesia de montellis
Cartouorum	CIRCARIA FLOREFFIE
Vallis Xristiana	In Leodiensi dyocesi:
Vallis serena	Floreffia
Vallis secreta	Mons Cornelii
Locus restauratus	Helencinis
In Meldensi dyocesi:	Leffla
Ecclesia camere fontis	In cameracensi dyocesi:
In parisencensi dyocesi:	Bona Spes
Ecclesia Hermeriarum	Sanctus foyllanus
In senonensi dyocesi:	In Laudunensi dyocesi:
Ecclesia dei loci	Clarus fons
Ecclesia sancti Pauli	Bucilium
In autisodorensi dyocesi:	Tenolium
ecclesia Sancti mariani	In remensi dyocesi:
	Caluus mons

¹⁾ Erronee ipsum archicoenobium praetermittitur

Cat. Ninivensis I

Mare	Auerbodiensis
Vallis dei ²⁾)	Insula ducis
CIRCARIA PONTIUI	
In ambianensi dyocesi:	In traiectensi dyocesi:
Sancti iudoci in nemore, que dici- tur vulgariter domnus martinus	Ecclesia walacriensis
Ecclesia sancti andree	Bernensis
De Syri	Insula sancte marie
Ecclesia serincurtis	Sinus sancte marie
Sancti johannis ambianensis	Cappelkin
In beluacensi dyocesi:	CIRCARIA FLANDRIE
Ecclesia sancti Justi	In cameracensi dyocesi:
In rothomagensi dyocesi:	Mons sancti martini
Ecclesia de marchasio radulphi	In nouiomensi dyocesi:
De rossonio	Ecclesia viromandensis
In carnocensi dyocesi:	In attrebateni dyocesi:
Ecclesia de alba curia	Ecclesia Viconiensis
Gaudii Vallis	De castello mauritanie
Grandis campi	In tornacensi dyocesi:
CIRCARIA BRABANTIE	
In cameracensi dyocesi:	Ecclesia trunciniensis
Ecclesia Antwerpiensis	In morinensi dyocesi:
Grimbergensis	Ecclesia furnensis
Tongherlensis	Liskensis
Niniuensis	Sti. augustini morinensis
Jetthensis	CIRCARIA WESTPHALIE
Hombecka	In monasteriensi dyocesi:
In leodiensi dyocesi:	Ecclesia capenbergensis
Ecclesia parcensis	Varlarensis
	Claroholtensis

²⁾ omittitur abbatia Septemfontium

Cat. Ninivensis I

In coloniensi dyocesi:	
Ecclesia steinveldensis	CIRCARIA LOTHARINGIE
Silua sancte marie	In remensi dyocesi:
Knetstedensis	Belleuallis
Skeidensis	In lingonensi dyocesi:
Arnelbergensis	Septemfontes
Hamburnensis	In tullensi dyocesi:
In treuerensi dyocesi:	Jandoria
Arneflem ³⁾	Jouis villaris
Rumerstorp	Regia vallis
Seyna	Reingis vallis
In bremensi dyocesi:	Sancta maria in nemore
Mons sancte marie	Mira vallis
CIRCARIA WADEGOTIE	Bonum fagetum
In treuerensi dyocesi:	Stiuagium
Wadegotia	Flabonis montis
In warmiatensi dyocesi:	In virdunensi dyocesi:
Lutra	Stagnum
In magunt (ina?) dyocesi:	Sanctus paulus
Monasterium	In metensi dyocesi:
Domus rubea	Sancta crux
Eluestat	Justus mons
Selbold	Salina vallis
Capella	CIRCARIA BOREALIS IN GALOADIA
In herbipolensi dyocesi:	Glascuensis dyocesis:
Cella	Viride stagnum
Tukelenhuse	Sacrum nemus
Vescera	Candida casa
Ifelda	Tonghelant

³⁾ Arnstein

Cat. Ninivensis I

In dyocesi sancti andree:	AUSTRALIS CIRCARIA
Drieburc	In norwicensi dyocesi:
In dunelmensi dyocesi:	Dierham
Aluenic	Lestona
Blanchalanda	Langeleia
In eboracensi dyocesi:	In londoniensi diocesi:
Corkersand	Meldona
Englestona	In cantuariensi dyocesi:
Sancta agatha	Langedona
Couerham	Sancte radegundis
Wellebec	In cicestrensi dyocesi:
In carleolensi dyocesi:	Begeham
Vallis magdalene	Dierfort
MEDIA CIRCARIA	
In lincolniensi diocesi:	In wintoniensi dyocesi:
Nehus	Tichefelt
Welefort	In exoniensi dyocesi:
Tupholm	Torre
Berlings	CIRCARIA NORMANNIE
Croxtona	In abricensi dyocesi:
Neubo	Lucerna
Lauendana	In constantiensi diocesi:
Haguenebi	Blanchalanda
In cestrensi dyocesi:	In baiocensi dyocesi:
Beaucet	Ardena
Parcus	Bella stella
In wingorinensi diocesi:	In lexouiensi diocesi:
Hales	Mons auxiliij
In menenensi diocesi:	
Taleslehu	

Cat. Ninivensis I

In sagiensi diocesi:	In aquensi dyocesi:
Falesia	Villa dei
Silliacum	Artosium
In rothomagensi diocesi:	In baionensi diocesi:
Insula dei	Fontia
Belosana	Vsclais
In dyocesi sancti brioci:	In burdegalensi diocesi:
Bellus portus	Plana silua
In andegauensi dyocesi:	In hilerdensi dyocesi:
Perredium	Bellipodium
In carnotensi dyocesi:	Ecclesia de muro
Stella	In treuerensi dyocesi:
In pictauensi dyocesi:	Sanctus Nicholaus ⁴⁾
Locus dei in iardo	Non desunt circariae Anglie ⁵⁾ . Cum propter remotionem et distantiam ecclesiarum ab inuicem circaria Wadegeo(tiae) a visitatoribus annuis minime valeat visitari, de consilio diffinitorum predictam circariam diuisimus et ecclesias distinguimus sicut inferius sunt subscripte
CIRCARIA IN GUASCONIA	
In auxitana dyocesi:	CIRCARIA WADEGOTIE
Casa dei	Wadegotia
In augurensi diocesi:	Hagnenoya
Gracia dei	Lutra
In coleranensi diocesi:	Einkebach
Cambalonga	Vallis sancte marie
In tolosana diocesi:	Monasterium
Capella	Haguene
In narbonensi diocesi:	Gomercein
Fons calidus	

⁴⁾ Fondarella. Diocesis perperam indicatur, est confusio cum Hagenau.

⁵⁾ Quoniam hae circariae supra iam sunt insertae, haec sententia probabiliter una cum interpolatione sequenti ex alio catalogo, nostro posteriori, est transsumpta.

Cat. Ninivens I

Laurissa
Selboch
Meroz
Conrescoph
Eluestach et ecclesia sororum
Rettrez
Hakeborne

CIRCARIA DE YLUETH
ipsa ecclesia prima
Capella et ecclesia sororum
Epenbergue
Guermerrode
Vescera
Treustath
Houze
Cella superior
Cella inferior
Tukelenouse
Setrecein⁶⁾
Guerlacein
Suze
Regis Briedingue

CIRCARIA DE HISPANIA

In palentine dyocesi:
Rethorta
Sanctus pelagius
In burgensi diocesi:
Villa mediana
Aquilas

⁶⁾ Schäftersheim

Sanctus Christoforus
Buxetum
Sanctus michael
In salamantina diocesi:
Sanctus leonardus
Sanctus saturninus

In ciuitatensi diocesi:
Ecclesia caritatis
In samorensi diocesi:
Sanctus michael
In exoniensi dyocesi:
Vitis

CIRCARIA IN BURGUNDIA

In bisuntina diocesi:
Corneolum
Bellus campus
Ecclesia de vallibus
In lausanensi diocesi:
Lacus
Fons andree
Humilis mons

In basiliensi diocesi:
Bella lagia

CIRCARIA IN FRISIA

In traiectensi diocesi:
Ortus beate marie
Vallis beate marie

Cat. Ninivenses I

Dokinga	Speinsart
Merna	In frisingensi diocesi:
In monasteriensi diocesi:	Scefdare
Floridus ortus	Noua cella
CIRCARIA IN SUEUIA	CIRCARIA IN BOEMIA
In augustensi diocesi:	In brixiensi diocesi:
Vrsperch	Wiltina
Roggenburch	
Steingate	
In constantiensi diocesi:	CIRCARIA IN POLONIA
Rotha	In waratrolauensi diocesi:
Augia	Sanctus vincentius
Maldeberg	Nicouia ⁷⁾)
Marcellum	
Soreth	CIRCARIA IN MORAUIA
Rutin	In olomucensi diocesi:
In curiensi diocesi:	Luca
Sanctus lucius	Gradis
Curwaldia	Brenna ⁸⁾)
In argentina diocesi:	CIRCARIA IN HUNGARIA
Cella omnium sanctorum	In warad (inensi?) dyocesi:
CIRCARIA IN BAUARIA	Sanctus stephanus
In patauiensi diocesi:	
Ostreouia	
Windeberga	

⁷⁾ Witow

⁸⁾ Brzesko tantum in hoc catalogo soli Moraviae est adscriptum, postea transit ad Poloniam. Cf. Indicem 1320.

Cat. Ninivenses I et II

CIRCARIA IN DATIA

In londensi diocesi:
Tumetorp
Enuid
We
Burgilanum⁹⁾

CIRCARIA IN SCLAUIA

In caminensi diocesi:
Husnam
Delbuc

CIRCARIA IN NONUARGIA

In asloensi dyocesi:
Tusberga

CIRCARIA IN TUSCIA

Reatine diocesis:
Sanctus quiricus

Tranensis diocesis:
Sanctus samuel de barolo

Brundusine diocesis:
Sancta maria de parvo ponte

In policastrensi diocesi:
Sanctus petrus de camerota

In vrbe vetnae diocesi:
Sanctus seuerus

In acconensi:
Sanctus samuel apud accaron

In urbe roma:
sanctus alexius¹⁰⁾

(2. catalogus:)

Ista sunt nomina abbatiarum premonstratensis ordinis. In regno frantie in remensi provincia in laudunensi dyocesi.

Et mater omnium ecclesiarum:
Premonstratum

Filia premonstrati:
Sanctus martinus laud (unensis)

Filia Premonstrati dyocesis laudunensis:

Cuissiacum

Filia Premonstrati:
Clarus Fons

Filia Sti. Martini laudunens.:
Thenolium

Filia Premonstrati:
Bucilium

Filia Premonstrati:
Vallis serena

Filia Premonstrati:
Vallis secreta

Filia sti. martini laudunens.:
Vallis christiana

Filia Premonstrati:
Brana

Filia bell i loci, qui est in trecensi diocesi:
Cartouorum

Filia Cuissaci anno gracie MCXLI
currente r epacta xxvij Indictione
sexta mense augusti fundata fuit a

⁹⁾ Hic deest Lund Sta. Trinitas, in Vetus Registrum insertum

¹⁰⁾ Desunt Gratteri, quod in nullo catalogo invenitur, et Stus. Leucius Tudertinus

Cat. Ninivensis II

Radulpho comite viromandie et valiesie suessionen. dyocesis: ¹¹⁾	Filia Grinbergie iuxta furnes morinensis dyocesis:
Locus restauratus	Sanctus nicholaus
Filia brane cathalaunens. diocesis:	Filia sti. Martini laudunensis fundatur anno gracie MCXXXIII cameracensis diocesis:
Montellum	Mons sti. Martini
Filia montis sti. martini nouiomen. diocesis:	Filia premonstrati prope castrum de bins in hannonio cameracensis dyocesis:
Viromandie nomen ville	Bona spes
Filia sti. iudoci in nemore beluacen. diocesis:	Filia premonstrati iuxta rodium cameracensis dyocesis:
Stus. iustus in castro sui nominis	Sanctus foyllanus
Filia premonstrati:	Filia premonstrati in villa sui nominis cameracensis diocesis, In brabantia:
Sanctus iudocus alio nomine dicitur domnus martinus	Grimbergis
